

# I V R I V M A L L E G A T I O N E S

D. IAC. ANTONII DE MAVRO

PATRICII AVERSANI ADVOCATI CELEBERRIMI,



*Ac D. MARCELLI Filij, I.C. inter primarios causarum Pa-  
tronos disertissimi, Almi Collegij Neap. Senatoris, PHILIPPI  
II. Hispaniarum Regis Patrimonij. acerrimi  
Defensoris, ac Regiae Cameræ Summarie  
Præsidis integerrimi.*

Nunc primum in Jucem editæ per Abb. IO. HIERONYMVM

I. C. Vatic. Fabr. Tribunalis in Regno Neap.  
Præfectum Marcelli filium.

*Additionibus, Summaris, Argumentis, & Indicibus eiusdem  
Abb. IO. HIERONYMI locupletata.*

C V M P R I V I L E G I O.



NEAPOLI, Ex Typographia Io. Dominici Roncalioli. M. D. C. XIII.

SUPERIORVM PERMISSV.



PHILIPPO TERTIO  
HISPA NIARVM,  
VTRIVSQUE SICILIAE, PLVRIMORVM  
REGNORVM REGI,

Nouiq; orbis Monarchę, Fidei Defensori Potentissimo,  
atque Inuictissimo.




**V**NQVAM dubitavi, PHILIPPE Regum Ma-  
xime, quin essent futuri, qui in magna n ducerentur ad-  
mirationem, quo consilio, quae ratione ego potissimum  
ductus, is, qui nullo unquam mei famulatus nexu, neq;  
vel ipso nomine Tuæ Maiestati cognitus, bæc ad Te scri-  
bere sim ausus, atque opuscula bæc Tui nominis eternita-  
ti consecrare. Id fortasse nemini mirandum debet videri, cui spectatissima  
tanti Regis nota sit virtus, egregiumq; Christianæ Religionis studium, quo  
mortaliū uniuersi intestino mentis, animiq; sensu, ac pietate ad Te aman-  
dum, obseruandumq; iamdiu alliciuntur, eō vi quadam rapiuntur. Hæc  
me, Rex omni virtutum genere spectatissime, iam pridem in seruitutem im-  
pulerunt Maiestatis Tuæ. Quamobrem nullum mibi fuit dubium, quin of-  
ficium hoc quoque meum Tibi tam magno Regi non ingratum esset futurum,  
qui sicuti cæteris Regibus virtute præfas, ac potentia, ita eō humanitas,  
qua cæterarū decus, lumenq; virtutum est, nulli unquam es habitus inferior.  
Verum quo pacto animi mei erga Maiestatem Tuam propensio mortalibus  
inno-

innotesceret, diu, multumq; mecum cogitaui. Hortabatur me ad hoc, atque  
In registro animo meo stimulum quendam, veluti calcar adiungebat, Rugerij illius de  
Caroli II. 1297. lit.B. Mauro memoria, qui Carolo buius nominis Primo, ac Secundo in quam-  
fo. 84. ater. plurimis, maximisq; rebus ea praestitit, quæ ab optimo quoque, fidissimoq;  
praestari potuerint; ob cuius spectatam erga illos Reges fidem cum Matthæo  
filio ad custodiam Principatus aduersus Regios hostes addictus, quam strenue,  
quam fideliter, quam egregiæ se gesserit, ne propriam familie mee laudem  
prosequi videar, tacitum duxi relinquendum. Aperuit etiam mibi fo-  
res ad summam Tuæ Maiestatis benevolentiam Nicolaus de Mauro à Re-  
Reg. Ioan. n. II. 1423. 1. Ind. fol. 413. gina Ioanna II. muneri Præturæ omnium Terrarū Montanæ, Samnij, Eg-  
Ciuitatis Ducalis præpositus. Confirmauit præterea mibi animū Pater meus  
Marcellus, qui tam præclare onus Regij Patrimonij à fel. mem. Philippi II.  
Parentis tui sibi impostum per plures annos obiuit, ut accuratisima eius  
diligentia, ac fide perspecta, fuerit tandem Præfidis dignitate cōboneſtātus.  
Quibus muneribus quam diligenter, quam accurate sit perfunctus, perspi-  
cuum esse poterit ex amantissimis Augustissimi Regis litteris, quas in initio  
Allegationum ipsius Marcelli curauimus imprimendas. His igitur mibi  
bene perspectis, cum ne Prædecessorum meorum, ac præcipue Patris, Auiq;  
mei ulla unquam temporis iniuria obrueretur memoria, qui diu in legum  
sapientia honestissime versati, ea administrando in hac urbe Neap. togati,  
eaq; perpetuati scribendo præstitere, que antiquis Regni buius Regibus essent  
quam gratissima; eoq; magis, ut ceteri familie nostræ Posteri pristinam ser-  
uarent apud Maiestatem Tuam spectatæ fidei seruituem. Itaq; cum bas  
mei Patris Marcelli, Auiq; Iacobi Antonij vigilias, elucubrationesq; in lu-  
cem emittere constituerim, eas Tui nominis immortalitati consecrare nō du-  
bitauit, non ignarus, unum tantum hoc eis inesse ornamentum, quod Cbris-  
tianæ fidei Defensori optimo sint dicatae. Aliud præterea nō video, nisi illud  
quoq; ad me beandum accesserit, ut audiam, Maiestati Tuæ aliquando eg-  
ras utriusque Allegationes, ego meam in eis diligentiam fuisse non iniu-  
cundam, easq; patrocinij tui clipeo à liuidorum tegi, ac defendi obrectatione,  
idque tanti mibi fateor futurum. quantum vix fortasse quis animo queat fu-  
bīcere. Cape igitur bilari fronte (Rex Serenissime) exiguum munus Tibi  
animo oblatum non aspernando, nam si uni Tibi bosce labores à me collectos  
probari cognouero, in spem veniam, eos non modo Italos nostris, Hispanisq;  
fore iucundos, atq; utiles, sed etiam apud uniuersos ciues Romanos ob excel-  
lens iudicium, tuiq; ingenij singularem præstantiam, ac diuinicatem. Vale.  
Neap. kal. Maij. anno à Nat. Domini. 1614.

Maiestati Tuæ

Addicſſimus  
Abb. Iu. Hieronymus de Mauro



**H**esperiae Magni spectas que stemmata Regis,  
Quos tenet, hæc Orbis dant utriusque notas.





A D R E L I G I O S I S S I M V M,  
eundemq; doctissimum virum

M. CORNELIVM TIROBOSCVM  
ORDINIS PRAEDICATORVM,

*Sac. Colleg. Theolog. Collegam. Neapolit. Curiae Archiep.  
Theologum.*



Abb. Io. Hieronymi de Mauro I.C.

*EPIGRAMMA.*

**M**Agne Pater, pietate viges qui clarus, et idem  
Doctrinæ insignis, Religionis bonos.  
Hec monumenta mei dum Patris, Auiq; per orbem  
Das ire, extollens laudibus illa tuis.  
Circuit auratis maior te gloria pennis,  
Et tua post obitum fama superstes erit.





ABB. IO. HIERONYMI  
DE MAVRO.

DISTICHON.

*Lucis Auus, Pater atq; meus mihi dona dedere.*

*Natus Auo, atq; Patri reddo perenne decus.*








ALLEGATIONVM  
D. IACOBI ANTONII DE MAVRO  
PATRICII AVERSANI ADVOCATI CELEBERR.  
LIBER VNIVRS.

Cum Additionibus Abb. Io. Hieronymi de Mauro I.C. Nepotis.

EIVSDEM ABB. IO. HIERONYMI.

S V M M A R I V M.



- 1 *Onus legationis est publicum; et quilibet inuitus potest cogi ad illud suscipiendum, et maior pars Uniuersitatis potuit disponere; sufficit mandatum ipsius in personam aliquorum Ciuium particularium de accedendo ad Illustriß. Principem Orangiae pro componenda Uniuersitate producatis triginta millibus, nec à militibus depopuletur.*
- 2 *An credatur instrumento, in quo fit assertio, interuenisse maiorem partem Uniuersitatis.*
- 3 *Quot testes requirantur ad reprobandum Instrumentum.*
- 4 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quam decem negantibus.*
- 5 *Licet Uniuersitas debeat regi per priores, et antianos, tamen ius disponendi de rebus Uniuersitatis*

## ALLEGATIONUM

- statis residet principaliter in ipsa Vniuersitate, taliter quod gesta per Vniuersitatem valeat, ac si per electos, et priores gesta fuissent.
- 6 Sindicus Vniuersitatis potest eligi per decuriones, seu illos de regimine.
- 7 An in congreganda Vniuersitate requiratur sonus tubae, seu Campanæ, et quid si fuit congregata sine dicta solemnitate, an gesta per eam valeant.
- 8 An absentes sint vocandi, vel citandi, ubi necessitas imminet, et periculum est in mora.
- 9 An presentia magistratus, seu officialis sit necessaria in conuocando consilio, et parlamento Vniuersitatis, et quando.
- 10 Quod Vniuersitas teneatur ad emendam, si sui Legati, seu Ambasciatores fuerint capti, vel disfrobiati, vel compositi, et quid in procuratore, si in itinere fuit disfobatus.
- 11 Conductor, seu Arrendator gabellarum, qui fuit impeditus propter guerram motam, debet habere remissionem mercedis, seu excomputum.
- 12 Procurator in itinere depredatus, an repeatat amissum a dño.
- 13 Quis dicatur nuncius, et quis procurator, et qualiter differant inter se, et num. 18.
- 14 Confessio in articulis non obstat, quando se refert ad Instrumentum, et in Instrumento aliud apparet.
- 15 Quando culpa potest imputari procuratori, et num. 16.
- 17 Si res eodem modo esset peritura penes creditorem, prout penes debitorem, an debitor teneatur, et num. 19.

## ALLEGATIO I.

**S**I Ambasciatores sint capti, vel disfrobiati, an Vniuersitas teneatur ad emendam.

*Individua Trinitatis, ac Gloriosa Virginis nominibus inuocatis.*

**N** causa Magnificorum Pyrrucij, & Riccardi Gargani, & litis consortium agentium, & Magnific. Vniuersitatis Ciuitatis Auersæ conuentæ super petita solutione ducatorum duorum millium, centum, & triginta de auro, quæ vertitur in S. C. & coram Excellentissimo Dño Cicco de Loffreda d. Sacri Cons. Praesidente, ut ex processu, & actis, omissis argumentorum apparatu, Dico, dictam Vniuersitatem debere condemnari ad soluendum dictis agentibus dictam pecuniam petitam. Ad quod demonstrandum, prius presuppono, quod onus legationis + est munus publicum l. i. s. i. l. munerum s. legati ff. de munere. & honor. l. i. j. circa fin. ff. de legatione. in tantum, quod quilibet iuitus potest cogi ad ipsum subeundum pro sua Ciuitate l. sciendum s. ordinis ff. de.

ff. de legation. leg. 3 §. his qui in Ca.  
stris ff. de muner. & honor.

Item præsuppono quod in spectantibus ad vniuersitatem maior pars ipsius potest disponere, in tantum quod gesta per maiorem partem valent, & ab omnibus gesta censemur vulgata l. Quod maior ff. ad municip. l. nulli ff. quod cuiusq; vni. l. nominationum C. de decur. lib. 10.

Quibus præsuppositis, dico, satis apparere de mandato dictæ vniuersitatis in persona ipsorum Pyrrucij & litis consortium, de accedendo ad illustrissimum Principem Orangia tunc Generalem Duce exercitus Cœf. Maiestatis pro componenda dicta vniuersitate cum eodem Principe pro duca-tis triginta millibus, ne à militibus, quibus ipse præerat depopularetur, de quibus apparet instrumentū ab ipsis agētibus præsentatum, in quo dicitur, quod maior pars hominum dictæ vniuersitatis interfuit, cui instrumento 2 ¶ talia afferenti creditur, licet ex aduerso negetur ita dicit Dñs Abb. in c. inter dilectos in 4. not. extra de donat. qui dixit, quod si in instrumento dicitur, quod omnes de ciuitate fecerunt certum quid, præsumitur, quod omnes interuerunt, licet per partem aduersam hoc negetur, ex quo notariis non potest necessario comprehendere, quod omnes fuerunt præsentes, & ideo sibi creditur, & afferenti contrarium incūbit onus probandi; Idem, & plenius tenuit idem Abb. in c. quanto in vlt. not. extra de his, quæ sunt à maio. parte c. concludens, quod Notario afferenti aliquid gestum à maiori parte ciuitatis, vel capituli, creditur, & afferenti contrarium incumbit onus probandi: Ad quod facit illud quod tenuit Feder. de Senis cons. 206. qui dixit quod si in instrumento dicitur, quod talis Abbas cum toto capitulo, vel tot monacis facientibus totum capitulum, fecerūt aliquid, quod prima fronte credendum est, ibi inter fuisse totum capitulum, etiam si pro-

betur, quod per annum ante erant ibi plures monaci, & idem in terminis tenuit Bar. in l. fin. C. de prædijs curia lib. 10. dicens, quod sufficit, si in instrumento dicatur, quod in actu interfuerunt omnes vel maior pars, & ad hoc deseruit bonus tex. in l. nominationum C. de decurio. lib. 10. faciunt notata per moder. maxime Ang. & Alex. in l. inter omnes ff. qui satis da. cogit. & bonus tex. in c. ea nosciuntur, extra de his, quæ sunt à Præl. cum multis concordantij.

Nec puto, fuisse necessarium, qd nō mina particularium Ciuium describerentur in iustrumento, maxime cum tractetur de coasstituendis legatis, & vniuersitas sit magna, ita in spetie tenuit Bar. in l. 1. circa finem ff. de alb. scrib. ad quod facit bonus tex. in c. fi. extra de procur. & ibi per Doct. Hoc etiam tenet Dñs Abbas in c. quanto extra de his, quæ sunt à Prælat. dicēs, quod sufficit, quod denotentur, vel nominentur Canonici per nomen collectuum, ex quo paria sunt exprimere, vel denominare per nomina propria, vel per circum locutiones indubitatas, allegat tex. in §. nominationis institut. de hæxered. liber. Idem notabiliter tenet Philipp. Franch. in c. ad decimas in princ. de restitut. spoliat. in 6. & specula. in tit. de sindico §. r. vers. item opponitur. Bal. in spe in leg. ciuitas in fine ff. si cert. pet. Ant. de But. in c. 1. in princ. ex ea de sindico.

Et quamvis procurator dictæ vniuersitatis conatus fuerit probare, qd in dicto instrumento, scū potestate data prædictis non interuenerint duæ partes dictæ vniuersitatis, illud minime probauit, ex quo nemo ex testibus examinatis ex aduerso hoc deponit, nisi secundus testis pro dicta vniuersitate productus nomine Leonardus de Fulgure super nono, qui videretur deponere, quod in dicto contractu non interuenerunt duæ partes dictæ vniuersitatis, nec duæ partes regiminis dictæ Ciuitatis, talis enim testis non

A 2 probat

probat ex multis; & primo quia singularis & vulgata l. vbi numerus ff. de testib. l. inter illa s. fin. ff. de verbos. signif. cum vulgarib. 2. quia deponit contra instrumentum, in quo dicitur quod duæ partes, seu maior pars hominum d. Vniuersitatis interfuit, contra quod instrumentum non sufficit probatio vnius testis, sed ad minus requiruntur duo, & secundum opiniones multorum requiruntur quatuor iuxta plene notata per Dñm Abb. & cæteros in c. cum Ioannes Heremita de fide instrum. & idem Abb. Ant. de Butr. & cæteri in c. tertio loco extra de probat. Salyc. plene in l. in exercendis, & ibi per Bal. C. de fide instrum. Bart. plene in l. hæredes palam in prin. ff. de testam. & maxime quia dictum instrumentum est iuuatum per tres testes ultra instrumentarios, iuxta tex. in s. si tamen quisq; & s. si verò moriatur, in auth. de instrum. caut. & fid. Videlicet per Ioannem Baptistam Meato, qui est primus testis pro ipsis actoribus examinatus in primo termino super 2.art. ac etiam per quartum testem examinatum in prima beneficiæ super 8.art. & etiam per decimum quintum testem super eodem art. qui omnes deponunt quod maior pars populi dictæ Civitatis interfuit in dicto contractu, propter quod ad reprobationem dicti instrumenti maior numerus testium requiritur, ita tenuit notabiliter idem Abb. in eodem c. cum Ioannes heremita in 7. opinione allegans tex. in cap. cum à nobis extra de testib. & Ioan. Andr. in eodem c. cum Ioannes.

Fortificantur prædicta, nam dicti testes, & instrumentum deponunt affirmatiue, videlicet quod in eodem instrumento interuenit maior pars dictæ vniuersitatis, & testis productus deponit negatiue, videlicet quod non interfuit maior pars, & ideo succedit vulgaris regula, quod testibus duobus & affirmantibus magis creditur quam decem negantibus, glos. notab. in l. diem pro-

ferre s. si plures in verbo inde queruntur ff. de arbi. Bar. Bal. & Ang. in l. hæredes palam in princ. ff. de testam. Imo. & Doctores in c. quid per nouale extra de verb. sign. vbi etiam hoc tenet Hostien. Bal. in l. 2. C. de rescin. vendit. Paul. de Castr. cons. 7. in fine.

Nec obstat illud quod allegatur p parte d. vniuersitatis, videlicet, quod in dicta vniuersitate sunt homines triginta deputati ad regimen dictæ vniuersitatis, & per eos vna cum deputatis adiunctis solet disponi de rebus vniuersitatis, campana pulsata, & cum alijs prætensis sollemnitatibus ut ex depositionibus assertorum testium ipsius vniuersitatis latius appetat; ex quo & licet ipsa vniuersitas debeat regi, & gubernari per priores, & antianos l. 2. s. hoc etiam in fine C. de iuram. calum. l. municipes ff. ad municip. c. grauem extra de sententia excommunicationis. At tamen ipsi priores, & electi habent illud ius regendi vniuersitatem ab ipsa vniuersitate, ita quod ius disponendi de rebus vniuersitatis residet principaliter in ipsa vniuersitate, & secundario seu consequenter in ipsos Priores, taliter quod gesta per ipsam vniuersitatem valent, ac si per electos, & priores gesta fuissent; Ita singulariter decidit Dñus Abb. in c. fin. extra de procur. & Alex. in l. 1. s. si autem ff. ad trebellian. & maxime quia ius vniuersitatis non est penes dictos de regimine perpetuo, sed ad tempus, nec est penes dictos de regimine iure proprio, sed iure vniuersitatis, secundum Abb. ibi, & ad hoc bene facit singularis gl. in l. ita tamen in princ. ff. ad trebell. quæ vult, q; sindicus & vniuersitatis potest eligi, seu constitui ita per omnes de vniuersitate vel maiorem partem ipsius, sicut per Decuriones, seu regentes eam, q; ibi sequitur Alex. Imo. & Ang. dicentes, q; priores & antiani possunt constituere sindicu, sicut tota civitas; immò in his, quæ possunt esse præiudicialia Reipublicæ, ut in casu nostro, Antiani, & Admi.

## D. IACOBI ANT. DE MAVRO.

3

Administratores non possunt consti-  
tuere Sindicum sine speciali mandato  
totius vniuersitatis, vel maioris par-  
tis ipsius; Ita tenet Paul. de Castr. in  
ead. ita tamen in princ.

Et ad hoc optime deseruit singula-  
re dictum Innoç. in cap. cum ignoret  
extra de preben. qui dicit, quod non  
est de substantia vniuersitatis, quod  
ibi sint Rectores, seu Piores, cum er-  
go in actu prædicto interuenerit ma-  
ior pars prædictæ vniuersitatis non  
potest dici contractus inualidus, quia  
non interfuerunt eleæti vel illi de re-  
gimine.

Et quamvis vniuersitas seu populus  
debeat conuocari, pulsata campana;  
7. † vel ad sonū tubæ vt est glos. notab.  
in l. sed si ex dolo §. i. in verbo facere  
possunt ff. de dolo, notat expresse An-  
gel. in l. omnibus ff. ad trebell. gloss.  
notab. in l. aliud §. refertur ff. de reg.  
iur. attamen vbi vniuersitas se cōgre-  
gauit sine dicta sollemnitate, & sic cō-  
gregata disposuit de rebus ad eā per-  
tinentibus gesta per eam, vel maiore  
partem ipsius congregatam valent, ita  
notanter in proprijs terminis tenuit  
Paul. de Castr. ex mente Bar. ibi in l.  
vniuersis C. de precib. Imper. offer.  
dicens, quod si statutum dicet, quod  
consilium debeat cōgregari ad sonum  
campanæ, & vocem præconis, & quod  
proposita debeat fieri per priorem  
antianorum, si reperitur consiliū con-  
gregatum, & reformatio facta, non ta-  
men appetit, quod in congregatione  
fuit seruata forma statuti, videlicet  
quoad sonum campanæ, vel ad vocem  
præconis fuerit facta congregatio, &  
seruatæ aliae sollēnitates statuti, quod  
nihilominus reformatio tenet, ad q̄  
allegat l. humanum C. de legi. sequit-  
tur Ioannes Crot. in repet. l. omnes  
populi in 3. carta 1. colum. vers prima  
conclusio ff. de iust. & iure, hoc etiam  
tenet expresse Io. de Plat. in l. obser-  
vare, quæ est l. 2. & ibi hoc notat Bart.  
C. de decur. lib. 10. Idem expresse te-  
net Bal. in l. 1. prima col. in fin. & in

seuenti ff. de legi. qui dixit quod vbi  
habemus consensum populi, non cu-  
ramus de modo. & idem expresse te-  
nuit Dec. cons. x. incipiente viso pun-  
cto in princ. 1. vol. vbi plene.

Fortificantur prædicta ex his quæ  
notabiliter dixit Calder. in consil. 1.  
posito in tit. de iure patron. vbi tener,  
quod dato quod Vniuersitas fuerit  
inepte congregata, tamen presentatio  
facta per maiorem partem ipsius bene  
valet; Ad quod accedat notab. dictum  
Pauli de Castr. in l. 1. ff. ad l. falcid. vbi  
dicit, quod quāuis negotia, vel refor-  
mationes debeat proponi in Consili-  
lio per vnum, & deinde debeat fieri  
reformationes per populum, vel con-  
silio; Attamen si reperitur facta re-  
formatio per consiliū sine aliqua pro-  
positione, bene valet licet non sit ser-  
uata forma in reformatiōibus seruari  
solita, quem ibi sequitur Alex. & Cæ-  
teri, & hanc sententiam sequitur no-  
tabiliter Fely. in c. 1. prima col. in fin.  
& sequenti extra de maior. & obed.

8 Fortificantur prædicta ex his, quæ no-  
tabiliter dixit Dñus Abbas in c. cum  
nobis penult. col. vers. hæc procedunt  
extra de elect. qui tener, † quod licet  
in electionibus absentes sint vocandi  
solemniter, iuxta not. per Doct. in c.  
causis eod. tit. taliter quod electio fa-  
cta non vocatis absentibus, etiam si à  
maiori parte capituli fiat non tener,  
hoc tamen non procedit, vbi immi-  
neret tempus à iure prefixum, ad elec-  
tionem faciendam, & absentes, qui  
vacationem ecclesiæ sciebant nō com-  
parent in termino, hoc sequitur Petr.  
de Anch. in cap. Canonum statuta  
16. col. extra de constitu. & Ant. de  
Butr. in cap. in causis 2. col. in 3. not.  
extra de elect. Sed in casu nostro im-  
minebat necessitas urgens, ex quo Ci-  
uitas erat obsessa, & in maximo peri-  
culo depredationis quamvis ergo illi  
de regimine non fuissent vocati ad so-  
num Campanæ, vt asseritur esse con-  
suetum tamen ipsi videntes immi-  
ne periculum vniuersitatis debeat  
absq;

## A L L E G A T I O N V M

absq; vocatione congregari , vt peri-  
culis vniuersitatis obuiarent, quod cū  
contempserint facere videntur in mo-  
ra , & præsentes debuerunt posse eli-  
gere legatos argumento procedente  
de re ad tempus l. miles ita §. 1. ff. de  
testam. milit.

Nec obstat, quod consilium debet  
conuocari † auctoritate officialis , &  
ita asseratur consuetum fieri in dicta  
Ciuitate , nam hoc procedit, quando  
superior est in Ciuitate, sed vbi magi-  
stratus non est in Ciuitate, potest con-  
uocari Ciuitas , seu consilium etiam  
sine auctoritate magistratus, ita nota-  
biliter tenuit Bar. in l. obseruare, quæ  
est l. 2. in 3. not. C. de decur. lib. 10.  
idem tenuit Innoc. in cap. 1. & ibi eum  
sequitur Ant. de Butr. Imo. & Dñus  
Abb. extra de maior. & obed. plene  
Fely. in cap. cum omnes penult. & fin.  
col. extra de constit. sed in d. Ciuitate  
eo tempore quo ipsi agentes fuerunt  
destinati legati, non erat magistratus  
nec legitimus officialis , ex quo dicta  
Ciuitas occupabatur per Tyramnos,  
& assertus officialis deputatus per di-  
ctos Tyramnos , non solum non con-  
uocasset consilium ad eligendos lega-  
tos pro restituenda dicta ciuitate si-  
delitati Cæs. Maiest. Immo si de præ-  
dictis notitiam habuisset, eos expresse  
prohibuisset, ne congregarentur, ad fi-  
nem prædictum , ex quibus satis de-  
monstratur de validitate dicti instru-  
menti & electionis factæ ipsorum agen-  
tium, ac commissione sibi iniuncta.

De his quæ in hoc præsupposito, &  
in sequentibus dicuntur, vide omnino  
Capyc. decis. 4. quæ incipit, In causa  
Monasterij Sancti Martini, vbi plene,  
vide omnino Petrum Bellugam. in  
specul. princip. rubrica, quæ incipit  
ad Curiam comparent multi car. 12.  
vbi plene ponit modum , & ordinem  
constituendi Sindicos, vel Procurato-  
res vniuersitatis.

Tu adde Ioannē de Plat. in l. actua-  
rios C. de numerar. actuarijs, & car-  
tular. lib. 12. qui dixit, quod Sindicus

Creatus non congregata vniuersitate  
ad sonum Campanæ , & cum cæteris  
sollemnitatibus solitis, non dicitur le-  
gitime ordinatus, & gesta per eum nō  
tenent car. 189. Tu de hoc vide Pe-  
trum de Anch. & Imo. in c. quanto  
præallegato, qui videretur tenere con-  
trarium, & Alex. cons. 7. in fine 1. vol.  
& eundem Alex. cons. 197. in fine 2.  
vol. sed vide omnino Capyc. decis. 4.  
vbi plenissime de omnibus his , quæ  
hic tractantur.

Quia ergo ex processatis apparet,  
quod ipsi postquam accesserunt ad di-  
ctum illustrissimum Principem Oran-  
gæ fuerunt capti carcerati, & demum  
post carcerationem ipsorum per mul-  
tos dies soluerunt pro ipsorum talia,  
& compositione scutes duo millia  
centum, & triginta, non est dubitan-  
dum, quod dicta vniuersitas teneatur  
ipsis agentibus ad emendam damno-  
rum , & restitutionem dictorum scu-  
torum duorum millium , centum , &  
triginta per ea quæ notabiliter tenuit  
Bart. † in l. si seruus communis, §:  
quod verò , circa finem ff. de sur. vbi  
dicit, quod si Ambasciatores Vniuer-  
sitätis fuerunt capti , vel in itinere  
mortui, vel disrobari; quod Vniuersi-  
tas tenet ad emendam danni, illa  
potissima ratione , quia officium lega-  
tionis est munus necessarium l. mune-  
rum §. legati ff. de mun. & honor.  
vt in primo præsupposito dicitur, &  
ideo ipsi non debet esse nocuum l.  
post legatum & aduocatorum ff. de  
his quibus, vt indig. l. cum postulas-  
sem in fine ff. de dam. infec. Idem te-  
nuit Specul. in tit. de Iudic. §. spetia-  
lia vers. illud. Hoc etiam notabiliter  
tenuit Innoc. in cap. sicut el 3. & ibi  
sequitur eum Abb. in penultima col.  
extra de iure iur. & idem in proprijs  
terminis tenuit Bal. in l. inter causas  
§. non omnia 2. col. ff. mandat. con-  
cludens, quod si Ambasciatores mit-  
tantur directo ad loca periculosa, ita  
quod mandans potuisset cogitare,  
quod hoc de facili potuisset evenire,  
quod

quod tunc de mero iure mittens te-  
netur ambasciatori ad omnia damna.  
Cum ergo ipsi agentes fuerint missi ad  
loca periculosa, vbi omnes egredien-  
tes à dicta Ciuitate passim capieban-  
tur, carcerabantur, & cogebantur di-  
uersas quantitates soluere pro eorum  
recapitu, & sic aduertenter, ibi fuerunt  
missi, non immerito ad ipsorum refe-  
tionem tenetur Vniuersitas mittens,  
per prædicta.

Confirmantur prædicta, nam dicti  
Actores fuerunt capti, & ad dictam  
quantitatem soluendam coacti in in-  
juriam, & propter odium d. Vniuersi-  
tatis, quæ tunc reputabatur inimica  
Imperialibus, & ideo non immerito  
ipsa Vniuersitas, cuius causa ipsi agen-  
tes talia passi fuerunt, tenetur ipsis ad  
dictorum damnorum emendam, per  
notata per Bal. in d. S. non omnia. Ad  
quod optime deseruiunt notata per  
Bar. in l. si merces S. culpæ ff. loca. qui  
concludit, quod emens gabellas ab  
Vniuersitate si impeditur ipsis exi-  
gere propter guerram contra dictam  
Vniuersitatem motam, quod dictis  
emotoribus debet fieri remissio mer-  
cedis, de quo per Bar. in l. cotem fer-  
ro S. qui maximos ff. de public. ad q̄  
deseruit bonus tex. in cap. ex literis  
extra de pig.

Et licet violentia numeretur inter  
casus fortuitos, vt l. ad eos l. in rebus  
ff. commod. l. sed de damno ff. loca.  
attamen, quando violentia infertur  
alicui propter aliquam indignationem  
contra eum habitam, dicitur damnum  
datum culpa sui. Ita notabiliter Bar. in  
l. penul. in princ. ff. solut. matr. per tex.  
in d. S. culpæ.

Nec obstant notata per Abb. in cap.  
cum pro causa, & ibi per Doct. extra  
de procur. & per Bald. in c. i. in fine an-  
agnatus, & per Bal. in d. S. non omnia,  
qui videtur concludere, quod vbi pro-  
curator si in itinere fuit deprædatus;  
non repetit amissum à Domino; illud  
enim procedit in procuratore, cuius  
officium est voluntarium, & maxime

si est constitutus cum mercede. In Am-  
basciatore, cuius officium est necessa-  
rium, secus est, cum ipsum officium nō  
debeat esse sibi damnosum l. cum po-  
stulasset in fine ff. de damn. infec. per  
quam rationem diuersitatis, ita tenuit  
Bal. in d. S. non omnia ff. manda.

Quod autem dicti Actores fuerunt  
13 Nuncij, seu Ambasciatores, † & non  
procuratores, probatur per ea, quæ no-  
tabiliter voluit Bal. in rub. C. de exer-  
cit. ij. col. vers. vnde scias, qui dixit, q̄  
is est propriè Nuncius, cui est præfixa  
certa forma, ita quod ipse nihil faciat  
de proprio capite, pro quo est bonus  
tex. in l. & licet, & ibi per Bar. ff. de con-  
stit. pec. sed dicta Vniuersitas specificè  
commisit dictis Pyrrucio, & socijs,  
quod redderent dictam Ciuitatem si-  
delitati C. Maiestatis, & ipsam com-  
ponerent pro ducatis triginta millibus,  
dando ipsis certam legem, taliter quod  
ipsi in prædictis exequendis non præ-  
stiterunt, nisi nudum ministerium, ve  
notabiliter dixit Bald. in l. multum 4.  
col. vers. modo querendo C. si quis al-  
teri; vel sibi fuerunt tanquam pica, &  
organum in referenda verba Vniuersi-  
tatis dicto Dño Priuipici, nihil de pro-  
prio capite addendo, & propterea cen-  
sendi sunt Nuncij, & non Procurato-  
res, ut dixit Bal. in d. l. multum.

De nuncio vide vnum verbum Bal.  
in leg. à procuratore in fine C. manda.  
vide Bal. in tract. de pace constan. 9.  
col. vers. illud est nota dignum, vbi po-  
nit differentiam inter Nuncium, & pro-  
curatorem dicens, quod ille, qui mit-  
tit nuncium, vult obligari per seipsum,  
non per alium; & ideo potest reuoca-  
re mandatum clam; sed ille, qui mittit  
procuratorem, vult obligari per aliū,  
& ideo non valet reuocatio, nisi ad no-  
titiam ducatur.

Fortificantur prædicta ex his, quæ  
voluit Bald. in l. si literas in principio  
C. mandat. qui dixit, quod vbi mittens  
aliquem vult, contrahi cum ipso mit-  
tent, ita quod actio queratur mit-  
tent, & missus non obligetur ipse, sed  
mittens

## ALLEGATIONVM

mittens; tunc missus dicitur propriè nuncius, ex quo missus deferuit tanquam pica, & organum, ut ibi per eum, & idem tenuit Bal. in l. si ex contractu C. quod cum eo, sed in casu nostro apparet ex forma commissionis, quod ipsa Vniuersitas dederat ipsis actoribus certam commissionem committingo ipsis specificè agenda per eos; ita quod ipsi missi non obligarentur in aliquo, sed ipsa Vniuersitas. Cendi ergo propterea sunt Nuncij, & non Procuratores, per prædicta.

Nec obstat, quod dicti agentes in eorum articulis pluries se nominauerint procuratores, nam in dictis articulis, & assertis nominationibus semper se retulerunt ad instrumentum d. corū potestatis, in quo apparet, ipsos fuisse destinatos nuncios, & non procuratores per supradicta, & ideo talis confessio, seu declaratio † non præjudicat ipsis, tāquam positio inefficax, ita Bal. notabiliter in l. 1. col. 1. C. de errore aduoc. sequitur Alex. in consil. 125. in fin. 2. vol. vbi allegat l.asse toto ff. de hæred. instit. & l. in testamento la 1. & l. si ita scripsero ff. de condit. & demo. & idem Alex. in conf. 3. ij. vol. Soc. plene conf. 92. 1. vol. 6. col. vers. confirmatio, vbi allegat elegans conf. Pauli de Caſt. 306. qui dixit, quod vbi aliquis refert se ad instrumentum, si instrumentum non est verum, relatio similiter non est vera. Quamuis autem appareat in articulis & alijs scripturis, quod ipsi Pyrrucius, & socij dixerint, se fuisse procuratores d. vniuersitatis, & ex dicto instrumento in actis præsentato appareat aliter, talis asserta confessio non obstat ipsis agentibus.

Minime etiā obstat, quod ipsi agentes non obtinuerunt saluum conductum à d. Dño Princepe, prout ex aduerso assentitur, esse consuetum fieri in Caſtris, & propterea ipsos fuisse in culpa † iuxta not. per glos. in d. S. culpæ, quam ad hoc notat Imol. in l. 2. S. item si in facto ff. de verb. oblig. notat Rapha. Imo. Paul. de Caſt. in d.l. penu.

ff. solut. matr. dicētes, quod si ego sciebam, me habere inimicum, & non adhibui diligentiam in custodiendo rem cōductam, quod damnum mihi datum ab inimicis teneor reficere Domino, nam hoc in casu nostro non potest allegari, ex quo ipsi Pyrrucius, & socij tempore, quo exierunt ē Ciuitate, & accesserunt ad dictum Dñum Principē, ac etiam semper quo reuersi fuerunt ad Ciuitatem eundo, & redeundo tractantes negotia Vniuersitatis, habuerunt † tubic̄tam d. Dñi Principis sibi eo datum pro eorum custodia, taliter quod illæsi semper transierunt per medium exercitus, ita quod ex prædictis apparet de ipsis diligentia adhibita in accedendo caute, & sic redeundo, & ideo ipsis non potest culpa aliqua imputari, ex qua ipsa Vniuersitas releuaretur, per ea, quæ notat Bal. in d.l. penul. S. 1. ff. solu. matr. qui dixit, quod factum ab inimico, qñ inimicitia est generalis, non annumeratur culpæ damnum passi l. item queritur S. exercitu l. si merces S. vis maior ff. loca. quod bene potest dici in casu nostro, quod d. Dñus Princeps, & exercitus Imperialis nullam cum dictis agentibus habebant inimicitiam, sed cū ipsa Vniuersitate, & dato quod fuisse eorum inimici, stante diligentia adhibita per eos in obtinendo tubic̄tam in accessu, & reuersione, non potest ipsis imputari culpa aliqua, per ea, quæ voluit Bal. in l. falsus pen. col. C. de fur. Raph. Cum. in l. Stichus certo ff. de verb. oblig. & Specul. in tit. de iniurijs, & damno dato S. sequitur vers. sed posse inimicus, & Alex. notabiliter in d. l. penul. S. in his vbi tenet, quod si quis custodiebat rem à suis inimicis, & nihilominus fuit sibi ab ipsis illatum dānum, non tenetur custodiens. Quia ergo ipsis caute accesserunt, & hoc non obstante, fuerunt capti, & per vim cōpositi, non potest ipsis culpa imputari.

Postremo non obstat illud, qđ ipsa Ciuitas nititur allegare, † videlicet quod ipsis agentes erant alias passuri dicta

# D. IACOBI ANT. DE MAVRO.

dicta damnata intus Civitatem, stante depopulatione ipsius, vbi passim Civiles fuerunt a militibus captiuati, & diuersas talias soluere coacti; nam per ipsos fuit bene probatum, quod quam plures domus multorum Ciuium easerunt vna cum ipsarum dominis, & quod per milites Imperiales fuerunt custoditae, & signanter domus ipsorum agentium, taliter quod si intus Civitatem remansissent, euasissent, in eorum domibus illesi. Cumq; dicta dampna, & incommoda non fuissent alias passuri non incongrue ipsa Ciuitas ad ipsorum refectionem, & emendationem cedebur, per ea quae notat inde Abb. & ceteri in cap. sicut col. 3. pen. col. extra de iur. iur. & Bar. in l. si seruus cois. quod verbo ff. de fur. Ex quibus prout dictam vniuersitatem debere condemnari ad soluendum ipsis agentibus dictos ducatos duos mille, centum, & triginta, vna cum damnis, & interesse passis, salvo iuditio posteriori.

Vltra præallegata ad resolutionem dubiorum per Excellentem Dominum Præsidentem Comissarium datorum.  
Quod dicti Agentes fuerunt Nuncij, & non procuratores, optime probatur ex his quae voluit Bart. in l. qui autem, s. constituere ff. de const. pec. 18 qui dixit, quod nuncius & concipit verba in personam Domini, ita quod Nuncio nihil queritur, sed immediate queritur obligatio Dno, vel Dnus per Nuncium immediate obligatur ex quo Nuncius est tanquam pica, & organum in referendo verba idem vel è contra, & maxime quando est spacialiter constitutus ad vnam rem, nam Nuncius priuati nunquam potest esse generalis secundum ipsum, & ideo infert quod per illa verba generalia solita apponi in instrumentis, videlicet. Talis fecit suum procuratorem factorem, & nuncium, prout de nuncio loquitur, habent effectum nuncij in his quae specialiter in mandato sunt inserta; & ad hoc optime deseruit notab. dictu Bar. in l. i. s. quamvis ff. de procur. qui di-

xit, quod procurator ad vnam spe- ciem videtur nuncius, per glos. ibi, & ad hoc accedit, quia nuncius refert verba Domini secundum Bar. in l. nec quicquam s. vbi dixerunt 3. col. ff. de offic. procons. qui dixit, quod nuncius concipit verba in personam Dni, & vt dicit Specul. in tit. de procur. s. vt au- tem vers. & nota, quod large recitat verba Dni, ita quod directæ queritur actio Domino, & Dnus directo obli- gatur, vt ibi per eum dicentem, quod large quilibet nuncius est procurator, & idem in specie tenet Ang. in l. 1. s. constituitur ff. de procur. & notabili- ter Bar. in l. si Titio ff. de usufr. leg. qui dixit, quod si in instrumento dicatur, cōstituo tales procuratorem, & nuncium, quod ista procedunt, ex quo pa- test quis esse procurator, & nuncius se- cundum ipsum.

In casu ergo nostro dicti agētes fue- runt destinati ad d. Illustrissimū Prin- cipem ad duos effectus; videlicet ad reddendam vniuersitatem Imperiali- bus, ac ad eam componendam pro scu- tis triginta millibus, taliter, quod ipsi in exequendo sibi commissa non pote- tant excedere, & aliquid addere, sed tantum eis commissa referre, taliter quod erant tanquam pica, & organum, & quamvis in dicto instrumento dica- tur, quod ipsa vniuersitas dabat ipsis agentibus in predictis mandatum, no- propterea desinunt esse nuncij, cum sint constituti particulariter ad præ- dicta, & ideo censendi sunt nuncij, & non procuratores, maxime quia in- tentio dictæ vniuersitatis erat, quod ipsa obligaretur, & non dicti agentes.

Illud autē quod ex aduerso allega- tur, videlicet quod ipsi agentes suis- sent & alias passuri prædicta intus Ci- uitatem non potest allegari in casu no- stro primo quia Bart. in d. l. si seruus cōmunis s. quod verbum in finalibus verbis ff. de furtis loquitur vbi Amba- sciatori fuerunt subtractæ res, quae alias naturaliter fuissent periturae pe- nes Ambasciatores, quod non potest

B. con.

cōuenire casui nostro, & maxime quia ipsi agentes egerunt actione personali descendente ex contractu prædicto contra dictam vniuersitatem. In quo casu non habet locum illa distinctio, vtrum res esset eodem modo peritura. Ita notanter tenuit Bar. in l. quod te. 2. col. ff. si cert. pet. qui allegat optimum tex. in l. merito in fine ff. de vi, & vi armata, in qua actione personali, etiam si essemus in dubio, vtrum si res esset eodem modo peritura penes credi eorem, sicut penes debitorem, non attenditur dicta distinctio, sed præsumitur contra reum, & pro auctore, ita tenuit Paul. de Castr. & plenius ibi Philip. Dec. in d.l. quod te.

Et dato non tamen concessio quod dicta distinctio attendideberet, prout locum non habet, illud procederet, vbi ipsi agentes omnino, & in omni casu fuissent passuri intus Ciuitatem secus tamen esset si potuissent se custodire intus Ciuitatem, & casum prædictum aliquo modo evadere, ita probat tex. iuncta notab. glos. in l. item si verberatum s. s. in glos. in verbo moram ff. de rei vendic. in eo, quod glos. dicit, vel quia à tali casu custodissent, vel quia distraxissent, & allegant bonum textum in l. si cum exceptione s. si homo in fine ff. q̄ metus causa, sed per ipsos agentes fuit bene probatum, quod intus Ciuitatem fuissent custoditi, & evasissent incolumes, taliter, quod nō fuissent æque passuri, ex quo domus ipsorum, & quam plurim aliorum ciuium fuerunt custodite à militibus, in quibus domibus optime potuissent evadere, merito dicta consideratio, q̄ ipsi fuisset æqua passuri, non attenditur, & ideo d. vniuersitas tenetur per supradicta, ex quibus puto, quod d. vniuersitas de iure debet condemnari ad petitam pecuniam.

## ADDITIO N E S.

**A**D numerum decimum ad confirmationem dictorum per meum Auum hic, quod Ciuitas Auerse teneatur ad hanc

emendam, Addo in terminis Vincentium de Franchis decil. 146. qui sic dicit suisse decimum; Addo etiam Auinionensem decil. 126. Nattam conf. 137. 168. & 169.

Abb. I. o. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *Dereductio laudi ad arbitrium boni viri, et si tertius est electus in casu discordia, is non potest se intromittere, nisi duo arbitri sint discordes.*
- 2 *Laudum latum per duos ex arbitris non requisito tertio, non valet.*
- 3 *Quando nullitas que allegatur est ex defectu potestatis iudicandi, potest dicta nullitas allegari, non obstante quod allegans fuerit exclusus à iure descendendi de nullitate sententiae.*
- 4 *Laudum nullum emologari non potest.*
- 5 *Laudum datum die feriato in honorem Dei, est ipso iure nullum, non obstantibus clausulis compromissi.*
- 6 *Non obstante quod cum iuramento sit renuntiatum reductioni ad arbitrium boni viri. Emologatio compromissi non firmat laudum nullum, & vide Affl. decis.*
- 7 *In enormi lesione præsumitur adesse dolus, nec iuuat iuramentum, nec requiritur absolutione à iuramento.*

ALLE.

## ALLEGATIO 2.

**D**e reductio ne laudi ad arbitrium boni viri.

**N** causa Magnifici Michaelis Ricij, cum Benedicto Carrocchio de Castro Pignano Prouintiae Aprutij, quæ vertitur in Sac. Consil. & coram magnifico Domino

Io: Marciali Regio Coafiliario, & cause Commissario, super petitia reuisione laudi lati per vnum ex duobus arbitris à dictis partibus electi cum tertio in casu discordiæ dictorum arbitrorum deputato, in qua sententia d. Benedictus fuit condemnatus ad soluendum eidem magnifico Michaeli tumulos grani quadrigentos, seu ipsorum præmium, ad rationem carloporum decē, pro quolibet tumulo, & ab alijs tumulis quingentis absolutus, ut ex actis, & sententia prædicta apparet. Dico de iure debere procedi ad reuisionem, & reformationem dicti laudi. Ac petitiam reuisionem ad arbitrium boni viri dictæ sententie esse admittendam ex infrascriptis, & primo.

Quia compromissum fuit factum in duos arbitros, & in casu discordiæ fuit electus pro tertio magnificus Nicolaus Mariconda, vt ex compromisso apparet, & quia inter dictos arbitros nulla fuit discordia, nec aliter apparet de eorum discordia, propterea dictus tertius non potuit se intrömittere ad laudandum, & si hoc fecit, eius laudum est nullum, tanquam latum à nō habente potestatem, per ea quæ voluit Bart. in l. item si vñus. si principaliter ff. de arbit. qui dixit, quod vbi in compromisso est electus tertius in casu discordiæ, quod is non potest se intrömittere ad laudandum, nisi duo arbitri sint discordes, quod etiam tenuit glo. in d. S. principaliter, sequitur Alex. cons. 124. incipiente in causa, & lite vertente 4. col. vers. 3. ratione 2. vol.

Idem expresse tenuit Maria. Soc. cōf. § 4. incipiente abuode, & subtiliter. 2. vol. qui referendo verba Bar. in d. S. principaliter dicit, quod vbi duo arbitri electi essent discordes, præuaderet sententia tertij, cum vno ex duobus, secus tamen vbi duo essent cōcordes, quia tertius non intromittit se ad laudandum, ex quo finalis ratio electionis illius tertij est discordia arbitrorum, in quo casu tantum videtur sibi data potestas, & non in alio. Idem expresse tenuit Specul. in tit. de arbit. S. sequitur vers. sed nunquid isti, & idem tenuit Bal. consil. 97. 5. vol.

Ft quamvis d. tertius, + qui à principio fuit electus à partibus dicatur arbiter iuxta nota. per Bart. in l. si dominium in fine ff. de fur. & Bar. in d. S. principaliter, & sentit Bal. in l. prima in 2. oppositione C. de his qui poenæ nom. attamen censetur arbiter in casu quo fuit electus, videlicet in casu discordiæ, & non aliter per supradicta, & dato quod ipse in casu nostro fuerit arbiter, & potuisse sententiare, prout non potuit, attamen non potuit cum vno ex duobus arbitrī alio absente, & irrequisito laudare, iux. tex. in l. si in tres, & ibi Bar. Bal. & omnes ff. de arb. not. glo. in l. sicuti eod. tit. tex. & ibi Bar. & omnes in l. duo ex tribus ff. de re iudic. probat tex. in l. item si vñus S. item si plures ff. eod. tit. de arbit.

Nec obstat tex. in cap. 2. de arbit. in 6. quia ille tex. procedit, quod duo ex tribus arbitrī possunt laudare altero absente legitime requisito, vt dicit ibi tex. & glo. in verbo legitime, intelligit per se, vel per nuncium literatorie destinatum, vt ibi glo. item ille tex. procedit de iure Canonico, & in foro Canonico seruatur, sed in foro Civili seruatur ius ciuale Bart. in l. duo ex tribus ff. de re iudic. Cum ergo in casu nostro sententia reperiatur lata per vnum ex duobus arbitrī altero absente irrequisito, dictum laudum omni iure censi debet nullum.

Fortificantur prædicta, nam arbieri

## ALLEGATIONVM

non habent notionem in solidum, sed quilibet pro parte, ut prob. tex. & ibi hoc notat Abb. in c. vno delegatorum extra de officio deleg. & ideo in ipso rum sententia omnes debent interesse, vel saltem vocari.

Et quamvis in compromisso sit expresse renunciatum iuri dicendi de nullitate laudi. Attamen quando nullitas quæ allegatur est † ex defectu protestatis iudicandi, potest dicta nullitas allegari, non obstante, quod allegans fuerit alias exclusus à iure dicendi de nullitate sententie, glos. est sing. in Clement. voic. de sequestr. possell. & fructuum, quam glas. sequitur express. Alex. in l. de pupillo s. qui opus ff. de ope. no. nunci. concordando ipsam glos. cum alia glos. in Clement. 1. in verbo pendere de re iudic. quæ aliter videtur sentire.

Et quamvis in dicto compromisso dictæ partes expresse emologauerint laudum ferendum per dictos arbitros, attamen hoc non obstante debet pronunciari nullum, ex quo laudum arbitrorum nullum non potest per partes emologari, † ita Abb. in c. examinata de confirmat. vtil. vel inut. dicens q; partes nō possunt emologare laudum nullum, quia consensus partium non potest purgare vitiū nullitatis, quod etiam tenuit ibi Ant. de Butr. dicens, quod emologatio compromissi non firmat laudum contra defectum nullitatis secundum eum in 3. notab. Idē videtur tenere Bal. in l. si vxorem 2. col. vers. ex his infertur C. de condit. instit. & Bal. in tit. de pace constantiae in verb. sententiae versic. quid de sententijs latis ex compromisso.

Confirmantur prædicta, nam d. laudum deprehenditur nullum ex quo fuit latum in festo Purificationis Beatae Virginis, & sic die feriato in honorem Dei, ut legitur, & notatur † in l. fin. cum multis concordantijs ibi nota. ff. de ferijs, & licet in compromisso sit data potestas arbitrandi die feriato, & non feriato, quia tamen dicti

arbitri elegerunt viam arbitrorum in procedendo tale laudum dicta die laudum est nullum non obstante dicta protestate in d. compromisso data, ita notanter tenuit Lanfranc. in tract. de arbit. in 6. q. ultime partis principalis, ex quo secundum ipsum arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, vulg. l. ff. de arbitr. & sicut in iudicijs sententia lata tali die esset nulla per iuta vulgaria, ita in casu prædicto.

Non obstat si dicatur, quod in compromisso est renunciatum reductioni ad arbitrium boni viri, etiam cum iuramento, etiam ex capite enormis, & enormissime læsionis, † quia non obstante tali asserta renunciatione, ex quo in d. laudo fuit ipse Benedictus enormissime læsus, potest petere ipsum reduci ad arbitrium boni viri, per ea quæ voluit Bar. in l. si societatem s. arbitrorum penult. col. ff. pro socio, qui dixit quod quamvis cum iuramento sit renunciatum petitioni reductoris ad arbitrium boni viri, si tamen interuenit enormis, vel enormissima læsio, non obstante d. renunciatione iurata, potest peti reductio ad arbitrium boni viri, ex quo iuramentum habet illam conditionem, quam habet pactum præambulum videlicet, si æque arbitratum fuerit, & ibi per eum allegantem multa, idem expressius tenuit Dñus Abb. in cap. quinta vallis in 12. colum. & sequenti extra de iure iur. qui dixit hanc esse communem opinionem, sequutus opinionem Anton. de Butr. ibi, qui dicit, quod quantumcunque verba renunciationis sine larga, & large concepta, nihilominus data enormi læsione, etiam re ipsa dabitur reductionis remedium, ex quo talia verba in genere, & effuso sermone prolati, videntur sub conditione discretionis arbitrorum prolati, & ideo concludit, quod non obstante iuramento, potest talis reductio peti saltem ex officio iudicis, pro qua opinione videtur facere rex. in cap. cum venisset extra de instit. Hoc etiam sequitur

quitur in terminis Baldi. in l. penul. in 1. & 2. colum. Q. de arbitr. vbi dicit, quod communiter obsernatur, quod non obstante qualcumque cautela verborum, possit propter enormem laxitatem peti reductio ad arbitrium boni viri, ex quo non est verisimile, quod compromittens senserit, quod arbitr. vel arbitrator possit eos enormiter hædere, & maxime quia compromissum est factum de iure tantum in sententiando, argum. l. cum aquila na ff. de transact. leg. creditor. S. Lutius ff. mandati. Idem expresse tenuit Dyn. in regu. scienti de reg. iuris in 6. & expresse per multas rationes hoc te nunt Maria. Soccin. in cons. 220. 3. & 4. col. 2. vol. & pl. Philipp. Dec. cons. 39. incipiente iuridicam esse ar- bitror 3. colum. vers. 2. principaliter l. volum.

Fortificantur prædicta, nā in enor- mi læsione præsumitur adesse dolus, ¶ l. omnes S. Lutius ff. quæ in fraud. credit. l. 2. in princ. ff. de dolii excepti l. si superstite C. de dolo, & firmat Soc- cin. cons. 62. incipiente in causa Ho- nosrij fin. col. 2. vol. Sed vbi in laudo interuenit dolus verus, vel præsum- ptus, non obstante iuramento, & ren- nunciatione, potest peti reductio ad arbitrium boni viri, ut per Doct. maxi- me Abb. in d. c. quinta vall. & per Bald. in l. si procurator in princ. ff. de condit. Indeb. Nec est hæsitandum, vtrum à vinculo iuramenti in d. com- prmissio appositi requiratur absolu- tio, ex quo vbi dicta reductio petitur in casu præmisso à iure non requiritur relaxatio, seu absolutio à iuramento, ita formaliter tenuit Salyc. in d. S. ar- bitrorum sequurus opinionem Ioan- nis Calderini in sua disputatione, ut ibi per eum; ex quibus puto conclu- dendum dictum Benedictum ad di- Etiam petitam reductionem, ad arbit- trium boni viri laudi prædicti, esse ad- mittendum, præsertim in casu de quo agitur; In quo licet vigor iuris in ali- quo repugnet, prout non repugnat ta-

men de æquitate Index debet occur- rere iniquitati, & enormi lesioni, & ne pars enormiter lædatur iuxta nota per Ioannem Andr. in addit. Specul. in titul. de arbitr. S. fin. versic: quid si compromiss. & Ant. de Butr. in d. c. quinta vallis in vlt. glori. dicēns, quod posito, quod de rigore talis petita re- ductio admitti non debuisse, prout debet, tamen Iudex ex æquitate de- bet occurrere iniquitati, & enormi le- sioni, per id, quod legitur in c. fin. de transac. & in c. 2. de arbitr. & maxi- me cum tractetur in foro, vbi attendi tur veritas, & æquitas magis quam ri- gor, prout de iure fieri debet, iuxta tex. in l. placuit cum vulgarib. C. de iudic. Cætera suppleat mag. & Cir- cumspecti Domini iudicantis peritia iux. tit. C. vt quæ desūt aduocatis, &c.

#### A D D I T I O N E S .

**A**D numerum secundum cum pluribus sequent. Addo ultra dicta per meum. Auum hic. An laudum possit exequi, quando allegatur nullum, stante pacto, quod non posset dici de nullitate. Angel. in consil. 200. in fine, & Alexandr. in consil. 96. num. 8. vol. 6. tenet quod sic, & dicit Bal. in tit. de pace Constant. vers. paſtio- nes, quod laudum nullum non possit emologari, ut laudum, sed ut tradit Affl. decis. 118. & 132. quod potest ratificari ut valeat in vim pacti, Dec. tenet opinionem Bal. in l. quod ab initio numer. 2. ff. de regul. iur. Marfil. in l. 1. S. si quis dicatur col. pen. ff. de quæſitione, & in l. quæſitiones habendæ col. 6. & eod. tit. Gozadin. conf. 98. num. 12. Io: Vincentius de Anna in singul. 299. relatis prædictis, dicit semper vidisse exequi laudum, non obstante nullitate allegata. Idem dixit in repet. Constitutionis Constitutio- nem diu memoriz. 287. vbi etiam tradit. An laudum nullum possit emologa- ri, & ratificari, ut valeat in vim pacti vñq; ad oum. 290. de qno ample agit etiam Antonius Gabriel. lib. 2. commun. opin. tit. de sentent. conclus. 2. num. 2. & num. 9. 10. & 11. Jacob. Menoch. in consil. 1. num. 270. vol. 1. Franciscus Bursat. cons. 176. num. 64. vol. 2. Sed Io: Thomas de Minadois in decis. 19. dicit non esse exequendum lau- dum nullum, etiam stante pacto quod non possit dici de nullitate.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

SVMMA-


## ALLEGATIONVM

## SUMMARIUM.

- 1 *Cappella ubi sunt sepulchra mortuorum, campanile, & altare, ubi Missa celebrantur probant esse Ecclesiam.*
- 2 *Et qualiter Ecclesia differt ab Oratorio.*
- 3 *Et quando Cappella dicatur exempta ab ordinarioloci, & num. 5.*
- 4 *Quando Cappella, vel Ecclesia presumatur fundata de consensu Episcopi.*
- 6 *Laici sunt omnino incapaces Ecclesie, nec possunt administrare bona Ecclesie, & nu. 7.*
- 8 *Et quando impreratio beneficij dicatur erronea, vel subreptitia.*
- 9 *Quid si error sit in valore beneficij, quod valor beneficij intelligitur deductis oneribus.*
- 10 *Possessio immemorabilis, non habet vim priuilegij, ubi possidens est incapax iuris possessi, vel rei possesse, prout sunt laici rerum Ecclesie.*
- 11 *Verba enunciatiua in instru-mētis antiquis quando probat.*

## ALLEGATIO 3.

**L**icit Cappella, vel Ecclesia sit constructa per laicos, non tamen est exempta ab ordinario.



N causa venerabilis Ecclesiae, seu Capella S. Christophori cōstrūctæ intus Ciuitatem Neapolis, & proprie in fronte spacio Sanctæ Mariæ de Noua, vertenti coram Magn. V.I. D. Dno Iohanne Marciali Regio Consiliario, & electo Consultore per Commissarium Apostolicum inter Reuerend. Hieronymum Ricena impetrantem, & certos laicos se opposentes ex altera, ut ex processu & actis demonstratur; Omissis argumentorum apparatu. Dico, partes Reuerendi Dni Commissarij Apostolici esse in pronunciando in favorem dicti impretrantis iuxta formam Apostolicarum literarum ex infrascriptis.

Prius tamen presupposito, qd ambo partes in facto conueniunt, quod in eadem Cappella, & sunt sepulchra, ubi cadavera mortuorum sepeliri solent, campanile, & altare ubi Missa celebrantur, & populus ibi ad diuina indifferenter admittitur. Ex quibus probatur ipsam esse Ecclesiam per tex. in c. fraternitatem, & ibi glos. & Docto. de sepult. ibi dudum dicit, sepulchra mortuorum apud illas ecclesias, & monasteria esse instituta, in quibus Religiosorum fratrum conuentus sunt constituti, bonus tex. in Clem. dudum, & ibi per Doct. eod. cit. Ad quod accedit notabile dictum Dni Abb. in c. auctoritate, quod est c. fin. de censi extra qui dixit, quod Ecclesia cognoscitur ab oratorio, & ex quo Ecclesia est illa quæ principaliter deputatae celebrationem, & ad orandum, oratorium vero non sit principaliter, vt ibi celebretur, sed vt ibi oretur, vnde secundum ipsum sine licentia Episcopi non est in oratorijs priuatis celebrandum, & vt in c. vnicuique c. sequenti de consecrat. distin. i. nec possunt habere campanam publicam per tex. notab. in c. patentib. extra de priuil. per quem tex. dixit ibi notanter idem Abb. in primo notab. quod habere campam

vam publice iu loco , & pulsare publi-  
ce , est signum loci publici , & sacrati,  
inferens quod hospitale , habens cam-  
panam , quæ publicæ pulsatur , cense-  
tur publicum , & subiectum Episcopo ,  
licet non appareat si aucte Episcopi  
sit constructum , & idem si ibi publice  
celebratur , & populi admittitur ad di-  
uina , talia enim sunt signa publica de-  
consecrat. distin. 1. vnicuiq; & cap.  
Clericos , & c. si quis , & cap. fin. idem  
expressius tenuit idem Abb. in c. inter  
dilectos , in glos. in vers. ad iudicare  
extra de donat. qui dixit , quod si in  
loco est campanile cum campana ele-  
vata in altum , & ibi publicæ celebren-  
tur Missæ , & quod omnes indifferen-  
ter admittuntur , ista sunt signa , quod  
locus est publicus , & allegat Federic.  
conf. 106. & Archid. in cap. nemo de  
consecr. distin. 1. & præsertim , quia  
dicti laici in eorum articulis , & com-  
paritionibus semper appellant eā Ec-  
clesiam , seu Cappellam , prout est , &  
ex prædictis probatur , vide omnino  
Dec. conf. 148. incip. Reuerend. pater  
Vicarie in princ. 1. vol. vbi declarat ,  
quæ dicatur Ecclesia , & in quo diffe-  
rat ab oratorio .

Qua existente , cum ipsa notorie  
appareat fundata intus Ciuitatē Nea-  
polis , non potuit ibi ædificari absque  
Diocesani consensu , per text. in c. ne-  
mo Ecclesiam , in c. clericos , in c. vni-  
cuiq; de consecr. distin. 1. in auth. de  
eccles. tit. 5. si quis autem voluerit , &  
in authen. vt nullus fabr. orat. dom.  
colla. q. quod procedit etiam in simpli  
ci oratorio , seu hospitali ædificato in  
forma Ecclesiae , prout tenuit Ludou.  
conf. 409 versus finem vers. quo ad  
tertium gl. in Clemen. quia contingit  
in fine in verbo altare de relig. dom.  
quæ cum non appareat constructa cū  
4. Archiepiscopi consensu , & vt ipfime  
satetur in eorum articulis ipsa sic sim-  
pliciter constructa , loci ordinario fuit  
acquisita , ipsiq; fuit , & est subiecta , ita  
probat formalis tex. in cap. cum olim  
vers. insuper Ecclesia il 2. de priuil. &

ibi glos. & Docto. maxime Abb. in 9.  
notab. facit tex. in c. regenda 10. q. 1.  
bonus tex. in c. ecclesijs extra de cēsi.  
tex. in c. omnes Basilicæ. 16. q. 7. quod  
etiam videtur tenere Lapus alleg. 42.  
in fine , & talis ecclesia est acquisita or-  
dinario vna cū omnibus bonis & in-  
troitibus , vt tener Abb. in d. cap. cum  
olim 9. notab. & Ioannes Andr. in spē  
in cod. c. cum olim in fine , vbi allegat  
tex. in c. fin. extra de success. ab intest.  
c. cum vos extra de offic. ordinar.

Addit Felyn. in cap. illud 4. col. in  
princ. de præsumpt. qui dixit , q. quan-  
do est dubium , si auctoritas Episcopi  
interuenit in fundatione Ecclesie , &  
locus est in forma Ecclesie , & diu pro-  
Ecclesia cultus est præsumitur aucto-  
ritatem Episcopi interuenisse , allegat  
Archid. in c. nemo de consecr. dist. 1.  
& multa alia , vt ibi ; & vide Dec. conf.  
121. in causa vener. Presbyteri Dñi  
Iacob. in prin. 1. vol. vbi Cappella ædi-  
ficata , & dotata in dioecesi aliqua est  
in potestate Episcopi quo ad collatio-  
nem .

Et quamvis ex aduerso afferatur , q.  
dicta Ecclesia fuit constructa per fra-  
tres Sanctæ Mariæ de Noua , in locum  
similis Cappelle alias constructe intus  
dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ de  
Noua , attamen quando hoc probare-  
tur non relevat dictos laicos , ex quo  
dicta Ecclesia est fundata in loco non  
exempto , sed loci ordinario subiecta ,  
& propterea t̄ nō efficitur exempta ,  
licet per exemptos afferatur constru-  
cta , ita probat formalis tex. in c. au-  
ctoritate , & ibi hoc notant Doct. de  
priuil. in 6. not. Archid. in c. sane 16.  
q. 2. Præsupposito ergo , quod dicta  
Ecclesia fuit acquisita ordinario cum  
introitibus non est dubitandum , quod  
Papa , qui est ordinarius cunctorum ,  
vt dicit Dominicus in d. c. auctorita-  
te , & qui est Dñus cunctarum Eccle-  
siarum iuxta tex. in c. 2. de prebend. in  
6. potuerit illam concedere , prout  
concessit .

Nec obstant verba in dictis literis ad-  
uersa .

- versariorum apposita videlicet sine præjudicio alterius, ex quo cum prædicta sit Ecclesia, & sic quid spirituale, cuius dicti laici fuerunt, & sunt omnino incapaces c. massana c. sacrosancta
- 6 extra de elect. † nullum respectu dicitur Ecclesiae quo ad eos potest considerari præjudicium, & licet per eos dicatur, quod ipsi intendunt administrare, & regere introitus, & bona dicta Cappellæ, in hoc minime sunt audiendi cum talia bona fuerint empta nomine Ecclesiae, & consequenter ipsi acquisita, per ea quæ habentur in cap. requisitu extra de testa. & cū ipsa sint
- 7 bona Ecclesiae laici, † non possunt ipsorum bonorum habere administrationem generalem per ea quæ in terminis dicunt Docto. maxime Abb. in c. 2. extra de Iudic. pro quo est bonus tex. in c. iudicatum 89. dist. & ibi hoc notat Archi. Doct. maxime Hostien. in c. 2. extra de ætate & qual. & plene Aret. in d. c. 2. maxime quia ipsi intendunt sibi vendicare administrationem cum facultate disponendi de bonis temporalibus dictæ Ecclesiae, quod omni iure reperitur prohibitum, vt per Doct. in dictis locis.
- Et licet assertur in dictis literis spissæ erratum in valore d. Ecclesiae, attamen quando hoc esset, prout non
- 8 est, talis error non vitiat † concessiōnem ex multis, & primo quia talis impletatio licet assertur erronea, non affert præiuditum ipsis laicis se opponentibus saltim de iure cum ipsi sint incapaces ipsius, vt supra, in quo casu error in valore Ecclesiae non vitiat gratiam ita firmat Calder. cons. 104.
- Item quia talis assertus error in valore non est in quantitate notabili, sed modica, cum in dictis literis dicatur, quod redditus dictæ Ecclesiae non excedant summam ducatorum quinqua-
- 9 ginta, & sic talis † error cum non sit in notabili quantitate nō vitiat gratiam, ita notanter tenuit Petrus de Ancha. cons. 142. vbi notabiliter hoc firmat, & maxime quia in computando valo-

re beneficij, debent deduci, onera Ecclesiae ita quod valor debet esse deducitis omnibus decis. rot. 52. in antiqu. in tit. de concess. præben. quam sequitur Felyn. in c. ad aures 9. col. versic. 12. cōclusio extra de rescriptis dicens quod istud est regulare, quod vbi fit mentio de redditibus semper intelligitur deductis expensis Bal. in l. coheredibus ff. famil. bærcis. & in l. neque in fin. C. de compensat. per rex. in l. fundi Trebatiani ff. de v. sufr. leg. ibi ex locatione fundi redigere, & c. sed de redditibus d. Ecclesiae sunt soluendi annuatim Fratribus Sanctæ Mariæ de Noua ducati septem cum dimidio, vt ipsi met satentur, & probauerunt per suos testes ac etiam est soluendum salarium Cappellani ascendens ad ducatos 12. & hoc potest ex depositionibus dictorum laicorum principalium intelligi quos procurator d. impetrantis petit interrogari, vt principales super hoc, Iudici enim licet pro veritate indaganda, vsque ad prolationes sententiæ partes interrogare c. cum Ioannes Heremita de fid. instrum. taliter, quod deductis dictis oneribus remanent ducati quinquaginta redditus d. Ecclesiae, & sic non fuit subreptum in expressione valoris per supradicta.

Valor beneficij intelligitur deducitis oneribus, vide Dec. cons. 156. in cip. statutum Cathedralis Ecclesiae 1. vol. & an, & quando expressio falsi valoris beneficij vitiet gratiam, videoas omnino Fely. in cap. fin. col. 1. in fin. & duabus seqq. de præsumpt. vbi multas limitationes notabiles ponit, quando expressio falsi valoris non vitiat.

Nec obstat si ex aduerso dicatur, quod ipsis fuerunt in quasi possessione d. Ecclesiae, ac administrationis bonorum ipsius per longissimum tempus, cuius non est memoria hominum in contrarium, quæ possessio tanti temporis habet vim tituli, scilicet priuilegij l. hoc iure l. ductus aque ff. de aqua quot. & estiu. c. 1. de rescrip. in 6. cap. super quibusdam extra de verb. signi-

cum

cum simil. nam quamuis prædicta per ipsos non sint verificata, tamen quando hoc probaretur talis possessio etiā tanti temporis non habet vim tituli, 10 vbi possidens est incapax + iuris possessi, vel rei possesse, fuit originale dictum Ioannis Monaci in c. 2. de præben. in 6. quem sequitur Abb. in cap. quāto 1. not. extra de cōsuet. & idem Abb. in c. Causam, quę & ibi plenius Fe ly. extra de præscript. sed cum in casu nōstro agatur de possessione, & iuri bus Ecclesiæ cuius ipsi mteri laici sunt incapaces per prædicta, talis posses sio tanti temporis, quando esset probata, prout non est, nullum ipsis tribuit Ius.

11 Instrumenta autem emptionum + præsentata per ipsos, per quos præten ditur probari ipsam Ecclesiam esse Confraternitatem, minime probant, ex quo in eis assertive sit mentio de Confraternitate, & consequenter non probatur, c. si papa, cum alijs iuribus vulgar. de priuil. in 6. maxime cum ipsa non sicut instrumenta antiqua censem annorum, per ea quę voluit Bal. & ibi laſon. in L. cum aliquis C. de iure deliber. & per Doct. in c. cum cau fam extra de probat. & maxime quia sunt Instrumenta confecta inter eos detinunt laicos, seu cum eisdem laicis talia afferētibus, in quorum fauorem, nullatenus probant, ita notabiliter Franc. de Aret. in d. cap. cum causa 5. col. de probat. dicens quod pluribus instrumētis antiquis in facto antiquo conuenientibus ad assertionem simplicē illius, qui nunc pro illo iure agit, vel suorum prædecessorum non statut, etiam in facto antiquo, quamuis sint plura instrumenta, & cū hoc concurrat inuestitura, allegat Specul. in tit. de locat. 9. nunc aliqua versic. 57. Sed cum in casu de quo agitur dicta instrumenta non sint de antiquo, & cū ipsis laicis stipulata, propterea ex prædictis, & alijs breuitatis causa omissis dico partes Magnifici Commissarij, & Magnifici Consultoris esse in pronun-

ciando in fauorem dicti impetrantis; & ita mihi de iure videtur.

### A D D I T I O N E S.

**A**D numerum sextum, ultra allegata per meum Auum hic: quod laici nullo pacto vel colore possint se ingerere in administratiōne bonorum Ecclesiæ, Afflīct. decil. 3 24, num. 4. latissime.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

### S U M M A R I V M.

- 1 *Actor quando sequatur forum rei: quid si actor, & reus sint eiusdem ciuitatis?*
- 2 *An attendatur potius domiciliū, quam origo.*
- 3 *Monacus non amittit domiciliū originis, licet habitat in conuentu, extra locum originis & numero primo.*
- 4 *Quid si quis habet plura domicilia, quod domicilium originis preferatur.*
- 5 *An attendatur locus contractus, vel delicti?*
- 6 *Quā citatio dicatur circūducta.*
- 7 *Si sententia est lata pro actore, Reus non potest impugnare mandatum procuratoris ipsius actoris.*
- 8 *Omissio conclusionis non vitiat sententiam.*

### A L L E G A T I O 4.

**A**N quis sit citandus in loco contractus, vel domiciliij, vel originis; & quid si quis habeat plura domicilia.

C

Aduer-

## ALLEGATIONVM

**A** diversus nullitates oppositas p Venerabilē, & Religiosum fratrem Paracletum, cōtra processum, & sententiam latam in fauorem Magistri Baptiste Massa quani de Neap. breuiter respondetur per ipsum magistrum Baptistam.

Et primo quatenus dicitur, quod ipse frater Paraclitus fuit citatus in Ciuitate Caietæ, & tractus in Ciuitatem Neapolis, & sic in propriam patriam actoris contra formam + c. statutum, de rescript. in 6. Breuiter respondetur, & dicitur, dispositionem illius textus locum non habere, cum uterque s. actor & reus sint eiusdem Ciuitatis, & commissio fuerit imperata in communi patria, & ibi iudicium fuit agitatum, vt habetur in illo cap. statutum s. cum verò, nec obstat, quod ipse frater Paraclitus citationis tempore moram trahebat in Ciuitate Caietæ, quasi debuisse attendi potius domicilium, quam origo, iuxta dispositionem glos. in d. cap. in verbo, vnam dietam quia respondetur, quod cum ipse frater + Paraclitus fuerit, & sit Neapolitanus, per religionis ingressum, non amittit domicilium seu forum originis, licet habitet in Conuentu extra locum originis, & ita in specie tenet Bart. in l. 1. 3. col. vers. iuxta prædicta ff. ad municip. Abb. plene, & ibi per Docto. in c. postulasti col. 3. vers. Abbas vero seu alias Religiosus extra de foro competenti. Ex quibus demonstratur, quod ipse licet alibi moram trahat, habet diuersa domicilia, videlicet originis, & habitationis, sed habens plura domicilia potest in loco cuiuslibet domicilij conueniri, licet vnum distet ab altero plusquam per vnam dietam, vt notab. concludit Philipp. Franc. in eo c. statutum s. cum verò pen. col. in fine, & sequenti vers. quod autem si reus &c.

3 Et adhoc optime + deseruit, quod vbi quis habet plura domicilia, domi-

ciliū originis præfertur alijs, ita quod illud censeatur principale, ita est tex. notab. in l. libertas s. præscriptio ff. ad munici. tex. in l. & qui originem. ff. de mune. & honor.

Quamvis ergo d. Paraclitus haberetur in Ciuitate Caietæ, non propterea in hac Ciuitate, & sic in domicilio originis nō potuit conueniri p prædicta.

4 Fortificantur prædicta ex his, quæ dixit Dñs Abb. in c. dilectus filius + extra de rescript. in 3. col. vers. concludit. n. sic, & ibi hoc etiam tenuit Fely. in pen. col. vers. fallit, ista cōis opinio, qui voluit, q̄ in eo loco, vbi quis pōt conueniri rōne domicilij, siue contractus, vel delicti coram ordinario, in eo loco pōt cōueniri coram delegato Pa-paz, nec est curandum, quod trahatur extra domiciliū per plurimas dietas, allegat ad hoc notab. tex. in c. dilecti extra de foro cōper. vbi ēt Iunoc. sed in hac Ciuitate Neapolis coram suo ordinario, videlicet cōsā Prouinciali sui ordinis potuisset conueniri, ergo, & coram Delegato per prædicta.

5 Et maxime quia in casu de quo agitur, vltra qualitatē domicilij, concurrit qualitas cōtractus initi, in quo casu licet posset dici quod domicilium, vbi ipse frater Paraclitus residet, sic principale attamen, vbi in domicilio inferiori concurrit qualitas rei sitæ, vel celebri cōtractus, + seu delicti, atten-ditur, quo ad materiam d. c. statutum, illud domicilium vbi concurrit aliqua ex dictis qualitatib⁹ ita in specie tenet Dñs Abb. in d. c. dilectus, 3. col. vers. tertia, & ultima cōclusio, vbi assignat rōnem quia cum domicilio concurrit qualitas rei sitæ, vel contractus, et sic duo vincula, quæ sunt fortiora yno, auth. itaq; C. com. de success. cum alijs similibus, ex quibus puto d. caput nul-litatis bene fuisse evacuatum.

6 Quo vero ad nullitates citationum ex capite circumductionis, + Breuiter respōdetur, q̄ citatio tam prima, quā aliæ sequentes, non possunt dici circū-ducte, ex quo iudex qui citauit, vel ci-tatio

tationem commisit, potest procedere alia die, quam exp̄ssa in citatione iuxta tex. in c. cōsuluit, extra de offic. deleg. quod procedit etiam si iudek taliter procedendo exp̄sse non prorogauerit terminum ad illum diē, sed simpliciter processit, ita tenet Dñus Fely. in d. c. cōsuluit vers. 3. ita refert Imdl. hoc tenere in l. de vnoquoq; ff. de re iud. maxime vbi prædicta dicuntur post factū, vt ibi per ipsum dicentem, q̄ post factū talis opinio est benigna, Idem exp̄sse tenuit Bar. in l. si finita s. Julianus s. eol. vers. quero, vtrū primū decretū ff. de damn. in sec. & ibi Alex. s. col. vers. item in quantum Bart. & col. sequenti, & in 16. col. in princ. & notanter Bal. & Saly. in l. cum non eo die, C. quando prouoc. non est necess.

Confirmantur prædicta, nam vbi citatus in termino non comparuit, & actor contumaciam accusavit, non potest dicere citationem esse circumductam, quæ circumducitur ad præiudicium citantis non comparentis, reo comparente, sed reo existente contumace, non pōt dicere citationem circumductam; ita formaliter dixit Ant. de Butr. & ibi hoc tenet Abb. in eodē c. cōsuluit 1. col. vers. eadem glos. 2. & ad hoc optime deseruit tex. in c. 1. iunctis ibi notatis per Philip. Fran. de dolo, & cont. in 6. in verbo veniente reo. Idem in terminis tenuit Bar. in l. cōsentaneum in suo. vers. responde C. quomod. & quand. Iud. sicq; ex prædi cōs. re nādēt evacuatæ nullitates respectualliarum citationum, quæ similiiter asseruntur nullæ tamquam circumductæ.

Fortificantur p̄dicta, nam licet cīatio in qua fuit processum alia die, q̄ exp̄ssa in citatione posset aliquo modo dici circumducta, hoc nō habet locum, vbi citatio est gnalis ad totam causam usq; ad sententiam, nam licet quo ad primum actum posset p̄tēdi circumducta, tñ quod ad alios actus, & totam causam non dicitur circumducta, ita concludit Rota decis. 345.

incip. h̄c sequitur Philip. Franc. in d. cap. 1. 1. col. vers. in glos. in verb. vniuenti, & c. de dolo & contu. in 6. sed in casu de quo agitur ipse frater Paracitus fuit citatus ad toram causam, q̄ potuit fieri stante eius absentia à Civitate Neapolis; iuxta tex. in c. cū olim & in c. fin. exta de dolo, & contu. notant Doct. maxime Alex. in l. qui ante Calēdas pent̄l. col. ff. de verbor. oblig. merito prædicta circumductio allegata cessat.

Nullitas autem allegata ex procuratorio allegato exemplato + ipso magistro Baptista non citato, iuxta not. per Doct. maxime Fely. in c. fin. de fid. instrum. minime obstat cum illud sit introductum in fauorem illius partis quæ debuit citari in exemplatione, cui sollemnitati, vel fauori, potuit renunciari vulg. leg. si quis in conscribendo C. de pact. & ad hoc accedit, q̄ vbi sententia est lata cum procuratore minoris minus legitimè constituto, & est lata in fauorem minoris, vallet, vi probat tex. & ibi hoc notat gl. & tæteri in l. non eo minus C. de procur. & idem si minor per se absq; persona legitimè litigauit, & obtinuit glos. est notabilis in leg. prima C. qui legit. perso. Abb. in cap. causam quæ in ultima column. in fine extra de iudi. In casu ergo nostra sententia fuit lata pro actore, & ipse non impugnat dictum mandatū procuratoris non propterea contra ipsum agentem debet inualida reputari.

Omissio autem conclusionis + non vitiat sententiam de iure Canonico, ita in specie tenuit Cardinal. in Clem. sape versic. & quia in fine referendo, & sequendo opinionem Zenze, de verbor. signif. Ex quibus concludendum puto, debere sententiam prædictam exequi, maxime quia post dictam sententiam fuit pronunciatum esse exequendam dictam sententiam, & dictum decretum de exequendo transsum fecit in rem iudicatam. Cætera suppletat Magnificus iudex.

## ADDITIONES.

**A**D numerum primum cum seq. vietra allegata per meum Auum hic. Addo quod licet regulariter actor teneatur sequi forū rei, l. hares absens in princ. ff. de iudic. tamen quando ageretur super aliqua exceptione, ut quia reus originarius antequam conueniatur vult super exceptione agere; tunc non debet attendere iudex causam accidentalem, quia reus ipse agit etiam, sed causam naturalem, videlicet, quia agit super futura exceptione sibi competente, que vincit accidentalem l. qui habet in princ. ff. de tuoribus, exempla habes ex Capicio in decis. 18. Amplia hanc regulam multo magis de iure Regni; quo cætum est reum non extrahi à proprio incolatu, pro primis causis ex pragmatice fibit de delictis ubi quis conueniri debeat, ex qua ratione Sacrum Consilium determinat, etiam Iudices secundarum causarum per barones depurari in loco Iurisdictionis, vel parum extra, & sic infra octo millaria testatur Anna in sing. 560. Vaxallus. Nec possunt Barones extrahere carceratos à propria patria, illosq; transmittere ad carceres alterius terræ etiam proprie nisi causa esset satis ardua, & dubitaretur de fractione carceris, de Franchis decis. 526.

Abb. Io. Hier. de Mayo.

## SUMMARIUM.

- 1 In bonis Ecclesia peruentis ad Prælatum ecclesie vel intuitu ecclesie Prælatus viues est usufructuarius, et ecclesia est Dña.
- 2 Et si talia bona occupentur per heredes Prælati, vel alium, ecclesia agit actione furti, vel rei vindicatione.
- 3 Successor in beneficio jus consequitur à superiori, non à defuncto, secus est inhærede.
- 4 Si bona Prælati sunt ecclesia à fortiori actiones directæ sunt penes ecclesiam, nā Prælatus habet exercitium actionum tan-

quam procurator ecclesie.

- 5 Factum Prælati non praedi- cat ecclesie.
- 6 Variatio quando admittatur.
- 7 Res integra quando dicatur.
- 8 Depositum licet sit conditiona- tum, tamen adimpletis conditio- nibus, et sequuta acceptatione creditoris, illico dominium d. pecuniae depositæ transfertur in creditorem.
- 9 Depositum factum per debitorem creditoris nō potest revocari per debitorem in praividicium cre- ditoris.

10 Ecclesia non tenetur ex facto Prælati.

11 Ecclesia vel successor non ten- tur perseverare in locatione facta per Prælatum prædeces- sorem, si Prælatus prædecessor locauit per plures annos, et de- cessit ante completum tempus lo- cationis.

## ALLEGATIO 3.

**I**N bonis Prælati Ecclesia, vel Nuncius Apostolicus habet fundatam intentionem, quod sint quæsita intuitu Ecclesiæ.



N causa Reuerendissimi Nuncij Apostolici no- mine Camerae Aposto- licæ agentis contra hæ- redes quondam Magni- fici Pauli Ristiliani su- per repetitione duca- torum mille, & ducentorum olim de- positi.

positorum per ipsum Dñum Paulū in posse magnificorum Alberti de Ligoio, & Stephani Vaglies ad instantiam quondam Reuer. Abbatis Francisci Gara Abbatis Ecclesie Sæctæ Sophie Beneuentane Dioecesis pro affi- & tu introitu d. Ecclesie, & alijs, vt ex processu, & actis dictæ causæ appetet.

Subtinendo partes d. Dñi Nuncij agentis, & Cameræ Apostolicæ, dico, depositum prædictum debere liberari ipsi agenti, non obstantibus conditionibus dictorum hæredum ex infra scriptis, prius tamen præsupposito, quod in bonis peruenit ad Prælatum de bonis ecclesie, vel intuitu ecclesie, Prælatus viuens est, vsufructuarius, & Ecclesia est Domina, + textus est formalis in cap. si quis sanè, quod est sibi, & ibi per Doct. extra de pecul. cleric. tex. in cap. res ecclesie in cap. expedit. in c. si priuatum 12. q. 1. bonus tex. in cap. Episcopi de rebus eadem causa, & quæstione vbi probatur, quod acquisita de bonis ecclesie sunt in prævisione ecclesie notat expresse Innoc. in cap. indecorum extra de æstat. & qualit. & expresse glos. & ibi per omnes scribentes in c. fina. quod incipit præsenti de offic. ordin. in 6. tenet expresse Bal. in cons. 3 i 3. incipi. præmitendum est ad evidentiam in 2. vol. mortuo igitur Prælato, Ecclesia remanet Dña, & vsufructus prædictus extinguitur, & cum proprietate consolidatur iuxta tex. in §. finitur instit. de vsufr. & in c. fina. extra de pign. taliter quod ecclesia continuat dominium, quod viuente Prælato habuerat, & ideo dicebat Ioannes Andr. in c. cum in officijs col. 2. vers. sed quæritur extra de testam. quod mortuo

2 Prælato, + si talia bona occupentur per hæredes Prælati, vel alium, ecclesia non agit contra occupatorem criminе expilatae hæreditatis, sed agit actione furti, vi bonorum raptorum, rei vindicatione, vel alijs actionibus. Dño competentibus, quia ecclesia dicta bona vendicat nō tanquam hæres,

sed tanquam domina, & ad hoc accedant nota. per Doct. & maxime per Pan. cap. 1. in princ. extra de solu- dum notat differentiam inter succe- sorē in beneficio, & hæredem, qui di- cit, quod successor ġ in beneficio ius consequtur à superiore, & non à de- functo, secus est in hærede, vt ibi per- cum, & hoc de plano procedit respe- Qu honorum vel pecunie, que reman- serunt post mortem Prælati; respe- Qu autem actionis competentis pro- rebus, vel pecunijs ecclesie debitjs, si- militer est expeditum, quod actiones, sunt taliter acquisitæ per ecclesiam, quod Prælatus habet exercitium di- starum actionum, ita quod actiones directæ, + sunt pçnes ecclesiam, ita no- tanter dixit Innoc. quem ibi sequitur Philip. Franc. & cæteri in c. præsen- tium de testib. in 6. & ideo Prælatus dicitur procurator Ecclesie, probat tex. in c. 2, extra de donat. & propte- rea debet agere, vel conueniri nomine ecclesie, & non proprio, probat tex. notab. in c. olim el 1. extra de restit. spol. c. querelam extra de elect. notant Doct. maxime Ioanne; Andr. in c. ex literis extra de probation. & in c. edo- ceri, vbi etiam per eundem Ioannem Andr. extra de descr. Ex quibus om- nibus manifeste concluditur, quod cū d. pecunia fuerit depositata per dictū Dñum Paulū pro affictu introitum d. ecclesie, & celebrato dicto affictu fuerit quærita actio principaliter dict. ecclesie cui tanquam Domina fuit debita d. pecunia, etiam viuente Præ- lato, non potest negari, quin ipsa de- beat liberari ecclesie agenti, & sic ve- ro creditori, non obstantibus quibus- cumq; impugnationibus factis per Ab- batē, ac quibuscumq; actionibus præ- ter ordinem Iuris int̄catis per ipsum Abbatem, cuius factum non potuit 5 præjudicare Ecclesie, + iure proprio yendicant d. pecuniam, & non ex per- sona Prælati, vel eius ad miniculo, vt notatur in decis. Rot. in tit. de solut. in novis, & in antiquis num. . . & per ea quæ

ea quæ notant Doct. maxime Abb. & ceteri in cap. 2. de dona. qui dixit, q̄ factum Prælati non nocet, nec prædicat Ecclesiæ, notant Doct. maxime Abb. in cap. pen. fin. col. extra ut līc non cont. & in c. 1. 4. col. vers. nota bene vītimā solut, extra de dolō, & cont. vbi plene Ant. de Butr. facit bonus rex. in cap. si Episcopum 16. q. 6. notat expresse Bar. in l. iubemus nullā C. de facro sanct. Eccl. & ideo in casu de quo agitur, de plano est admittenda Ecclesia vendicans dictum depositum iure proprio, & non ex persona dicti Abbas nisi per prædicta.

Imo si dictus Abbas viueret, non obstante prætensa impugnatione d. depositi, per ipsum, ut ponitur, facta, potuisse pénitere, & agere ad pecuniam depositatam, ita punctualiter tenet Lüdou. cons. 287. incip. in proposita cōsultatione qui tenet, quod si debitor realiter creditori offert debitum, & creditor nolit illud recipere, & propterea debitor depositet debitum, poterit postea creditor agere ad debitum depositatum, & depositarius poterit auctoritate iudicis liberare depositum creditori non obstante, quod à principio recusauit illud recipere, & ibi allegat multa iura; & ad hoc optime deseruiunt ea quæ notanter dixit Paul. de Castr. in l. commissoriæ C. de paet. inter empt. & vend. qui dixit, quod si vendes rem cum pacto legis commissoriæ post lapsum temporis præfixi ad solutionem pretij petat præmium, & emperor contradicit, si vendor non fuit repulsus presentiam, & pénitet ipsum, & agat ad rem audiendus

6 est, & variatio admittitur, + in hoc casu allegat not. per glos. in leg. æmilius in 4. glos. & ibi per Doct. ff. de minor. & ad hoc optime deseruiunt not. per Bart. in l. prima C. de fur. qui dixit, quod vbi quis habet diuersa remedia, & eligit vnum, si in eo non obtiuuit, potest ad aliud redire, per rex. in leg. Aurellus l. fin. & quod ibi not. ff. de liber. legat. & maxime ista proce-

dunt in casu nostro, in quo non ille, qui prius egerat, sed ecclesia tanquam domina agit, per ea, quæ notanter dixit Bar. in leg. papinianus l. sed nec iuberi versic. Doctores dicunt ff. de inof. test. qui dixit, quod vbi personæ sunt diuersæ admittitur variatio in eadem, vel diuersis instantijs, in casu ergo de quo agitur, quamuis Abbas petierit fructus, & egerit ad rescissionem contractus, quia tamen non obtinuit in dictio, ex quod causa non fuit decisa, licet variare per prædicta quia ibi Abbas viuens, hic autem agit ecclesia.

Et ad hoc optime deseruit, nam in primo iudicio petitionis fructuum d. Dñus Paulus contradixit, & sic negavit petitiones Abbatis, nunc ergo quādo petitur depositum, non potest hæres ipsius Pauli allegare, quod fuit actum in primo iudicio ad fructus, & perita rescissio contractus, statute impugnatione d. Dñi Pauli per regulam, quod ex positione negata non potest quis se tueri, iuxta notata per Bart. & alios in l. naturaliter l. nihil cōe col. 4. ff. de acqu. possess. & per Bart. in leg. postlegatum 4. col. st. de his, quib. ut ind. notat expresse Specul. in tit. de position. l. 8. vers. sed secundum præmissa, & maxime quia certū est, quod ipse Dñus Paulus tenebatur ad alterū ex duobus, vel ad pensionem præsupposita firmitate contractus, vel ad fructus perceptos, præsupposita resolutione ipsius; si ergo ipse negavit restitucionem fructuum, & dixit contractum remansisse firmum, non potest impugnare petitionem depositi nouiter factam per prædicta.

Et ad hoc accedat, quia respectu depositi res potest dici integra, ex quo depositum factum penes dñum Albertum, est adhuc in esse, & quamvis apodilla depositi facti in posse Stephanum Vagles asseratur restituta, illa fuit restituta cum cautione de restituendo depositum prædictum factum penes dictum Stephanum Vagles, taliter quoniam fuit depositum prædictum ex to-

to revocatum, & sic potest dici res integræ, † per ea quæ notâter dixit Bal. in l. mandatum col. 4. vers. secundo queritur C. mandati, qui dixit, quod in negotijs dicitur res integræ antequam negotium sit positum in aliquo ordine consumptum, allegat tex. notab. in l. si pecuniam in princip. ff. de cond. ob causam.

Nec prædictis obstat illud, quod ex aduerso allegatur, videlicet, quod depositum fuit conditionaliter factum; nam adjimpletis conditionibus, † & secuta acceptatione creditoris, illico dominium dictæ pecuniae depositatæ transfertur in creditorem, ita est tex. & ibi hoc notant Doct. maxime Bal. & cæteri in l. si ego ff. de nego. gest. not. Bal. in l. acceptam s. col. vers. 8. quæro C. de usur. Quod autem conditiones prædictæ in dictis depositis appositorum censeantur impletæ, appareat, nam in depositis prædictis dicitur, qd non liberentur nisi prius factis cautelis, quas ipse Dñus Nuncius promptus est facere. Item dicitur, quod non liberentur, nisi ipse Dñus Abbas cessauerit à turbatione, & molestationæ ipsius Dñi Pauli in perceptione frumentum, & quod restituat possessionem certorum Castrorum, videlicet Sancti Ioannis, & Thori, quæ sunt Castra dictæ Abbatia: sed ex processu apparet, quod ipse dñus Paulus percepit omnes integros fructus dictæ Abbatia per duos annos integros, non obstantibus quibusvis turbationibus dicti Abbatia, quod ipse dñus Paulus satetur in suis articulis, & comparitionibus, & scripturis, & testes pro eius parte examinati hoc deponunt, merito apparet, quod allegate turbationes Abbatia non habuerunt effectum, & sic conditiones depositi fuerunt adimplete, quibus adjimpletis, & secuta acceptatione d. depositi facta per ecclesiam quæ est vera creditrix, dominium d. pecuniae fuit translatum in d. ecclesiam per prædicta, propterea prædictum depositum non potuit † re-

uocari per hæredes d. Pauli, per ea quæ singulariter notat Bal. in d. l. si ego de neg. gest. qui dixit, quod debtor, qui depositauit pecuniam, vt illa soluatur creditori, non potest ulterior reuocare d. depositum, & facultatem soluendi, ex quo, secundum ipsum recipiens recipit, vt gerat negotium creditoris, magis quam debitoris, & ideo in præiudicium creditoris tale depositum non potest reuocari, & maxime quia depositum prædictum fuit factum à defuncto, cuius factum nō potuit nec potest reuocari per hæredes vulg. l. cum à matre C. de rei vendicat. cum alijs vulg.

Interesse autem minime potest peti ab ipso agente, vel Camera Apostolica propter turbationes Abbatis, tū quia Ecclesia non tenetur † ex facto Prælati, vt in regula factum personæ, & ibi per Dy. & lo. Andr. de reg. iur. in 6. & notant Doctores in l. iubemus nullam C. de sacr. san. eccl. Ianoc. & Abb. in d. cap. 1. vt lit. non contest. & notabiliter Ludou. conf. 369. in si. col. qui concludit, quod licet factum, vel delictum Prælati posset nocere sibi, donec vixerit, & ipsum agentem repellere tamen Ecclesiæ cui competit Ius, nullatenus nocet, vide Abb. in cap. 2. col. 2. vers. & not. hanc glo. extra de ord. cogn. qui limitat hanc regulam, quod delictum Prælati non noceat Ecclesiæ.

Et maxime quia in casu nostro dictum interesse fuit per dictum Dñum Paulum deductum, & articulatum in iudicio agitato cum Abbatore, & minime aliquid fuit probatum.

Illud autem, qd ex aduerso prætentitur quod locatio fuit facta per tres annos, & ipse Dñus Paulus non potuit utri comodo contractus toto dicto tempore, minime obstat Ecclesiæ agenti ad præsens, ex quo ipse Abbas ante expletum triennium decessit, † quo mortuo, cum non appareat facta locatio, pro utilitate Ecclesiæ, ipsa fuit extincta per mortem Abbatis, ita quod eccl-

## ALLEGATIONVM

eccl<sup>esi</sup>a vel successor non cogitur in ea perseverare ; ita punctualiter tenuit Innoc. in cap. fin. quem ibi sequitur Abb. Ant. de Butr. & cæteri extra ne Præl. vi, suas, Bal. notabiliter in l. iubemus C. de sacrosanc. eccl. ex quo prælatus locando bona eccl<sup>esi</sup>a per plures annos, non potuit obligare eccl<sup>esi</sup>am, vel successores, ex quibus omnibus concludendum censeo, depositum prædictum debere liberari ipsi Domino Nuncio, nomine Cameræ Apostolice.

## ADDITIONES.

**A**d numerum primum, vltra tradita per meum Auum hic ; addo quod in tantum Prælatus dicitur usufructarius bonorum Eccl<sup>esi</sup>æ, quod etiam melioramenta facta in bonis eccl<sup>esi</sup>æ, cedunt Eccl<sup>esi</sup>æ, nec de eis testari potest, per illum rex. in cap. fin. extra de peculio. cleric. nisi de suis bonis patrimonialibus imp̄cederit, tunc enim aut ipse, aut suus hæres repetere poterit q̄ im-pedit de suo, textus est iuncta glos. 12. q. 4. c. sacerdotes quin imò prælatus in tantū dicitur usufructarius, seu potius usuarius q̄ vltra proprium victura, id quod superest debet expendere in utilitatem eccl<sup>esi</sup>æ, & si expendit voluptuose, tenetur ad restitu-tionem ; Ioann̄s de Lignano in Clement. Gratia de rescript. Felyn. in cap. postulastū sol. 9. vers. & scias de rescript.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARYM.

1. Quādo mortuo prælato, non ap-parat, an bona sint quæsita per ipsum, vel sint patrimonialia, præsumitur in dubio, quod sint quæsita per Prælatum, & sic sunt Eccl<sup>esi</sup>æ.
2. In tantū q̄ usufructus est Præ-lati, dum viuit proprietas verò seu dominiū est penes Eccl<sup>esi</sup>am.
3. Officiū Vicecancellarij dicitur beneficium Ecclesiasticum, &

ideo quæsita per Prælatum de fructibus dicti officij iudican-tur, prout si fuissent quæsita de fructibus beneficij.

4. Prælatus qui habet bona patri-monialia, & beneficialia, si ac-quisiuit aliqua bona, & non ap-paret de cuius bonis fuerūt quæ-sita, nec de tempore acquisitio-nis, præsumitur quæsita de bo-nis Eccl<sup>esi</sup>æ.
5. Confessio Prælati non nocet Ec-cl<sup>esi</sup>æ, num. 12.
6. Eccl<sup>esi</sup>a, vel Camera Apostoli canon tenetur ad debita Præla-ti defuncti, nisi sint contracta pro necessitate Eccl<sup>esi</sup>æ.
7. Eccl<sup>esi</sup>a nō tenetur subvenire, nisi Prælato pauperi, & canonicæ viuēti, ita quod si Prælatus prodigaliter viuit, & expēdit in usus non licitos, non obligat Ec-cl<sup>esi</sup>ā, nec successorē in Eccl<sup>esi</sup>ia.
8. Clerici diuites non debent de bonis Eccl<sup>esi</sup>æ viuere.
9. Clericus de bonis Eccl<sup>esi</sup>æ licite potest iuuare consanguineos pauperes.
10. Clericus licite potest sororē pau-perem de bonis Eccl<sup>esi</sup>æ dotare. Et cōsanguineos pauperes alere.
11. Clerici expēdentes Introitus eccl<sup>esi</sup>æ ad usus non distinatos, à Iure tenentur ad ipsorum restitutio-nem.
12. Prælati vel Clerici non serui-entes

- entes ecclesie non possunt, nec de-  
bent viuere de bonis ecclesie.
- 14 Sed hoc dictum non procedit in  
Cardinali existente in Curia  
Romana, quia seruit uniuersali-  
tate ecclesiae, et quia Cardinales  
sunt capitulum uniuersalis ec-  
clesiae.
- 15 Apoc & priuate nō probat, nisi  
sint per testes, qui viderint sub-  
scriptionem verificatae eo magis  
si non habent subscriptionem  
testium.
- 16 Scriptura priuate producta  
post conclusum in causa nihil  
probant.
- 17 Quando confessio facta in iu-  
dicio potest reuocari.
- 18 Lacerantes scripturam sunt  
puniendi pena falsi, et cau-  
sam amittunt.
- 19 Scriptura producta plene pro-  
bat contra producentem.
- 20 Computorum datio debet fieri  
per introitum, et exitum.
- 21 Verbum ex recta seu residuo po-  
fitum in apoca probat, alias  
quantitates fuisse solutas, quod  
secus est, quando allegatur er-  
ror computorum.

### ALLEGATIO .6.

**T**ractatur de eadem re prout  
in precedenti allegatione  
quinta pro Nuntio Apostolico  
circa spolia Praelatorum.



N causa Magnificorum  
Andreas Sbarre, & so-  
ciorum nummulariorum  
agentium, ac Reuerendissimi  
Nuncij Apostoli-  
ci nomine Cam. Apost.  
conuenti coram Excel-

lenti Hieronymo de Colle Regiā Can-  
cellariā Regente, & Commiss. deputa-  
to super petitione ducatorum decem  
& septem milium, & quingentorū, su-  
per spolijs quondam Reuerendissimi  
Cardinalis Columnæ, virtute cuiusdam  
instrumenti confecti per d. Illustrissi-  
mum Cardinalem prope mortem exi-  
stentem, in quo confitebatur, se de-  
bitorem dictorum Magnificorū agen-  
tium in predicta quantitate, & alijs  
ut ex actis, & processu dictæ cause la-  
tius habetur.

Subtinendo partes d. Reuerendissi-  
mi Nuncij, & Cameræ Apostolicæ cō-  
uentæ, dico, ipsiū debere absolui ab  
imputatione dictorum agentium, prius  
tamen p̄æsupposito.

Quod omnia bona remāsa post mor-  
tem dicti Illustrissimi Cardinalis, que  
vivens possederat, fuerunt ecclesiae eo  
vivente, & post eius mortem reman-  
serunt in dominio ecclesiae tanquam  
quæsita, & ad ipsum peruenta de bo-  
nis ecclesiarum, que obtinebat, ex quo  
non appareat aliunde peruenta nec ip-  
sum alia bona patrimonialia habuisse,  
ita probat formalis tex. & vbi hoc no-  
tant Doct. in c. 1. extra de pecul. cler.  
bonus tex. in c. 1. 12. q. 3. In tantum  
quod alias notāter dixit Panor. quem  
cæteri sequuntur in cap. 1. per illum  
tex. in fine extra de testa. quod eccl-  
esia habet intētionem fundatam super  
omnibus bonis possēssis per prælatum  
defunctum, vt præsumantur quæsita  
de bonis ecclesiae nisi probetur ex ad-  
verso; illa fuisse patrimonialia, hoc  
etiam tenuit Io. Andr. in cap. 3. extra  
de pecul. cler. vbi Abb. dicit, quod hoc  
tenent communiter Doct. dicens, q  
sue constet prælatum tempore pro-  
actionis nihil habuisse, vel de hoc du-  
bitate.

## ALLEGATIONUM

bis. vixit, Ecclesia habet intentionem sua datam in omnibus bonis posseditis per Praelatum, ita quod haeredi, vel aliis dicenti, bona aliunde quaesita incumbit onus probandi, hoc tenuit Bal. in auth. licentia in pen. & fin. col. C. de Episc. & Cler. dicens, quod si non apparet de tempore acquisitionis bonorum, nec Praelatus tempore promotionis fecit Inventarium, per quod appareat, quae fuerant bona sua, & quae ecclesia presumitur pro ecclesia maxime quia Praelatus, ad cuius officium spectat, acquirere ecclesiam impliciter possidendo, consenserit possidere nomine ecclesiae allegat Innoc. in cap. cum in officijs extra de testam. De hoc etiam vide Secundum in cons. 91. Incipiente, Casus super quo Consilium postulatur in prin. 3. vol. vide eundem cons. 63. incip. accurate pro facto 2. vol. vbi multas.

Fortificantur praedicta, nam inter Praelatum, & Ecclesiam contrahitur spirituale coniugium, ut est tex. in cap. inter corporalia in cap. quanto in cap. licet extra de translat. Praelat, quae ergo ratione quaesita per uxorem durante matrimonio consentur quaesita de bonis viri, & sibi queruntur. I. quantum l. uxori marito sive de donat. inter vir. & uxori. eadem ratione quaesita per praetatum, per quam rationem, ac etiam quia praetatus tenetur acquirere ecclesiam ita nobiliter tenet Bal. in L. cum ipse prima col. C. de contr. emp. & Innoc. in cap. cum in officijs, & pleine Ludou. in cons. 159. vbi distinguendo per plura capita, videtur concludere ut supra vide Franc. Cur. in tract. feud. in 2. par. q. 2. pen. col. & sequ. & vide Abb. in c. i. extra de peculi. cler. qui ponit eandemmet rationem, dicens. quod sicut uxori carnalis presuminetur quaesuisse bona de bonis viri, & viro queruntur, ita etiam in Praetato.

Tenendo igitur, qd dicta bona peruenient ad dictum Reuerendissimum de bonis Ecclesiarum, sequitur quod

ipse dum vixit in bonis predictis habuit usum fructum tantum, & ita quod dominium ipsorum bonorum sive pecunies ecclesiam etiam eo vivente sex est formalis in cap. si quis sane quod est cap. fin. & ibi per Doct. extra de priu. cleric. tex. in cap. res ecclesie in cap. expedit in cap. si priuatum 12. q. 1. Innoc. in cap. indecorum extra de-  
citat. & qual. & expresse glo. & ibi per omnes scribentes in cap. fin. quod in-  
cip. presenti de offic. ordin. in sexto  
tenet expresse Bal. consil. 313. incipi.  
præmittendum est ad evidenter in  
2. volum. mortuo ergo praedicto Re-  
uerendissimo Cardinali, Ecclesia re-  
mansit domina dictorum bonorum, &  
vsusfructus, qui competit Praetato,  
extinctus fuit, & cu proprietate fuit  
consolidatus iuxta text. in S. finitus  
institut. de usu & in cap. final. extra  
de pignor.

Nec praedictis obstat, quod idem Reuerendissimus obtinebat officium ViceCancellarij in Vrbe, de cuius introitibus potuit praedicta acquirere, maxime quia dicti introitii erant ma-  
gnæ quantitatis; nam tale officium &  
est ecclesiasticū probat tex. iunctis ibi  
not per Card. Zabar in Clem. ii. vers.  
eo tamen de elect. vbi dicit, quod Vi-  
cecancelarius est maior in Curia post  
Papam, & in aliis contendebat  
de pati cum Papa, & de facto videmus  
quod hodie soler concedi in titulum  
Cardinalibus, & aliis Ecclesiasticis per  
sonis, & ideo tale officium dicitur  
beneficium, ita probat tex. in capit.  
fin. circa princip. de concess. præben.  
in sexto. vbi nominatis dignitatibus,  
personatibus, & officijs, subdit, &  
aliis beneficijs quibuscumque Eccle-  
siasticis, per quod relatiuum, alijs de-  
monstratur officium tali esse benefi-  
cium, per quem tex. ita ibi tenet Do-  
minicus dicens, quod appellatione be-  
neficiorum ecclesiasticorum compre-  
henditur officium, & ideo impetrans  
beneficium ecclesiasticum, potest ac-  
ceptare officium, sed quod ipsum bene-  
ficius

nas est tex. in c. cum accessissent extra de constit. vbi tex. vocavit primiceratum, primo dignitatem, & personatum demum vocat ipsum officium, & ibi Panor. dicit quod dignitas personatus, & officium sunt Synonyma; Idem expesie tenuit Ioannes Andr. per illum tex. in c. 2. ext. de preben: quem ibi sequuntur alij, & maxime Abb. dicens, quod dispositio illius tex. habet locum in pluribus officijs qn officia sunt perpetua, & habent administrationem, vel prerogatiuam in ecclesia prout est Vicecancellarius, qui est primus in Curia post Papam, vt supra, & habet multas præminentias, vt notatur plene in regula Concillarie. de potestate Vice Cancellarij, & idem notat Archi. & ceteri maxime Domin. in c. j. per illum tex. de consuet. in 6. dicens, quod Officium Camerarij Papæ est dignitas; bonus est tex. in c. 3. ext. de Cleric. non resid. & est tex. in c. adhæc de preben. vide bonum tex. in cap. vnico extra vt ecclesi. benef. sine dimin. confer. vbi Cancellariam vocat Officium, & Beneficium. Ex quibus apparet, quod licet Vice Cancellarius sit officium, quia tamen est Ecclesiasticum perpetuum, & solitum cōcedi in titulum, illud dicitur beneficium, & ideo de qua sitis ex fructibus dicti officij judicatur, prout de qua sitis ex fructibus beneficij per prædicta, & maxime, quia in processu non apparet, de cuius bonis fuerint qua sita dicta bona, nec de tempore acquisitionis, quo casu licet dictum officium esset temporale, & mente profanum; Imo quando ipse habuisset bona + patrimonialia, in tali casu non appareret de cuius bonis fuerunt qua sita, nec de tempore acquisitionis, presumuntur qua sita, de bonis ecclesiae, ita punctualiter tenuit Bal. in d. authent. licentiam 2. col. in fin. cum seq. C. de Epis. & Cler. Innoc. Ioannes, Andr. & alij in c. 3. de pecul. Cleri. per eorum rationes ibi, itaque dicenti confrarium, incumbit onus probandi.

De hoc, utrum qua sita per Cardi-

nalem ex officijs sint propria Episcopi. Vide Soccin. consil. 91. incip. Casus super quo consilium postulatur 3. colum. versic. primum est 3. volum. Vide addit. ad Cappellam Tholosanam in decis. 13. vbi, utrum Thesauraria sit dignitas, vel officium, & ibi quid in Decanatu, vbi de Thesauraria allegat Rot. decis. 176. & de Decanatu decis. 447.

Quibus præsuppositis, quia ipsi Magnifici Agentes fundant eorum intentionem per quoddam instrumentum in actis productum, in quo d. Reuerendissimus existens in extremis per diem ante eius mortem se declarauit debitorem dictorum agentium in duatis quindecim millibus, & quingenitis, & insuper nituntur ostendere eorum intentionem per certas alias apocas priuatas subscriptas manu d. Reuerendissimi antum, vt ipsi asserunt, & certas alias subscriptas manu Federici Paltroni asseru Thesaurarij ipsius, vt ipsi asserunt. Dico, Instrumentum prædictum, & confessionem d. Reuerendissimi Cardinalis in eo descriptam in aliquo non obstat, per tex. notab. & ibi hoc tenet glos. & ceteri Doct. in c. præsentium, in glos. in verbo conuentum de testi. in sexto, que dicit, quod confessio solius Praelati, non nocet ecclesiæ. Idem tenet notabiliter glos. quam ibi sequitur Abb. & alij in cap. dudum il seconde in glosa quæ incipit de veritate dicenda extra de electio. notat glosa in capit. de Constantinopolitana in glosa in verbo nescio 22. distinc. notat expesie glosa, & ibi Docto. maxime Panorm. Anto. de Butr. & ceteri in cap. fin. in glo. quæ incipit nulla temporis extra de præscrip. notat Bal. in auth. hoc ius porre etum penultima column. C. de sacro sanctis eccles. & in specie hoc tenet Bart. in l. certum s. sed an ipsos in fine ff. de confessis, qui dixit quod Praelatus voluntarie confitendo non præiudicat ecclesiæ exemplo tutoris, & est ratio secundum eum, quia sic

D. 2 volun.

voluntarie confitendo videtur donare, quod Prælato maxime in extremis laboranti nō permittitur, ex quo moriens erat usurarius, & vivens usufructarius, ut per glos. & Doct. in d. cap. fin. de offic. ord. in 6. De hoc vide etiā decisi. Rot. 466. quę incipit confessio Prelati in nouis, vbi plene discutitur.

Et dato, non tamen concessso, quod dicta confessio in d. instrumento apposita bene probaret Ecclesia, & Cath-  
6 era Apostolica minime tenerentur ad solutionem debiti prædicti, nisi quantum probetur debitum prædictum suisse contractum pro necessitate Ecclesiae, ita f̄ probat tex. not. in cap. 1. extra de solut. & ibi hoc notat Doct. maxime Abb. Innoc. & cæteri, vbi Abb. dicit quod pro debito contracto per Prælatum, obligatur ecclesia, dum modo probetur, quod pro necessitate ecclesiae sit contractum, alias successor, vel ecclesia non tenetur, idem probat tex in cap. 1. vbi etiam hoc notant Doct. extra de deposi. bonus est tex. vbi etiam hoc notat Abb. & cæteri in c. ex p̄sentium extra de priuil. Hoc tenuit notabiliter Hostien. extra de transac. c. veniens & in specie Dñi de Rota in suis decisionibus in titulo de solut. in nouis.

Confirmantur prædicta, nam prædicto asserto debito idem Reuerendissimus dedit in solutum Iardenum, & omnia bona supellestilia quæ habuerat, quę sunt bona pretiosissima, & magni valoris dictis agentibus, quę bona licet fuerint possessa per d. Dominum Cardinalem, dum vixit, attamen illa sunt, & fuerunt ecclesię, etiā eo viuente, ut supra in p̄suppositis demonstratur, quę datio in soluti volun-  
tarie facta est alienatio, & similis venditioni. l. eleganter in princ. & ibi gl. & Doct. ff. de pignor. act. l. si prædium, & ibi per Doct. C. de quiet. l. 3. ff. pro empt. notat Bar. in l. libera C. de senten.

Sed vbi pro restitutione mutui; Prælato dati, alienanda sunt bona stabilia,

vel mobilia p̄tioſa ecclesiæ, opportet quod probetur, non tantum quod debitum fuit contractum pro necessitate ecclesiæ, sed quod illud fuit effectualiter conuersum in utilitatem ipsius ecclesiæ, & aliter Prælatus successor, vel ecclesia non tenetur, ita notanter tenuit Abb. & alij in cap. quod quibusdam 1. col. extra de fideiū qui mouentur ratione, quia sicut Prælatus directe non posset alienare talia bona sine euidenti necessitate, vel utilitate ecclesiæ, ac seruata sollemnitate c. si-  
ne exceptione 12. q. 2. ita nec indirec-  
te accipiendo mutuum occasione cu-  
ijs oporteat peruenire ad distractio-  
nem bonorum, ut ibi per eum allegan-  
tem Innoc. in cap. 1. extra de deposi.  
Idem expresse tenuit Bar. Bal. & om-  
nes in auth. hoc Ius porrectum C. de  
sacr. san. eccl. Bar. Alex. & cæteri in l.  
Cjuitas ff. si cert pet. Bal. notab. cons.  
3 53. incip. sicut ciuitas, & ecclesia in  
3. vol. Ang. cons. 2 44. 2. & 3. col. &  
Cald. cons. 1. de deposi. in casu autem  
nostro non appareat verificatum non  
solum debitum suisse conuersum in  
utilitatem ecclesiæ, sed nec etiam co-  
tractum pro necessitate aliqua ipsius  
ecclesiæ, & ideo talis datio in solutum  
facta ut supra nō valet per supradicta,  
nec ad dictorum debitorum solutio-  
nem ecclesia tenetur, & quod datio in  
solutum voluntaria est venditio, vide  
Dec. cons. 160 1. col. in fin. & col. se-  
quenti in princ. 1. vol.

Et licet mutuata prælato pro sui substentatione censeantur mutuata pro necessitate ecclesiæ iuxta not. per Abb. in d. c. 1. de solut. vbi etiam per alios Doct. ex quo ecclesia tenetur ipsum alere, & idem notat lo. Andra. in cap. cum in officijs col. 2. in fin. cum sequenti ex. de testa. & Abb. in d. cap. quod quidusdam 3. col. notat expresse Panor. in c. ex p̄sentium de pignor. extra, & propterea dicti agentes præ-  
supponunt multas quantitates suisse solutas Federico Falto, vel alteri de eius mandato pro visitatione iuxta .  
asser-

affertū ordinem dicti Reuerendissimi,  
at tamen prædicta non sufficiuat ad ec-  
clesiam obligandam , ex quod notoriū  
erat , quod dictus Reuerendissimus  
erat ditissimus habens immenses red-  
ditus ecclesiasticos vnde viuere pote-  
rat opulentissime , & ex processu ap-  
paret , quod pecuniam suoram introi-  
tuum expendebat , & erogauerat in  
vsls non approbatos à iure , aut uces-  
sarios ecclesie sicut fuerunt septem  
millia aureorum mutuata Regiae Cu-  
zine , & alij soluti pro debito Illustriſ. i-  
mari Marcij Coluinde , ac diuersis alijs  
quantitates expenſe in diuersis alijs  
cauſis non necessarijs sibi , & ecclesie ,  
taliter quod si ipſe voluntarie dissipar-  
uit introitus ecclesie , & in vſls non  
necessarios expendit , non licuit sibi  
figurando necessitatē contrahere de-  
bita pro sui substantatione , & obligare  
ecclesiam quæ non tenetur subueni-  
re , † nisi prælato pauperi , & canoni-  
ce viuenti , ita probat tex. in cap. sa-  
cerdos 1. q. 2. vbi probatur , quod cle-  
rici pauperes licite viuunt de bonis  
ecclesie , bonus tex. in c. pastor eccl-  
esiæ ead. cauſa , & quæſt. vbi dicitur , q  
ui cui sua ſufficiunt pastor ecclie nō  
debet aliquid erogare , quādoquidem  
habentibus dare , nihil aliud eſt , quam  
perdere , pro quo videtur tex. forma-  
lis in c. clericos ead. cauſa & q. vbi ex-  
preſſe dicitur , † quod clerici diuites , &  
habentes vnde viuant , non debent de  
bonis ecclie viuere , & ad hoc acce-  
dat tex. ianctis ibi notat. per glos. &  
Arch. & Domi. in c. omnino 3. 1. dist.  
9 vbi notat , quod clerico † de bonis ec-  
clie licet iuuare consanguineos pau-  
peres , bonus tex. ianctis ibi nota per  
Abb. in cap. 3. in 2. not. de arbit. vbi  
10 Abbas tenuit , quod clericus licite †  
potest pauperem ſororem de bonis ec-  
clie dotare , & ſimiliter consanguineos  
pauperes ales , idem Abbas in c.  
coniugatus ad fin. extra de conuert.  
coning. ſicq; cum d. Reuerendissimus  
fuerit dixes , Et pecunia diuersarum ec-  
cliearum quas obligabat expedierat

aliter quam deceret , nec aliter de eius  
indigentia appareat , non licuit ſibi  
introitus ſuos diſipare , & demū con-  
trahere debita pro ſui substantatione ,  
& ecclesiam obligare , & ad hoc opti-  
me deſeruit illud quod notat Archid.  
in ſ. 1. vers. permititur 42. distinc.  
11 † qui dixit quod clerici expendeſtes  
redditus beneficiorum ad vſum non  
destinatum à iure tenetur ad eorum  
restitutionem , quem ibi ſequitur Do-  
minicus per illum tex. & alia plura , vt  
ibi per eos , nec ipſi Reuerendissimo  
creditur dicenti pecuniam ſibi neceſ-  
ſariam pro vietu domus non conſtituit  
aliter de eius iusta , & rationabili indi-  
12 gētia , ex quo Prælato † ſimpliciter alii  
quid dicenti , non creditur in præiudi-  
cium ecclie iuxta tex. in d. c. præ-  
ſentium de teſti. in 6. & plene not. per  
Bar. in d.l. certum ſ. ſed an ipſos f. de  
confess. & alijs ſupra adductis .  
Fortificantur prædicta ex his quæ  
not. Innoc. in cap. quoniam in fine ex-  
tra ne prælati vices ſuas vbi dicit , q  
13 prælati , † vel clerici non ſeruientes  
ecclie non poſſunt , nec debent vi-  
uere de bonis ecclie , idem notat  
Archid. in c. illi qui 12. q. 2. Abb. in c.  
Episcopus extra de præbend. & plene  
idem Abb. in diſputat. incipiēt Titius  
14 clericus. Quæ dicit aliqui dicant † nō  
procedere in Cardinali existenti in Cu-  
ria Romana , qui ſeruit vniuersali ec-  
clie per tex. in c. bonę extra de po-  
ſtul. prælat. & not. per Bal. in l. cum  
malia C. de bonis quæ liber. qui dixit  
quod Cardinales ſunt Capitulum vni-  
uersalis ecclie , ſequitur Franc. Curt.  
in tract. feudorum quæſt. 11. 2. part.  
principal. Attamen d. Reuerendissi-  
mus qui in contempnum ſum mi Pon-  
tificis exiſtebat extra curiam , & non  
ſeruiebat vniuersali , nec particulari-  
bus ecclieis quas obtiuebat , non po-  
terat de ipſorum bonis legitime viue-  
re per prædicta , & conſequenter pro  
ſui vietu ipſam ecclieam obligare , &  
maxime quia diſta apodiffe , ſeu affer-  
te ſcripture priuata , vbi prædicta de-  
mon.

15 monstrantur, & non sunt aliter verificare per testes qui subscriptionem dicti Reuerendissimi, vel dicti Federici viderunt iuxta notata per Bar. in l. nulla ratio in 3. col. vers. de 1. ff. de donat. Ias. in l. admonendi in repet. 11. car. 1. col. de iur. iuran. Ant. de Butr. Abb. & cæteri in c. 2. extra de fide in sit maxime quia dictæ scripturæ non habent subscriptionem testium prout requiritur iuxta tex. in l. fin. C. si cert. pet. & in auth. & si cōtractus C. de fid. instrum. notat expresse Bart. in d. l. nulla ratio. Præsertim quia excellenti Dño Commissario compertum est, q̄ post mortem d. Reuerendissimi fuerunt subscriptæ multæ scripture, & priuilegia, per eum qui in omnibus similē subscriptionem faciebat, sicut dictus Reuerendissimus & nō imerito de ipsorum fide, & veritate dubitari debet.

Confirmantur prædicta, nam dicti Actores, in d. debito petitio nituntur aggre-gare partitam trium milium aureorum, quos d. Reuerendiss. præcepserat suis agentibus solvi Romæ pro soluendo debito Illustriss. Marcij Columnæ, sicq; qñ pdicta pecunia demontaretur soluta, prout non constat, illa fuisset soluta pro debito alieno, ad cuius restitutionem ecclesiæ nō tenetur, ita est tex. & ibi hoc notat Abb. & cæteri in c. si quorundam extra de solut. & bonus tex. in e. quod quibusdam de fideiuss.

Maxime quia desolutione prædictæ quantitatis facta Romæ, non constat legitime, ex quo declarationi factæ per quendam Diecum assentum familiarē d. Reuerendissimi dicentem prædicta pecuniam recepisse, & demuin eam soluisse de ordine d. Reuerendissimi non est credendum, cum tractet de se exonerando iuxta vulgare dictū Bar. in l. deferre de iure fisci & notarii Canonici in c. insuper extra de testib. Ant. de Butr. in c. cum à nobis eod. tit.

16 Nec certe alia scripturæ & priuatæ de dicta partita pecunia productæ

post conclusum in causa, & causam introductam fidem faciunt iuxta notata per Ant. de Butr. in cap. auditis vers. nota nono. de ia integrum restit. & in cap. fraternitatis 8. col. extra de testib. Doct. max. Felyn. in c. cum dilectus 1. col. & sequ. de fid. instr. pro quo est expressa decisio Sacri Cons. 272. & maxime quia dictæ scripturæ priuatæ productæ non sunt aliter verificate.

Insuper ad alia duo millia aureorū quos dicti Actores petunt, afferentes illos mutuasse eidem Reuerendissimo ad complementum septem milium scutorum mutuatorum Regiæ Curie per ipsum Reuerendissimum afferentes in dicta summa non includi. duo millia aureorum mutuatorum eidem Reuerendissimo per bancum Hieronymi Luccari, & sociorum, quæ duo millia s. utorum dicunt ipsi Actores, soluisse Federico Paltroni pro necessitate domus, Camera Apostolica non tenetur, primo quia quando hoc esset verum, prout non est, dicti duo millia aureorum non apparent mutuata eidem Reuerendissimo pro necessitate ecclesiæ, neq; aliter conuersa in utilitatem ecclesiæ, per tex. in d. cap. 1. de solut. & in c. 1. de deposito. cum alijs supra adductis.

Secundo quia dicti Agentes in art. 27. fatentur expresse, quod tota dicta summa septem milium aureorum soluta Regio Thesauratio, fuit de pecunia d. Reuerendissimi, in qua summa includitur partita duorum milium aureorum mutuatorum ipsi Reuerendissimo per dictos de Fuccarijs, ita quod in dicta partita septem milium aureorum ipsi Agentes non remanent credidores in aliquo, cui confessioni in Iudicio factæ contra ipsos agentes, est standum in eorum præiudicium l. cum præcum, & ibi glo. Doct. C. de liber. cā. notat Bar. in l. certum s. si quis absente ff. de confess. Doct. maxime Ias. in l. edita 2. colum. in medio C. de edend.

Et

27. Et licet ipsi Agentes confessionem  
predictam afferant reuocasse ex causa  
erroris in alijs articulis postea produ-  
cere talis reuocatio non debet admis-  
ti, ex quo d. confessio judicialis fuit  
in dicto proprio ipsorum Agentium,  
& factum non erat antiquum nec ali-  
ter implicatum, ita moranter tenuit  
Bar. in l. non fatetur col. 2. vers. formo  
vnansq; cum seq; ff. de conf. Bal. in l.  
edita in repetitione Raduana pen. cat.  
col. 2. vers. s̄pē accidit C. de eden.  
Laufran. in repet. c. quoniam contra  
vers. confessio ultima col. extra d̄c  
probat. notat Ioannes de Imol. in cap.  
fin. extra de confess.

Confirmantur praedicta, nam dicti  
ageates niventer probare praedictam  
partitam duorum millium aureorum  
perueritatem à Fuccaris per quandam  
apodissam, quam ibi laeerauerūt, post-  
quam ipsa in actis produxerunt, &  
penes se retinuerunt partitam crediti  
supradescritam, per quam laceratio-  
nem praesente actuario factam, quo ad  
dictam partitam stari debet iuramen-  
to d. Reverendissimi Ohi Nuncij con-  
tra ipsos lacerantes, & ita tenuit Bal.  
in l. 1. C. de fide instrumentorum at-  
legans tex. in l. si de possess. C. de pro-  
bat. Idem expresse temuit Bal. in l. qui  
accusare circa mediū C. de eden Idem  
tenuit Hostien. Abb. & Felyn. in cap.  
accepimus extra de fide instr. Spec. in  
tit. de c̄stib. S. satiūm iller in fine.

Immo cum ipsi lacerantes per tales  
lacerationem calauerint, & subtraxe-  
rint probationes Cameræ puniendi  
sunt pena falsi, in qua p̄gna includitur  
amissio cause, iuxta formam Regiae  
Pragmaticæ ita firmat tex. in l. Paulus  
in verbo subripuerit, & ibi hoc nota  
Bar. ff. de falsis bonis & se tex. in cap.  
olim extra de rescript. faciunt notata  
per Doct. in c. licet extra de crimine  
falsi, seq; ex d. apodisse lacerata ipsa  
gentes se iuvare nos possunt.

Et insuper ipsi agentes in dicta con-  
paris adducunt quandam aliam partitam  
seu scripturam, manu dicti. Bene-

rendissimis subscriptis, in quæ ipsi ex-  
dicitur, quod solvant fidem dicitur. Pal.  
tronis sc̄ibos om̄le, & oblongos ad e  
complémentum tredecim milium au-  
reorum, quos dicti Agentes cedebant  
solvere d. Reuerendissimo de or-  
dine Vincentij del Poggio, & ideo ipsi  
tanquam producentes di partitam, seu  
apodissam videntur fateri omnia in ea  
19 contenta rite vera, & triam cōtra ipsi-  
os producentes; ita tenet laeocia  
cap. cum venerabilis extra dēceptu  
vbi Abb. & alijs Bart. in l. post legatum  
a. col. ff. de his, quib. ut iudic. Immo  
in cap. cum olim extra de cens. Bal. in  
l. scriptum se in princ. C. de fide instru  
Bal. in p̄dā in princ. C. de his, quib; &  
ut iudic. Et quia hic tractatur de ra-  
tionibus, & computis, de gestis inter  
d. Reuerendiss. & ipsos Agentes, de-  
bent in d. partita tredecim milium  
aureorum, ipsum Reuerendissimum seu  
Cameram Apostolicam creditrice far-  
cere, & tibi ipsiis in troitum facere de  
summa prædicta, & demontr. dictam  
partitam pouere in exitum, ita pun-  
20 ctualiter dicit Bar. & m. l. spadonem. S.  
ratiocinatio ff. de excus tut. quis dixit,  
quod primo quis debet præstare in-  
troitum & postea exitum facilis not.  
per Bal. in l. si plures d̄c col. vers. Item  
pone aliud exemplum C. de condit  
inser. qui dixit, quod ratio tutela de-  
bet integra reddi, & non potest reddi  
pro parte; allegat tex. in l. creditor &  
daobus ff mandat. maxime ipsa mera  
eatorum & expertorum in talibus in-  
ditio ita debet fieri compertum est  
Excellentiss. Oho Commissario quorū  
iudicio in talibus stari debet, ita pro-  
bat notab. tex. in l. si cui libertas vbi  
hoc notat Bart. ff. de condit. & de-  
monstr. tex. in l. vix certis S. liber etiā  
ff. de iudic. & ideo dicta summa trede-  
cim milium aureorum verificata per  
productionem d. apodisse, ut supra de-  
bet compensari cum debito dictarum  
aliarum apodissarum praesertimarum  
ut supra, quamvis fuissent verificatae  
preux non sunt recta tex. in h̄s. C. de  
com.

compensari cum alijs vulgaribus.  
Et licet verbum, ad complemen-  
tum + appositorum in apodissa probat  
solutionem totius quantitatis l. ratio-  
nes; & ibi per Doctores C. de probat.  
l. 2. vbi Bart. Bal. & omnes maxime  
Iaf. C. de herend. instit. l. 3. l. cum Ti-  
tio ff. de adimen. lega. ita quod credi-  
tor qui fuit confessus, sibi deberi ali-  
quid ex resta, vel ad complementum,  
vel taxatue non possit ultra petere,  
ut in dictis iuribus, hoc tamen nō pro-  
cedit ubi creditor fateatur, sibi deberi  
aliquid ex resta computationis ratio-  
num, quia semper poterit dici, fuisse  
erratum in rationibus, & rationes sunt  
renidēdz ita dixit Salic. in l. siquidem  
in final. verbis C. de transact. qui alle-  
gat. tex. in l. l. C. de errore calculi, vt  
ibi per eū, ad q̄ optime facit tex. in l.  
si ex pluribus in princ. iuncta glosella  
in verbo reliquum ff. de solut. per quē  
tex. & glos. dicit ibi Angel. quod si  
creditor confitetur saldata ratione se-  
tantum à debitore recepisse, per hoc  
confitetur, illud solum in residuo fuis-  
se, & de toto fuisse sibi integrē sati-  
factum, sed in casu nostro nullum ap-  
paret saldum rationis, sed tantum ap-  
paret illa apodissa quæ dicit ad com-  
plementum, non potest negari quin  
ex integro rationes sint redende, &  
dicti Agentes de dicta summa sibi in-  
troitum, & demum particularem exi-  
tum facere, iuxta verbum Bar. in d. &  
ratiocinatio, ex quibus puto conclu-  
dendum d. Reuerendiss. Dñum Nun-  
ciūm, & Cameram Apostolicam de-  
bere absolui ab impetitionibus dicto-  
rum Agentium.

## ADDITIONES

**A**D numerum vigesimum primū, quod  
verbum illud ex residuo, seu ex resta pro-  
bat alias quantitates fuisse solutas, ultra  
allegata per meum Auūm hic, addo Affi-  
decis. 283. hum. 3. & 9. Iason in l. 2. C. de  
hered. instit. Felyn. in cap. ad hęc extra dę  
rescripe. col. 1. circa finem, qui limitat tri-  
bus modis, inter quos cadit limitatio data

per aucta Auūm hic, hęc etiam declarat  
Cass. in coauctord. burgund. de easans  
tubr. 6. in verbo, & reliquum num. 1. opti-  
mus sex. in l. pater 5. auus ff. de doli malis  
& metus excepti. Roman. sing. 5.85.


Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 Excep̄io, quem de euictione te-  
net actio, eundem agentem re-  
pellit exceptio, impedit litis in-  
gressum.
- 2 Quid si dicatur de simulatione  
contractus.
- 3 Quando iuramentum princi-  
palis transeat ad heredes.
- 4 An heres debitoris possit alge-  
re contractum factum per de-  
functum esse feneratitum, si de-  
functus tacuit in vita.

## ALLEGATIO 7.

**E**xceptio quæ de euictione te-  
net actio eundem agentem re-  
pellit exceptio, obstat etiam ha-  
redibus.



VOD agentes contra  
Angelillum Mōtanum  
super vendicatione cu-  
iusdam terrae in actis  
deducta nullaten⁹ sint  
admittendi stante ex-  
ceptione cōtra eos op-  
posita; & videlicet. Quem de euictio-  
ne tenet actio, &c. de qua in l. vendi-  
cantem ff. de euict. quæ exceptio po-  
test opponi contra haeredem vendi-  
toris agentem ex persona venditoris,  
& tanquam haeres ipsius, est tex. for-  
malis, & ibi per omnes scribentes  
maxime Salic. in l. venditrici C. de  
rebus alieni non alieni bonus est tex.  
in l.

in l. scia ff. de evict. Dicta autem exceptio tanquam peremptoria, impedit litis ingressum, & agentem à limite iudicij expellit, ita tenet Bar. in l. & si instrumēta C. de fid. instrum. & iur. hastæ fīl. lib. 10. & ibi plenius Ioannes de Plat. pro quo est bonus tex. in l. exceptione C. de evict. & in d. l. vendicantem.

2 Et licet dicti Agentes aduersus t̄ exceptionem prædictam opponat exceptionem simulationis, aduersus cōtractum venditionis d. terræ ; nihil minus adhuc sunt repellēdi, exceptione prædicta non obstante, ex quo simulatio per eos allegata nō est talis, quæ reddat contractum & iuramentum in eo appositum nullum, sicut est, quando partes nihil intendent agere, singunt contractum aliquem, in quo casu loquitur glo. in l. emptione C. plus valere quod agi. Sed in casu nostro dicunt dicti opponeutes, exceptionem prædictam simulationis, quod contrahentes intendebant pignorare, & sic aliquid agere, & fecerunt contractum venditionis, quæ species assertæ simulationis obligat contrahentes, & dominium inter ea trasfertur, ita Bar. in consl. Petrus Incole. & Angel. de Arez. instit. de except. in princ. 7. car. col. 8. vers. queritur, an talis contractus &c. dicens quod talis contractus firmatur iuramento per tex. in c. 1. de iur. iuran. & quamvis t̄ iuramentum principali non transeat ad hæredes vulgato c. veritatis extra de iur. iur. illud intellegitur, quo ad vinculum spirituale respectu animæ, sed quo ad vinculum ciuile quo astringitur ad non veniendū contra factum defuncti bene obligatur hæres propter iuramentum defuncti, ita punctualiter dixit Ang. in l. qui superstitis in fine ff. de acqui. hæred. qui dixit, quod iuramentum parit duplex vinculum, vnum est, quod afficit solum animam iurantis si periuretur, & illud non transfit in hæredem, quid est mere personale, & cohæret persona; Aliud est vinculum ciuile, quo a-

stringitur ad non veniendum contra, & illud vinculum contractum in personam iurantis bene transmittitur in hæredes, sicut reliquæ actiones personales, pro quo allegat tex. in authen. de iure iuran. a morien. præst. vbi etiā Ang. hoc firmat unde secundum ipsum licet hæres non possit repellere hoc capite, quia periurus potest tamē repellere hoc capite, quia est obligatus ad nō veniendum contra iuramentum, & contractum defuncti, cui successit idē expresse tenuit Bar. in l. cum quis decidens §. codicillus de lega. 3. 2. col. vers. vltimo nota. & idem in specie tenet Bal. in l. generaliter in princ. C. de iure iur. notat Io. Andr. in cap. 2. de pact. in 6. in nouella, & bene not. Dñus Maxe. in decis. §. cons. 3 & 1. in fine vide Abb. in cap. ad nostram 1. col. vers. vlt. nota de emptio. & vendit. qui dixit ꝑ hæres debitoris t̄ potest allegare contractum factū per defunctum esse fereratīū, & probare per præsumptiones, licet defunctus tacuerit in vita.

Ex quibus puto dicendum, quod dato, & non concessio, quod dicti hæredes agentes possint agere ad rescissionem contractus, ex capite simulationis, quod pro nunc non firmo, tñ quo usq; cōtractus non declaratur nullus, vel rescissus, non possunt venire directo cōtra factum vel contractum iuratum defuncti vendicando rē venditam per defunctum directo contra tex. in l. cum à matrē C. de tēi vendic. cum vulg. & contra prædicta propterea ipsis agentibus, cum adhuc contra factus duret, cuius virtute ipsi tāquam hæredes venditoris sunt obligati, obstat dicta exceptio opposita, quem de evictione tenet actio &c. quæ vt prædicitur, impedit litis ingressum vt supra. Hæc pauca currenti calamo scribere volui, non quod crederem apud tātum virum necessaria, sed vt eidem in ore gererem, cui si quid in contrarium occurrerit, rogo, vt me certiorum reddat, & bene vale.

## ADDITIONES.

**A**D numerum tertium. An iuramentum principalis transeat ad hæredes. Ultra allegata per meum Auum hie. Addo quod liget iuramentum sit personale, quantum ad spiritualitatem, & non liget animâ hæredis sine suo consensu; ita quod nō potest conueniri hæres de periurio, tamē quantum ad obseruantiam iuramenti. Iuramentum transit in hæredem, ut dicunt Canonici in c. veritatis extra de iur. iuran. & ultima, Affl. decis. 831. num. 8. addo Cassineum in consil. 24. num. 16. Capit. in decis. 75. Bolognett. consil. 45. Dec. consil. 639. vñlo num. 6.


Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *In his, quæ sunt mere facultatis, ex longæua obseruantia non inducitur consuetudo, neq; præscriptio.*
- 2 *In Ciuitate non sunt inducende nouitates, etiam si communis utilitas hoc suadeat.*
- 3 *Vbi timetur de preda, scù extorsione officialis, potest sibi interdici ne se intromittat in tali officio.*
- 4 *Interest reipublicæ ut vendentes bona comestibilia bene tractentur ad hoc ut libentius veniant ad vendendum eorum, merces in Ciuitate.*

## ALLEGATIO 8.

**A**D inducendam consuetudinem, vel præscriptionem ex longæua obseruantia, quæ requirantur.



N causa fidelissime Ciuitatis Neapolis, cuius Mag. Dño Annibale Pignatello super asserta facultate, quam pretendit ipse Magn. Annibal habere exigendi granum vnum pro qualibet salma farinæ à venditoribus pro computo pecuniae, & alijs ut ex processu & actis coram Magn. Dñis Arbitris confessis latius appetet.

Quoniam d. Magn. Annibal in suis articulis fatetur nullum habere priuilegium exigendi granum prædictum pro qualibet salma farinæ, sicq; nec ex priuilegio, vel alio Iure sibi in prædictis ius competere, sed illud consistere in mera facultate soluentium, propterea dico eidem Dño Annibali nullum fuisse quæsum ius, nec competere ex tempore, quo prætentit exegisse d. granum vnum, vt supra per tex. in l. viam publicam, & ibi notat glof. & Bar. ff. de via publ. vbi dicitur † quod nunquam præscribitur facultati cundi per viam publicam, quia istud posse ire, est quædam facultas, & non ius; idem expresse tenuit Panor. in cap. ex parte, afferens in fin. 1. colum. extra de concess. præben. & in cap. Ioannes extra de cler. coniug. in cap. pisaniis in fin. extra de restit. spolia. & in c. inter ceteras circa fin. extra de rescript. dicēs, in his quæ sunt mere facultatis, ex longæua obseruantia, non inducitur consuetudo, neque præscriptio, & Dñus Cardinalis consil. 38. & plene Fely. in c. cum accessissent 3. car. 4. col. extra de constitutu.

Fortificantur prædicta, nam ip his, quæ sunt mere facultatis, non inducitur possessio ex vsu longi temporis c. possessiones 16. q. 1 notat glof. in l. solent in gl. fin. ff. de offic. præto. notat Bar. in l. cum de in rem verso col. fin. ff. de vsur. Bal. Cin. & alij in l. 1. C. de seruit. & aqua. & Panor. in cap. Abbat. Sancti Silvani colum. 2. extra de verbis. signif. Sicq; cum dictus Dñus Annibal possessionem aliquam non habuerit,

buerit, non potest petere restitutionē ipsius, quia priuatio præsupponit habitum vulg. l. decem ff. de verb. oblig. & ad hoc accedat, quod ex vsu longi temporis in his, quæ sunt facultatis non causatur vtenti ius aliquod iuxta notat. per Bar. in l. 1. ff. de condic. ex lege, & in specie not. Ang. cons. 54. lillianus, & Franciscus circa medium, dicens, quod in his, quæ in libero explicantis arbitrio consistunt, sicut est ire ad ecclesiam, vel per viam publicam, & similibus, nullū ius, nulla actio, nulla exceptio causatur, vel quæri pot per tex. in d. l. viam publicā, & plene consuluit Barb. cons. 51. scripsit sapientia fons x. & xi. col. vbi refert, & sequitur Bar. in d. l. 1. ff. de condic. ex l. sicq; ex prædictis sequitur, quod cum d. Dñus Annibal constitutus de prædictis nullū habere priuilegiū, & ex vsu asserto dicti temporis nulla causatur possessio & ius aliq; non resultet, non im merito eidē petenti restitutionem asserta possessionis obstat notorius defectus lūris, qui impedit, seu excludit agentem, possessorio recuperādæ iuxta tex. in c. ad decimas de restit spol. in 6. & plene p. Doct. maxime Panor. in c. in literis pen. & fi. col. ex eo tit. p quo est tex. in c. literas, & ibi idē Panor. in j. col. vers. nota, & tenemēti, extra de restit. spol.

Et ad hoc accedat, nam ex processu apparet quod solite exactiones pro iuribus gabellæ d. stateræ est granum vnum pro qualibet salma ita quod dictum aliud granum, quod d. Dñus Annibal prætendit posse consequi à venditoribus farinæ, est nouitas, & noua exactio respectu iuris d. stateræ, & ideo succedit notabile dictum † Salyc. in l. 3. C. noua vectigalia 1. col. vers. item collige, qui dixit per iMam legē, quod in Ciuitate non sunt inducendæ nouitates, etiam si communis utilitas Ciuitatis hoc suadeat; allat tex. in l. 1. eodem tit. & in l. penul. ff. de descr. ab ordin. facie. & hoc ideo secundum ipsum, quia hoc est Principi reservatum. Et maxime, quia in processu de-

monstratur quod sub Clypeo dicti officij stateræ, quando vendentes recusant dictum granum soluere, pro qualibet salma pro assertis computis Se alijs figuratis caulis, solent damnificari, ac fraudari, & male tractari, propter quod usurparum officium faciendo dicta computa venditoribus farinæ possit esse causa extorsionis, & fraudis, & ideo succedit notabile dictum † Ioannis de Platea in l. 1. in fin. C. de frumento. Alexandri lib. 10. qui dixit, quod vbi timetur de preda, & extorsione officialis, potest sibi interdicere se de tali officio intronitat, non enim quis de preda debet esse sollicitus, ut in d. l. 1. & in l. si minoris in fine cum concordantijs ibi allegatis ff. de admin. tut. & in l. fin. C. de lucr. 4 adux lib. 11. maxime † quia interest reipublicæ, vt vendentes bona commestabilia bene tracentur ad hoc, vt libentius veniant ad vendendum eorum merces in Ciuitatem, Ciuitas enim de annonis, & frumentis, ac ipsorum pretio curam habet iux. nota. per Bar. in l. nemo C. de iude. & not. Doct. in l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præf. vrb. ex quibus currenti calamo notaris, & descrips. puto concludendum d. Magn. Annibalem non esse admittendum ad prædicta exercenda. In reliquis sup. pleant Magn. Dñi Arbitri iuxta titulum, ut quæ desunt Aduocatis.

## ADDITIO N E S.

**A**D numerum primum, quod in his quæ sunt mere facultatis ex longæua obseruancia, non inducitur consuetudo, neque præscriptio. Addo vlera dicta per meum Auum hic. Affl. decis. 388. num. 4. qui dicit quod in actibus mere facultatis non inducitur consuetudo potestatis libere restrixiua, vnde si per 40. annos consuevi venire ad molendinum, nunc non ex hoc inducitur consuetudo ut teneat continuare, allegat Abbatem in c. ex parte astensis extra de concessione præbendarum, & Lucam de Penna quasi per duas colunas in l. vt rustici ad nullū obseq. deuoc. lib. 11. & alios quāplures, ultra quos vide Dec cons. 6. & Visil. ad decis. Affl. præallegatum nu. 3. cum scq.

Abb. Io. Hier. de Muro.

E . 2 SVM.

## SUMMARIUM.

- 1 *In substitutione reciproca, substitutio proximorum videtur facta ultimo morienti.*
- 2 *Quando substitutio dicatur facta per verba directa, et quando per verba obliqua.*
- 3 *Substitutio verbis directis facta impuberibus à pagano, licet infra tempora pupillaris etatis valeat iure directæ pupillaris, tamen post pupillarem etatem expirat in totum.*
- 4 *Quando substitutio post tempus pubertatis trahatur ad fideicommissariam.*
- 5 *Quid matre existente in medio.*
- 6 *Substitutio quando dicatur comprehendiosa?*
- 7 *Quid si substitutio sit facta sub conditione si sine liberis?*
- 8 *Malitia supplet etatem, et ideo pupillus potest in pupillari etate procreare filios, et puella copipere in undecimo anno.*
- 9 *An pupillus nutritus in pupillari etate dicatur decadere intestatus, cum testari non possit?*
- 10 *Quid de substitutione reciproca?*
- 11 *Substitutio facta ultimo morienti, an dicatur comprehendiosa, etiam si non sit posita dictio quandocumq;?*
- 12 *Excluditur substitutus matre existente in medio.*

13 *Si mater non excluderet proximos filij detraheret duas quartas sive legitimam, et trebellianicam.*

## ALLEGATIO 9.

**I**N materia fideicommissariæ reciprocè, & comprehendiosa substitutionis.



**N** causa substitutionis factæ per Cosmum Imperatorem, Hieronymæ, Dianoræ, Lucretiæ, & Francisci Imperatæ in pupillari etate existentibus tempore dictæ substitutionis, visis & consideratis verbis testamenti ac d. substitutionis, in qua dicitur, quod ipse testator instituit hæ redes suas vniuersales prædictas quatuor eius filias quamlibet ipsarū pro æquali portione, & che l'vna succeda all'altra ab intestato, vel in pupillari etate, & si omnes morirentur, sine filijs, succedant agnati, videlicet li parenti suoi consanguinei, e non altro, sicq; mortuis in pupillari etate tribus ex dictis sororibus superstite d. Lucretia, que postmodum in tertiodécimo anno decepsit condito testamento, & matre ipsius instituta. Quamvis ergo Antonius Imperatus assertus proximiior dictarum sororum prætendat successionem dictorum sororum, & excludere matrem d. Lucretiæ virtute substitutionis prædictæ.

Attamen puto considerandū, quod dictæ sorores iustitiae fuerunt inuicem substitutæ, & sic stante substitutione prædicta reciproca substitutione proximorum videtur facta. Lucretiæ ultimo morienti ita probat tex. nota. in l. si pater impuberis cum glos. & ibi per Doct. & in l. qui duos ff. de vulg. & pupill. in l. pen. C. de impub. & alijs subst. in l. titia seio S. seia libertis

ris ff. de leg. 2. notant Doct. in l. vel singulis ff. de vulg. & pupill. Bar. in l. hæredes mei s. cum ita ff. ad trebell. dicta autem substitutio facta fuit per 2 verbum + succedat, quod verbum de sui natura est directum, per ea que notabiliter dixit Bal. in rub. C. de impub. & alijs subst. qui dixit, quod substitutio tunc dicitur directa, quando testator dirigit verba ad substitutum, & sonant quod ipse capiat hæreditatem manu propria, puta quando filius decesserit hæres esto, ad differentiam substitutionis obliquæ seu fideicommissariæ, que sonat quod fideicommissarius capiat de manu alterius, idem probat tex. iuncta glos. in verb. directis in l. eam quam C. de fideicommiss. idem probatur in l. cohæredi s. cum filio, in verbo restituere iuncto verbo fideicōmissum ff. de vulgar. & pupill. Sicq; ex prædictis, sequitur, quod cum dictæ tres sorores decesserint in ætate pupillari, & ipsis d. Lucretia successit, quæ post a in 13. anno decessit conditione testamēto, & matre instituta quod d. substitutio verbis directis facta im- 3 puberibus à pagano licet infra tem- pora pupillaris ætatis secundū aliquos valeat iure directæ pupillaris, tamen post etatem pupillarem expirat in to- tum, ita probat tex. not. in l. verbis ciuilibus, & in l. pupillari, & ibi per omnes Doct. ff. de vulg. & pupill. hoc tenuit glo. in l. centurio in verbo dū- taxat eod. tit. glo in l. precibus C. de impub. & alijs subst. glos. in l. scœuola ff. ad trebell. & communiter omnes Doct. in l. centurio, & maxime Alex. col. 17. & sequēti, qui sequitur opinio- nem dictarum glosarum, & eam dicit esse communem, idem tenet Oldrad. cons. 125 & Paul. de Castr. cons. 133. & quia ipsa est communis opinio, ali- ter quo ad hoc in allegationibus non insisto.

Et licet verbum succedat sit verbū commune, vt tenuit Bart. in d. l. cen- turio in fin. col. notat Bal. in c. si pater de testa. per tex. in l. restituta in fine

iunct. lege sequenti ff. ad trebell. not. Bal. in l. si sine c. eod. tit. & sic substi- tutio facta à pagano verbis communi- 4 bus post tempora imputertatis + tra- hitur ad fideicommissum, maxime ma- tre existente in medio, vt concludit 5 Bar. Alex. + & alij in d. l. centurio 7. col. & quam plures relati per ipsos, ad- de quod substitutio facta ad inuicem de pluribus filiis institutis, quando est simpliciter facta non comprehendit fideicommissariam, ita notat Bar. in l. Iutius in penul. q. de vulg. & pupill. in l. 2 de impub. & alijs subit. & Alex. in d. l. Iutius col. penul. attamen hoc pro- cedit vbi verbum commune est appo- situm in substitutione compendiosa, quæ est apta compræhendere plura tem- pora s. tam tempus pubertatis, quam post; merito subst. tuatio dictis verbis facta, quæ post pupillarem etatem non potest valere iure directo, trahitur ad fideicommissum, vt per Doct. ibi, sed substitutio de qua agitur, nullatenus potest dici compendiosa, ex quo sub- 6stitutio + compendiosa est illa quæ sub conditione mortis, vel alia plura com- plectitur tempora, & fit duobus mo- dis, videlicet tempore limitato, vt si dicatur, si infra 20. annos decesserit, talis sit hæres, vel tempore non limi- tato, vt si dicatur, quandocunq; de- cesserit, ita punctualiter declarat Bar. in d. l. centurio col. 2. vers. ad primum not. expresse nota. glos. instit. de pupil. substit. s. qua ratione in verbo ad ex- plum in fine glos. probat tex. iuncta glo. in d. l. præcibus de impub. & alijs subst. quia ergo in casu nostro est facta substitutio simpliciter pupillis, & talis substitutio non potest dici cōpendio- sa, idcirco eidem Lucretiæ defunctæ post pupillarem ætatem non potest suc- cedere substitutus, cum talis substitu- tio non se extendat ad dictum tem- pus per prædicta.

Nec obstat, si dicatur, quod substi- tutio facta sub conditione, si decesserit + sine filiis, & sic videtur, quod te- stator habuit respectum ad tempus maioris

maioris ætatis, quo tempore liberos habere potuisset, quasi non dicatur decedere sine liberis, qui liberos habere non potest, nam dico quod d. substitutio facta pupill. per d. verbum succedit, non extenditur ad tempus maioris ætatis, quo tempore non poterat valere iure directo non obstatibus dictis verbis, si sine liberis decesserit, ita punctualiter tenet Bar. in d. l. centurio col. 4. vers quid si testator, & ibi cum sequitur Alex. 6. col. vers. in tex. ibi sine liberis per multas rationes de quibus per eum maxime quia pupillus liberos suscipere potest, vt ibi per eum, quod etiam probatur per tex. formalem in c. si pater de testam. in 6. vbi videtur probari, quod talis substitutio est censenda directa pupillaris hoc etiam tenet Bal. in l. ex tribus C. de inoff. test. & Bar. in conf. incip. homo &c. & idem videtur tenere Bar. in l. pupillari in fin. ff. de vulg. & pupill.

**8** qui dixit, quod + si impubes infra tempora pupillaris ætatis filium habuerit, expirat substitutio pupillaris, & hoc non debet reputari impossibile, secundum ipsum, quia reperitur, quod mater in 11. anno concepit, & ante 12. peperit, ex quo malitia potest supplerre ætatem, allegat tex. in c. de illis extra de sponsal. impub. & dictum Bar. sequitur ibi Ang. & alij sicq; ex dictis verbis substitutio quæ sit directa pupillaris, non efficitur compendiosa per prædicta.

Nec similiter obstant illa verba testatoris, dum dicit quod vna succedat alteri ab intestato vel in pupillari ætate, quæ verba videlicet ab intestato non videntur conuenire pupillo, qui testator non potest, + quasi non dicatur decedere intestatus, qui testari non potest; ita videtur probari per tex. in l. 1. ff. de suis, legitimis, vbi non dicitur decedere intestatus, qui testari non potuit, nam contrarium videlicet, quod pupillus moriens dicatur decedere intestatus, tenuit in specie Paul. de Cast. in l generaliter C. de instit. & substit.

**9**

sub condit. fac. qui dicit quod statutū disponens, quod alicui decedenti ab intestato succedant aliqui, habet locum in pupillo decedente, licet testari non potuisset, & hoc per tex. in d. l. 1. ff. de suis & legit. qui dicit, quod licet pupillus propriæ non dicatur intestatus, tamē pro intestato haberi debet, vt ibi per eum dicentem, quod iura quæ loquuntur in decedente ab intestato, locum habent etiam in pupillo, & multo magis locum habere debent, vbi verba essent prolata à testatore, cuius verba grosso modo interpretari debent, per quam rationem ita tenuit Bal. in c. 1. 3. col. de success. feu. vbi etiā dicit, quod leges loquentes de successione intestati, quæ vocat pariter agnatos, & cognatos, habent locum in successione infantis, idem etiam notabiliter tenuit Bal. in l. 2. C. qui testa. fac. poss. & notabiliter Ludou. Roman. in consil. 4. vbi tenet, quod d. statutum loquens in decedente ab intestato, locum habet in pupillo decedente per multas rationes, & fortius hoc dicit procedere in dispositione testatoris idiota, cuius verba grosso modo interpretari debent; idē & plenius tenuit idem Ludou. conf. 32. incip. visa municipali constitutione, vbi plene, sicq; ex dictis verbis substitutio prædicta non extenditur ad tempus maioris ætatis, per supradicta.

Et quod dicta verba, quo ad casum de quo agitur nihil obstat puto considerandum, quod in dicto testamento sunt duas substitutiones, vna quæ sit inter ipsas filias, videlicet, quod vna succedat alteri, vt supra dicit, in qua substitutione ponuntur illa verba, ab intestato, vel in pupillari ætate, & illius virtute Lucretia successit sororibus præd. Alia substitutio reperitur facta agnatorum proximorum, in qua ultima substitutione nihil dicitur de verbis prædictis, & propterea puto considerandum, quod aut dicta verba si ab intestato, vel in pupillari ætate decesserint, intelliguntur repetita in substi-

substitutione propinquorum & indubitanter substitutio ipsorum propinquorum expirat, tum quia coadiutiones substitutionis defecerunt in personam Lucretiae ultimo loco morientis, ex quo ipsa decessit post pupillarem etatem, & cōdito testamento; & ideo substitutus excluditur per tex. in l. generaliter C. de instit. & substit. sub cōdit. fac. maxime quia stante substitutione reciproca + facta filiabus, videtur facta substitutio d. Lucretiae ultimo morienti sub dictis conditionibus supra expressis per tex. in d. l. si pater impuberis, & alia iura supra allegata, quae conditiones in persona d. Lucretiae defecerunt, & ideo substitutio predicta expirat, tum etiam, quia dicta verba si repetita fuissent in substitutione predicta, facerent substitutionem ipsam mere pupillarem, quae post etatem predictam indubitanter expirat iux. tex. cū ibi nota. per omnes Doct. in l. moribus ff. de vulg. & pupill. si autem verba predicta in substitutione propinquorum non censemur repetita ipsa in casu, de quo agitur, nihil importabunt, nec extendent sub conditionem ultra etatem pupillarem per superius allegata, ex quibus puto cocludendum d. Antonium virtute substitutionis iam dictae fuisse exclusum ab hereditate predictae Lucretiae.

Confirmantur predicta, nam presupposito, quod substitutio predicta fuerit facta ultimo morienti, etiam quod posset dici compendiosa, non obstante, + quod in ea non apponatur verbum quandocumq; prout videtur sentire, Bar. in d. l. centurio 10. col. in fine cum sequenti, & Imol. in cap. Rationatus in materia compendiosae de testamentis. Attamen in casu de quo agitur, illa haberet vim fideicommissi, ita quod iure fideicommissi d. Lucretia censemur grauata restituere hereditatem proximioribus, ut supra satis est demonstratum, ex quo ipsa decessit post pupillarem etatem, quo tempore directa pupillaris non potest lo-

cum habere, sed eo tempore, quo d. Lucretia mortua fuit eius mater erat in medio, merito substitutus excluditur per matrem + a successione pre-morientium, ita punctualiter tenet Alex. in l. qui duos 3. col. de vulg. & pupill. dicens, quod si in terminis d. legis in quibus filij ad inuicem erant substituti tempore, quo ultimus mori-tur, mater reperitur in medio, substitutus non inueniet in hereditate ultimi; bona prius decedentium, sed à dictis portionibus mater excludet substitutū, allegat glos. in l. qui duos ff. de reb. dub. in glo. in verbo supēstes in fi. quae hoc tenuit in specie, & Bart. ibi in finalibus verbis dicit quod si tempore, quo ultimo morienti succeditur, mater reperitur in medio, substitutus in totum excluditur, ex quo matre existente in medio, cessat ratio presumptae voluntatis defuncti, & ad hoc optime deseruit tex. in l. hæredes mei s. cum ita ff. ad trebell. vbi habetur, quod fideicommissum relatum à duobus filijs, vel uno sub conditione non debetur fideicommissario vbi tempore mortis grauati superesset persona, quae ex presumpta mente testatoris excluderet substitutum facit tex. in l. cum acutissimi C. de fideicommissi. & in l. cū auus ff. de condit. & demonstr.

Et ad predicta optime deseruit tex. in d. l. qui duos & ibi glos. & Doct. ff. de vulg. & pupill. vbi duobus impuberibus institutis, & dato eisdem substituto, si ambo mortui essent, uno predecidente, alter supēstes ei succedit, & nouissime substitutus, sed in hereditate ultimi inueniet substitutus portiones primi non iure substitutionis, sed tanquam rem aliunde sibi quæsitus quando nouissimus in etate pupillari decessit, & ideo ad substitutum pertinent omnia bona pupilli etiam aliunde quæsita l. sed si plures s. ad substitutum ff. de vulg. & pupill. Sed in casu nostro, Lucretia ultimo moriens decessit post etatem pupillarem, & de portionibus præmortuarū disposuit, & sic

& sic cum in casu nostro præsupponat aduersarius quod eidem Lucretiæ succedatur iure fideicommissi, substitutio prædicta quo ad successiones præmortuarum expirauit, ita dicit Paul. de Castr. in d. l. qui duas, & ibi Doct. omnes & ibi etiam hoc sentit glo.

De hac etiam quæst. videlicet, qn̄ testator instituit plures impuberis filios & eos inuicem substituit pupilliter, & adiecit, quod si omnes filij decesserint sine filijs bona sua deueniant ad pauperes si omnes filij moriantur in ætate pupillari, excepto uno, qui ultimo loco deceffit pubes, & sine filijs, an pauperes habeant portionem vltimi tantum, an vero illud quod vltimus habuit ex substitutione pupillari per mortem fratrum veniat in fideicommisso, vide plene Bar. & plenius Alex. in l. ita tamen s. qui suspectum ff. ad trebell. vbi plene discutit hunc articulum, & vide Bal. in l. ex tribus in fine C. de inoff. testam. vide etiam Bal. cons. 79. incip. Zeno veniens ad mortem 1. uol. & aliquid per Alex. consil. 25 fin. col. uers. nec etiam prædictis obstat 1. uolum. Vide omnino Ludou. sing. 572. incip. instituit testator &c. Vide Bal. cons. 103. incip. in d. testamē. to 4. vol. Et vide omnino Deciū consil. 86. incip. viso puncto, vbi an in substitutione reciproca filiorum cōpræhendatur fideicommissaria, & quando cōtinetur, an in tali fideicommisso veniant portiones fratrum præmortuorum, vel solum portio vltimi morientis, & hoc ponit in 1. & 2. col. in 1. vol.

Nec obstat tex. in l. hæredes mei s. cum ita ff. ad trebell. quia ibi testator expræsse substituit in tota hæreditate, & sic cum appareat de mente testatoris volentis in tota hæreditate substituere, ideo substitutus ibi succedit in tota hæreditate, attenta mente testatoris, quæ in talibus attenditur l. in conditionibus primū locum ff. de condit. & demonstr. Sed in casu nostro non sicut facta substitutio propinquorum in tota hæreditate, merito d. An-

tonius repellitur à successione præmortuarum sororum, & hoc videlicet quod attendatur, si testator substituerit in tota hæreditate, vel in parte tacite, vel expresse, optime declarat Alex. in l. cum qui nouissimis 1. & 2. col. ff. ad Trebell.

Et præsupposito, nō tamen conteseat quod substitutio prædicta dicenda esset fideicommissaria, vt supra, & mater nō excluderet in totum dictos proximiores, quod non video posse teneri, attamen, quando hoc esset, dico quod non est dubitandum, quin mater d. Lucretiæ possit detrahere duplicitem quartam, videlicet legitimam respectu totius hæreditatis, & de residuo trebellianicā, præsupposito quod d. fideicommissum operetur in tota hæreditate iuxta tex. in l. si pater impuberes cum gl. & ibi per Doct. ff. de vulg. & pupill. & alijs iuribus supraadductis, sicq; cum fideicommissum prædictum fuerit iniunctum d. Lucretiæ sub conditione si decesserit sine filijs, ipsa incontinenti potuit detrahere legitimam, & demum adueniente tempore mortis, hæres ipsius detrahere posset trebellianicam, ita notat glo. in cap. rainucius, & ibi per omnes Doct. extra de testamen. quæ est cōis opinio Canonistarum, quam etiam sequuntur Ciuilistæ, & maxime Alex. in l. in ratione s. quod vulgo ff. ad l. falcid. vbi recitat omnes opiniones, & tandem in casu prædicto, videlicet qn̄ filius est sub conditione grauatus, videtur adhærere opinioni Canonistarū, quæ vt ipse dicit, communiter seruantur, & idem Alex. in l. cohæredi s. cum filium ff. de vulg. & pupill. pro qua opinione consuluit idem Alex. consil. 43. incip. attenta, & considerata 2. vol. & idem Alex. consil. 142. incip. circa primam dubitationem 6. col. vers. idem tenet Bar. eod. volum. & notabiliter Ludou. consil. 183. incip. pro decis. quæsitorū, & in specie. decisio 5. consil. 376. incip. Nardus de Isopo in fine, vbi multa consilia allegantur, vide et Bal.

Bal. cons. 103. incip. in dicto testamēto fit filiatum 4 vol. & eundem cons. ro 1. incip. super primo quēsito codem vol. & ita consulo.

*ADDITIO N E S.*

**A**D numerum tertium, quartum, & quintum, addo quod ultra allegata per meū Augm hic, Affl. decis. 367. disputat articulam si substitutio compendiosa facta per verbū commune sit fideicommissaria omni tempore, vel tempore pupillaris etatis directa, post verò obliqua matre existente in medio, quod dubium est contouersum inter Doctores; sed fuit iudicatum pro matre, & ut derrahat duas quartas, legitimā scilicet, & Trebellianicam, videto ibi Vr. qui multa cumulat.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

*S U M M A R I V M.*

- 1 *Possessor, qui possedit alieno nomine, si fuerit spoliatus potest agere ad recuperandum possessionem.*
- 2 *Et incontinenti etiam propria auctoritate.*
- 3 *Quando dicitur posse spoliatum recuperare incontinenti suam possessionem, & n. 4.*
- 4 *Eo ipso dicitur probatum spolium, probata antiquiori possessione.*

*ALLEGATIO 10.*

**I**N materia spolij, qualiter succurratur spoliato.

**N** causa Dñi Vincentij de Sectis de Ciuitate Salerni super restitutio ne possessionis Ecclesie seu Abbatia Sæctæ Mariæ de Olearia Amalfitanæ Diecclis.

1 Puto considerandum, quod quamvis d. D. Vincentius possederit ecclesiam prædictam nomine Cameræ Apostolicæ, & successivè Reuerendissimi Cardinalis Rodulphi, qui de ecclesia prædicta fuerat prouisus; Attamen D. Vincentius ipse fuit spoliatus possessione dictæ ecclesiæ, quo casu licet alieno nomine posse derit, ipse idem potest agere ad recuperandam possessionem prædictam, ita est tex. not. & lib. hoc notat glo. & Doct. in l. 1. C. si per vim, vel alio modo, vbi procurator, amicus, seruus, vel quilibet alius possidens alieno nomine si spoliatur possessione, ipse idem absq; alio mandato potest ad recuperandam possessionem prædictam agere, facit tex. in fine C. de prætor. pign. in l. fin. ius autem recuperandi possessionem amissam com. petit spoliato incontinenti, & ita potest etiam propria auctoritate recuperare probat tex. in l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arm. notat Bar. in l. 1. Etat. pen. ff. si certa & in l. 1. 2. C. unde vi. istud autem incontinenti in casu de quo agitur puto debere intelligi eum primum facultas se obtulit spoliato illam recuperandi, ita punctualiter not. Bal. in l. fi. C. de his qui à non dño manum. dicens quod spoliatus sciens rem suam ab alio possidebit, licet amittat ciuilem, etiam suspicendo se posse repellendi, tamen ius recuperandi possessionem propria auctoritate non amittit, si tale fuit negotium quod non potuit in breui expediti, allegat Hugo. in sua antiqua glo. in c. ius naturale 1. distinct. qui dixit quod est licitam recuperare possessionem quandocunq; se facultas obtulerit, etiam post decennium secundum ipsum & dictum sequitur lo. de Imol. in l. 1. 2. qui præsens ff. de verb. obli. & notat expresse Bart. in d. l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arm. dicens, quod spoliatus potest incontinenti possessionem recuperare, quod intelligitur cù primum potuerit secundum ipsum; allegat tex. in l. 3. §. confessim ff. ad Ter-

F

tull.

tull. & alia, de quibus per eum, & est  
gl. not. in c. olim ei primo in ver. cum  
statim exera de rostit. spoliat. & ibi  
pilene Dominus Abbas.

Cum igitur in casu nostro de ante-  
riori + possessione d. D. Vincentij ap-  
pareat per testes partis aduersae, &  
seghantur per Dominum Pyrrum de-  
petijs ac etiam de spolio iphius Domi-  
ni Vincentij appareat per eundem te-  
stes pro parte aduersa deponentes,  
& etiam quia de praesenti possessio re-  
peritur pñnes aduersarium, quo casu-  
re ipsa est probatum spolium iuxta  
verbum Bal. in l. fin. C. si à non com-  
pet. iud. Puto propterea consideran-  
dum, quod spoliatus in loco beneficij  
erat potens, & suffultus favore Vi-  
ceducis illius loci, & iste Iduena, & in-  
cognitus in loco, & ideo non potuit  
sine alio præparamento, & comitua-  
sic de facili, & brevi tempore redire  
ad possessionem ipsam recuperandam;  
Quibus attentis satis secundum arbitri-  
um cuiuslibet recte iudicari pote-  
rit tunc continent possesso recupe-  
rata, etiam quod sunt elapsis tres, vel  
quatuor anni iux. nota. per Bal. in l. 2.  
C. de edict. divi, qui dixit quod hoc  
scilicet quando dicatur fieri aliquid  
incontinenti committitur iudicis ar-  
bitrio, considerata qualitate negotij,  
& alijs circumstantijs, ut ibi; In actis  
autem apparet per scripturas: quod  
d. D. Vincentius eandem possessionem  
recuperauit auctoritate prouisionum  
Illustrissimi Domini Proregis, in quo-  
rum expeditione, & sigillatione im-  
peditus per partem aduersam se oppo-  
neatē diu laborauit, taliter quod  
non sic brevi tempore potuit redire,  
sed ipsis prouisionibus obtentis cum  
primum potuit reversus est ad posse-  
sionem recuperandam, & ideo satis  
dici potest incontinenti per supradic-  
ta, ex quibus puto, quod debet pro-  
uideri, quod ipse Dominus Vincen-  
tius conseruetur in dicta possessione  
iuste recuperata.

## ADDITIONES.

**A**d numerum quartum. Quod spoliatus  
satis dicitur esse probatum, probata an-  
tiquiori possessione ex parte spoliati; VI-  
tra adducta hic per mecum Autem vide Bal.  
in l. 3. vlt. col. C. si à non competente iudi-  
ce allegat. Lsi coloni C. de agricultis, & cen-  
sibus. lib. 10. Soccon. in l. remque nobis  
quæstione septima ff. do. acquir. poss. Ripa  
in c. cum Ecclesia Sutrimanum. 52. exora-  
de causa poss. & proprietatis, & viuill. ad-  
decis. Afl. 329.

Ad illud autem quod dicit abbas num.  
2. quod spoliatus possit propria autorita-  
te recuperare suam possessionem inconti-  
nenti, quod intelligitur cum primis fa-  
cultas, le obtulerit recuperando etiam si  
per decem annos sletetur secundum Hegon-  
em hic allegatum vide Vigili. ad Afl. de-  
cis. 289. in fine, & decis. 327. num. 3.

Abbas Hier. de Mauro.

## SUMMARY.

- 1 *Insignia, seu descriptiones in  
marmore, vel lapide, vel parie-  
te non probant Dominium il-  
lius, cuius sunt insignia, seu de-  
scriptiones, etiam si essent in fa-  
cto antiquo;* & num. 4.
- 2 *Insignia in rebus alienis impo-  
sita absque Domini voluntate,  
vel iudicis auctoritate possunt  
propria auctoritate delexi.*
- 3 *Via vicinalis qua dicatur? &  
qua via publica? & quando  
via vicinalis habeatur loco  
via publica?*
- 4 *Scriptura in monumētis, etiam  
antique an probent?*
- 5 *Et an per literas descriptas in  
marmore, probetur ius patro-  
natū antiquum.*

## ALLEGATIO II.

**A**N Ius patronatus probetur per insignia, vel descriptio-nes in marmore.



**N** causa Magnifici Ioannis Francisci Caraphe cum Mag. Branca-  
cio de Brancacis su-  
per demolitione cuius-  
dam parietis coniun-  
cti cum dominibus dicti

Ioannis Francisci, dico, ipsum Magn. Joannem Franciscum non posse impe-  
diri in demolitione d. parietis, nō ob-  
stante quod in eo sint depicta insignia  
Dñorum de Brancacis. Insignia enim,  
seu descriptiones in marmore, vel la-  
pide, vel pariete non probant domi-  
niū illius, cuius sunt insignia, vel de-  
scriptiones, etiam si essemus in facto  
antiquo, ita probat tex. in l. monu-  
mentorum † C. de relig. & sump. fun.  
per quem tex. ita tenuit Fely. in c. cum  
causam 3. col. ex. de prob. sentit Bart.  
in l. prima ff. de bonorum poss. secun-  
dum tab. & quod signa non probent  
dominiū rei, vbi sunt apposita, tenet  
in specie Ioannes de Plat. in l. stigma-  
ta C. de fabricen. lib. 1. licet talia  
signa faciant aliquod admiculū: pro-  
bationē tamen non inducunt, vt in  
locis supradictis, ideo talia insignia †  
rebus alienis imposta absq; Dñi vo-  
luntate, vel iudicis authoritate pos-  
sunt propria authoritate deleri, vel  
inde eleuari. tex. est formalis in l. 1.  
& 2. C. vt nemini lic. sine iud. author.  
sign. impon. & ibi per omnes Docto.  
faciunt dicta in decis. 5. cons. Afl. 23.  
versi. nam & multis modis procedunt  
probata possessione per illum, cuius  
sunt signa in illa re, vbi sunt descripta;  
quod in casu nostro non appetet.

Insuper puto considerandum, quod  
dictus paries est constructus supra  
guandam viam, vbi sunt domus mul-  
torum nobilium, nec aliter appetet,

quod via prædicta sit facta ex con-  
tributione vicinorum, ita quod pos-  
sit dici proprie vicinalis, sed est talis,  
quod quilibet potest eam ingredi, &  
inde exire, & ideo habetur loco viæ  
publicæ, † ita Bar. in l. 1. ff. de locis  
itine. publ. immo quia incipit à via  
publica, licet ducat ad priuata bo-  
na, dicitur publica, probat tex. for.  
in l. 1. §. priuat. ff. ne quid in loco pu-  
blico. Quia ergo paries, de quo agitur  
impedit usum dictæ viæ, ex quo ip-  
sius prætextu currus ibi ingredi, &  
inde exire non potest, iuxta tex. for-  
malē in l. ædiles §. conseruantur  
ff. de via publ. Dato quod dictus pa-  
ries esset edificatus in loco proprio  
dicti Domini Brancacij, posset destrui  
vel agi interdicto, ne quid in loco pu-  
blico, vt demoliatur. ita Bar. in l. pri-  
ma §. si quis in suo ff. ne quid in loco  
publico. Tanto magis in casu nostro,  
quod dictus paries non est dicti Do-  
mini Brancacij, nec in eius solo con-  
structus, nec aliter sua interest, quod  
demoliatur, maxime quia omnes no-  
biles de domo Brancacij contenga-  
tur, quod demoliatur; ideo non est d.  
Dñus Brancacius modo aliquo audiē-  
dus in tali contradictione, de quo  
non est modo aliquo dubitandum, &  
ita consulto.

4. Et de istis scripturis † monumen-  
torum vide Bar. in l. vel quid ff. de re-  
lig. & sump. fune, & de scripturis istis  
antiquis, vide Hostiae. in summa in-  
tit. de probat. §. fin. vers. nono pro-  
batur, & Bar. in l. 1. in princ. ff. de bo-  
nor. possess. secundum tab. Abb. &  
Fely. in cap. cum causam extra de  
probatur. Vtrum autem per literas de-  
scriptas † in marmore probetur Ius  
patronatus antiquum, vide Dec. cons.  
131. primo vol. col. prima, vers. hoc  
etiam videtur probari, qui tenet, quod  
sic, & vide Capyc. decis. 27 in decimo  
dubio col. pen. & incip. dicta decis. in  
causa Reuerendi Prioris Barenſis.

## ADDITIONES.

**V**era scripta per meum Auum hie numero primo, & per totam allegationem. Addo quod ista insignia, scilicet signa magnam habent presumptionem ad probandum dominium, per extum in l. 3 C. de fabricenibus lib. 10. & ibi Bar. tradit Paris. de puto in suo tract. de Sindic. in verbo probatio num. 2. & probatur ex textu in c. si Index laicus s. & si notorium vers. ex stigma te consuet. de sententia excom. in 6. hinc Bald. in auth. dos data C. de donat. ante noct. per illum tex. dixit, quod ex insignis oppositis in ballis cognoscuntur balli cuius mercatoris sint, sequitur Philip. Franc. ip. d. s. & si notorium in ult. notabili plura. Ias. in l. si mora col. 4. vers. 2. num. 12. s. solut. matr. Negusant. in tract. de pignor. in secunda part. tertio membro quintu partis principalis num. 14. Ias. cons. 170. col. 3. vers. consideratur vol. 2. Ripa in l. 1. nn. 74. ss. si cert. pet. & Senatus Pedamontanus decis. 49. numer. 1. 2. & 3. Aliqua per Cassian. in consuetud. burgund. rubrica prima s. 8. in verbo quando le signe nn. 1. latissime. Stracca in tractatu de mercatura parte secunda num. 73. cum pluribus seq. qui num. 80. tenet contra communem opinionem, quod non probatur dominium. Vide Rotar. Ianuensem decis. 201. Menoch. de presumt. lib. 3. presumpt. 64. Mandard. de probat. parte prima conclus. 55 1. Abb. 10. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

1. **Donatio omnium bonorum quando valeat?**
2. **Præcarium vim vere traditio nis operatur.**
3. **Per præcarium in contractu donationis appositorum res donata videtur tradita, etiam secundum consuetudinem Neapolis.**
4. **Lex quæ aliquid prouidet contra Ius commune non extenditur nisi quatenus in ipsa exprimatur.**
5. **In generali obligatione non**

- veniunt bona aliena, vel alijs quæsita.
6. **Donatio quando dicatur simula ta, vel facta in fraudem, e.g. num. 7. 8. 9. 10.**
  7. **Ex breuitate temporis inter alienationem, e.g. debitum contra dictum, præsumitur in fraudem creditorum facta alienatio.**
  8. **Futuri creditores non possunt reuocare alienata per prius per debitorem, nisi probetur tale alienationem fuisse in fraudem factam.**
  9. **Fictio, e.g. simulatio non præsumitur, nisi appareat causa, propter quam talis fictio, vel simulatio, aut contractus factus sit.**
  10. **Quid si donatarius præcarium non reuocauit, e.g. donator stetit in possessione dum vixit?**
  11. **Si heres in Inuentario apposuit bona sibi donata, an sibi præiudicet? quid in tute.**
  12. **Confessio facta per minorem absque Curatoris autoritate in Inuentario, non præiudicat.**
  13. **Donare est perdere.**
  14. **Repudiatio hereditatis facta à minore, sine Curatoris autoritate, non nocet.**
  15. **Per confectionem inuentarij, inducitur aditio hereditatis.**
  16. **Minor non potest adire hereditatem, sine tutoris, vel curatoris autoritate, etiam si hereditas**

- ditas esset lucrosa.*
- 17 *Standum est Instrumento, alio non apparente in contrarium defimulatione.*
- 18 *Mulier quæ renunciauit sua hypothece, non potest amplius ad eam redire, super bonis renunciatis.*

## ALLEGATIO II.

**D**onatio quando præsumitur simulata, vel facta in fraudem,



N causa Magnificorū Marcelli Siripanai, & Aloysij Capicij conuentorum, ac Magnifice Julii Cicinelli, agentis super iure assistendi in bonis in processu deductis, tanquam hereditarijs quondam Antonij Mariæ Siripanai, primi viri dictæ Magnifice agentis pro ductis quatuor mille virtute prætensi Instrumenti dotalis, ac constitutionis antefati, & alijs, ut ex processu, & actis latius habetur.

Substinento partes conuentorum dico, assistentiam petitam non esse præstidam in bonis in d. processu deductis tanquam non hypothecatis prædictæ agenti, stante quod dicta bona tempore dictæ hypothecæ non erant d. quondam Antonij Mariæ, sed ipsorum conuentorum, virtute donationis omnium bonorum factæ ipsiis conuentis per d. quondam Antonium Mariam, apparente instrumento d. donationis in actis dictæ cause producto, quæ donatio & licet sit omnium bonorum, de iure tenet, & valet iuxta sex. in l. omnes s. Iulius ff. quæ in frau. cred. tex. in l. si quis argentum s. sed & si quis, & ibi Bal. C. de donat.

glos. in l. i. C. quæ res pignor. oblig. possunt notant Doct. maxime Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta s. de verb. oblig. & per Doct. in l. fin. C. de pact.

Sicq; stante donatione prædicta, & ipsorum bonorum traditione inducta per præcarium in d. instrumento appositorum, quod præcarium vim vere traditionis operatur, ita & quod per ipsum vera possessio acquiritur iuxta tex. in l. certe, vers. si procurator s. præcar, per quem tex. ita tenuit Alex. in l. quod meo i. not. ff. de acqui. poss. & Bar. in l. abemptione s. de pact. & ibi hoc notat glos. not. Salyc. & Ang. in l. traditionibus C. de pact. Ang. in l. quamvis s. de acqui. possess. la. ip l. quotiens in s. limitatione illius legi C. de rei vendic. sequitur, quod dominium ipsorum bonorum fuit acquisitum ipsis agentibus à tempore dictæ traditionis, iuxta tex. in l. traditionibus C. de pact. & in specie hoc tenuit Neapod. in terminis consuetudinis requirentis traditionem possessio rei donatæ, vel venditæ infra annum in consuet. de contrahenda emptione incipiente venditionis contractus in glos. incipiente infra annum, qui tenet & quod per præcarium in contractu donationis appositorum, res donata videtur tradita, ita quod per illud consuetudini prædictæ videtur satisfactum, & licet idem Neapod. in alia consuet. incip. instrumenta donationum videatur tenere contrarium, tamen ipsem Neapod. in eadem consuetudine in glos. sequenti, corrigit se, & in fine d. glos. ponit ista verba sed verius videtur, quod sufficiat traditio facta, vbi est causa vera apta ad transferendum dominium ut dixi infra de contrah. empt. l. i. & firmat præcedentem opinionem, quæ precedens opinio videtur verior de iure ex quo consuetudo prædicta disponens, quod emptor, vel donatarius infra annum possit ad rei traditionem agere, ita quod anno clauso via ageodi ad re

ff.

fit præclusa, & contractus donatio-  
nis, vel emptionis simulatus censem-  
tur, est correctoria iuris, ex quo actio  
ad rem venditam, vel donatam tra-  
dendam, cum sit personalis de iure  
communi durat spacio 30. annorum l.  
1. C. de constit. pec. l. sicut C. de pres-  
cript. 30.an.instit. de perp. & tempo.  
act.in princ. Confuetudo ergo, que ar-  
etat tempus dictæ actionis corrigen-  
do in hoc ius commune, non debet  
extendi ad casum, quo res donata in-  
fra annum esset tradita per præcarisi  
in instrumento appositorum, ita quod  
alia actualis traditio requiratur, ex  
quo lex & prouidens aliquid contra  
ius cōmūne non extenditur, nisi qua-  
tenus in ipsa exprimatur, l. si vero s.  
de viro ff. solut. matt. l. præcipimus  
in fin. C. de appell. l. quod vero l. ius  
singulare ff. de legi. notant Doct. ma-  
xime Bar. in auth. quas actiones C. de  
sacro sanct. eccl. Sequitur ergo ex præ-  
dictis, quod virtute dictæ donationis,  
& traditionis inductæ per præcarium,  
dominium bonorum prædictorum fuit  
acquisitum ipsis conuentis, & sic tem-  
pore prædictæ hypothecæ bona præ-  
dicta erant aliena, & in generali obli-  
gatione & non veniunt. Ita probat tex.  
in l. si probaueris. quæ est lex 2. C. si  
ali. res pign. dat. sit. bonus tex. in l. 2.  
C. commun. diuid. tex. in l. si fratri C.  
commun. vtri. iud. tex. in l. qui filios in  
fine C. quæ res pignor. oblig. possunt,  
& est bonus tex. in l. I. C. si communis  
res pigno. dat. sit.

6 Nec assertæ conjecturæ & in proces-  
su deductæ, videlicet quod ipse quon-  
dam Antonius Maria post donationem  
prædictam possedit dicta bona, & de  
eis disposuit, reddunt, vel probant  
contractum simulatum, vel factum in  
fraudem ipsius agentis, ex quo dicta  
donatio fuit facta per multos annos  
ante matrimonium contractum cum  
ipsa agente, quo casu stante longitudi-  
ne temporis inter tēpus donationis,  
& tempus dotarij constituti, & hypo-  
thecæ contractæ donatio nō præsumi-

tur simulata, ita tenuit Bar. in l. post  
contractū in s. cōiectura simulationis  
ff. de donat. qui ad hoc allegat tex. in  
l. si ventri s. fin. ff. de priuile. credit. & in  
l. sed Julianus s. si filium ff. ad maced.  
7 vbi & ex breuitate temporis inter ali-  
nationem, & debitum contractum  
præsumitur in fraudem creditorum  
facta alienatio, secus quando ex inter-  
vallo; quod etiā tenuit Petrus de An-  
ch. cons. 159. & sic stante donatione  
per prius facta, ipsa agens non potest  
reuocare d. donationem pér præmis fa-  
ctam: iuxta tex. in l. I. C. de iure fisci  
lib. 10. maxime aliter non appareat,  
donationem prædictam fuisse factam  
in fraudem ipsius agentis, iuxta nota  
per Bar. in l. ait prætor s. ita debet  
ff. quæ in fraud. credit & viderur de-  
mente Bar. & aliorum in auth. Sed  
iam necesse C. de donat. ante nupt. &  
in specie hoc tenet Salye. in d. agric.  
8 sed iam necesse, qui dicit, & quod futuri  
creditoris non possunt renocare alie-  
nata per prius per debitorem, nisi al-  
ter probant, talem alienationem fuis-  
se in fraudem factam.  
9 Et ad hoc accedit, nam fictio & si-  
mulatio non præsumitur, nisi appa-  
reat causa propter quam talis fictio;  
vel simulatio, aut contractus factus  
sit. Ita probat tex. in l. si mulierem in  
princ. ff. rerum amotarum, & in l. sed  
si mariti s. fin. ff. qui, & à quibus bonus  
est tex. in cap. fin. de renunc. lib. 6. de  
qua causa cum nihil appareat in casu  
nostro, merito de simulatione dicti  
contractus non est loquendum.  
Et licet asseratur, quod d. quondam  
Antonius Maria post dictam donatio-  
nem possederit bona donata, & exi-  
gendo introitus bonorum, & de eis  
disponendo, & propterea arguatur  
contractus simulatus iuxta tex. in l. si  
cuit s. superuacuum ff. quib. mod. pign.  
vel hypo. sol. attamen ille tex. proce-  
dit, vbi cum possessione concurrit ali-  
qua probatio simulationis, vel aliter  
esset probata causa, propter quam co-  
tractus diceretur simulatus, vel simu-  
late

Iuste celebratus, alias autem ex possesso donantis alio non apparente nō non præsumitur contractus simulatus ita expresse tenuit Bar. in cons. 65. incip. Petrus Nicolæ in fin. col. & idem in specie tenuit Bal. in l. illud pen. col. vers. Se primo quæro C. de sacro sauc. ecclæ. & in specie hoc tenet L. dou. consl. 246. incip. clarissime assertor concludens, quod vbi de simulatione contractus non apparent alias præsumptiones, nisi possessio donantis post: a retenta clausula præcarij in instrumento apposita excludit præsumptionem simulationis, & ad hoc accedat, nam d. Magni Marcellus tā tempore donationis quam post usq; modo fuit, & est minor constitutus sub cura & regimine d. Antonij Marie, quo casu stante minori ætate ipsius Marelli possessio dicti Antonij Marie non reddit, vel probat d. contractum simulatum, ita in specie tenuit Bar. in d. l. sicut S. super vacuantibus finem ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. & Bart. in d. l. post contractum 3. col. vers. sed quanto tempore.

Et quamvis post mortem d. Antonij Marie ipse magnificus Marcellus adeundo hæreditatem d. Antonij Marie, apposuerit in inventario, q; confessit bona donata, tāquam hæreditaria ipsius Antonij Marie, tamē per hoc non est sibi præiudicatum, ita quod propterea bona ipsa, quæ per prius per instrumentum apparent donata fuisse ipsi Marcello sint effecta hæreditaria, per ea quæ notanter tenuit Bal. in l. l. S. item solent ff. de officiis præf. verb. qui dicit, quod contra confessionem hæredis factam in inventario, in quo apposuit bona aliena, admittitur probatio, ex quo talis confessio hæredis non fit ad obligandum secundum eum, secus est in inventario tutoris, cuius confessio tanquam facta ad obligandum sibi præiudicat, vt contra eam non admittatur probatio iux. tex. in l. fin. C. arb. tute. Adde Bald. in consl. 308. Incip. vtrum possit dare curator, 1. vol. 1. col. Qui dixit, quod si tutor apponit rem suam in inventario bonorum pupilli si possesta constat ipsam esse ipsius tutoris non perdit eam, allegat hoc tenere lac. de Aret. in d. l. fin. C. arb. tunc maxi-

maxime favore pupilli secundum Bal. vbi supra idem expresse tenuit Specul. in tit. de instrum. adic. l. fin. vers. quid si haeres dicens quod haeredi, qui scripsit aliqua bona in inventario tam quam haereditaria comperto, ipsa non esse haereditaria succurritur beneficio restitutionis ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua in l. 1. ff. ex quib. caus. maior, ita quod potest bona ipsa remouere ab inventario, idem expresse tenuit Imo. & Ang. in l. 1. l. h. haec stipulatio pen. & fin. col. ff. si cui plusquam per l. fal. & licet Ang. ibi sentiat, quod vbi haeres apponit bona propria in inventario sibi praedicit, & videtur propterea dicta bona donare, attamen illud non habet locum in minore, prout est. & erat ipse Magnificus Marcellus. Tum quia 12. + confessio ipsius in d. Inventario facta, in qua dicit bona praedicta esse hereditaria contra formam dicti instrumenti donationis absq; Curatoris auctoritate, & penes acta Magnae Curiae, ac in Iudicio, vbi inventarii praedictum factum fuit, sibi non praedi- cat, iuxta not. per Bal. in l. clarum C. de auct. prest. & not. Bar. in l. fin. l. pupillus ff. de verb. oblig. & Saly. in l. 1. C. de confess. Tum etiam quia donatio est alienatio, imo dicit lex quod 13. donare + est perdere l. filius familias in princ. ff. de donat. bonus tex. in l. contra iuris l. si filius ff. de pact. l. prohibere l. plane ff. quod vi aut clam l. 1. in princ. ff. quae res pign. obligari possunt, quae donatio, aut refutatio bonorum donatorum, est minoribus interdicta, absq; tutoris, vel curatoris auctoritate, ita est tex. in l. magis 14. putto l. fundum autem ff. de reb. eorum, vbi probatur quod + minor non potest repudiare fundum sibi legatum absq; tutoris auctoritate, ex quo talis repudiatione, est alienatio, vt ibi probatur, idem, & melius probat tex. in l. pupillorum C. de repud. haered. vbi repudiatione haereditatis delatae pupillo ab ipso facta absq; tutoris auctorita-

tate ei nihil nocet, facit bonus tex. in l. 2. C. de author. præt. vbi minor non potest remittere actiones sine tutoris authoritate, quia ergo d. Magn. Marcellus inventarium praedictum confecit existens minor, & absq; curatoris alicuius authoritate, bona praedicta apposuit in inventario tamquam haereditaria d. Antonij Mariæ, quæ donerant talis confessio in d. inventario facta sibi non praedicit.

Fortificantur praedicta haec per con-  
15 fectionem inventarij, + quod quis facit vt haeres inducitur aditio haereditatis, ita tenuit Alex. Saly. & ceteri in l. fin. l. si autem hoc in princ. ff. de iur. delib. tenuit Cy. in l. si vero postquam eadem l. fin. qui fortius tenuit quod per simplicem constructionem inventarij, licet non appareat factum fuisse animo adeundi, inducitur aditio haereditatis, quod ultimum pro-  
16 nunc non firmo, + sed minor non potest adire haereditatem absq; tutoris, vel curatoris auctoritate, etiam si haereditas esset lucrosa, ita probat tex. iuncta glosa in l. potuit in glo. mag. dum dicit non alias C. de iure delib. pro quo est tex. formalis in l. neq; tamen instit. de auct. tut. not. Bal. in l. quod favore in 3. opposit. C. de legib. tenet Bal. in d. l. potuit in secunda quæst. & Bar. in l. impuberi ff. de tut. & curat. dat. ab his. Imo. in l. restituta l. fin. ff. ad trebell. sicq; cum d. Marcellus Inventarium praedictum confecerit animo adeundi haereditatem, vt ex eo appareret, & in d. Inventario nulla appareat curatoris auctoritas d. aditio, & inventarium redditur nulla, & nullum, & ipsi minor non praedicauit per supradicta.

Et quia de assertis simulationibus allegatis nihil apparent, nec aliter causa propter quam allegatur fuisse constructum instrumentum simulate appa-  
17 ret verificata, ideo + standum est instrumento d. donationis, alio non apparente in contrarium vulg. l. cum praecibus C. de probat. l. si scriptum cod.

cod. tit. l. si post diuisionem C. de iuriis. & fact. ignor.

Confirmantur prædicta, nam post donationem prædictam, d. Marcellus donauit eidem Antonio Mariæ omnia eius bona, in quibus includebantur bona eidem Marcello per prius donata, & demum ipse Antonius Maria eidem Marcello redonauit per aliud instrumentum omnia prædicta bona ipsi Marcello, cui ultimæ donationi ipsa Magnifica Actrix consensit renunciando hypotecæ sibi cōpetenti in bonis prædictis, qua renunciatione sic stan-

18<sup>te</sup>, † non potest ipsa iure hypotecæ dicta bona petere, ita probat tex. in l. fin. C. de remiss. pign. & in l. 2. cod. tit. facit tex. in leg. si tibi decem ſ. de pignore ff. de paſt. bonus eſt tex. in l. maior C. de pign. Ex quibus puto Magnificam Agentem ab aſſtentia, & adiudicatione petita debere repelli, & ipſos conuentos abſolui, faluo tamen iudicio S. Cōſ. & Magnifici Cōmiffarij.

#### A D D I T I O N E S.

**A**D numerum primum. Donatio omnium bonorum quod nou valeat, & quando valeat, ultra traditahic per meum Auum, vide Curt. Iun. conf. 15. col. 3. vers. ſecundo principaliter. Vicent. de Franch. decis. 318. num. 6. & decis. 168. num. 1. a. cū pluribus ſequentibſ numeris, & dec. 594. per tam, in quibus locis omnia habes.

Abb. Io. Hirr. de Mauro.

#### S U M M A R I V M.


- 1 *An collatio de beneficio facta alicui existenti in apostasia, quia exiuerat de Religione, fit valida?*
- 2 *Quando constat de notorio defectu iuris in beneficialibus, non habet locum possessorium recuperande.*
- 3 *Quando prima collatio est nulla, potest beneficium de nouo*

conferri abſq; eo quod declaretur prima collatio nulla.

4 *Regula Cancellarie de triennali poffeffore non habet locum in intruso, & quis dicatur intrufus.*

#### ALLEGATIO 13.

**C**ollatio facta existenti in apostasia non tenet.



**N** causa Dñi Archangeli de Ritijs cum quodam fratre, & cum Consales Orticz ſuper canonicatu ecclie Lucerne, dico, quod difficultas, vtrum per Apostasiam dicti fratris, vacauerit Canonicatus prædictus non conuenit in materia de qua agitur, nam ipſe frater præſupponit, quod poſtquam ipſe exiuit à religione ſuit ſibi collatus Canonicatus, & ſic diſcutiendum eſt, vtrum talis collatio † facta eo exiſtente apostata fuerit legitima, & valuerit, vel ne, & in hoc prius præſuppoſito, quod dictus frater tam tempore dictæ aſſertæ collationis, quam modo dici debet vere apostata, nam ut dicit Innoc. in cap. intelleximus extra de æta. & quali. ille dicitur vere apostata inobedientia, & irregularitatis qui recedit à religione inconfuſto ſuo superiori propria temeritate, & ad ſeculum redierit, & idem ſentit Innocen. in cap. fin. de renunc. & ſequitur Abb. in cap. 1. extra de apost. qui etiam dicit quod exiens à religione propria temeritate abſq; superioris licentia, ſi retinuit habitum dicendus eſt apostata, ita quod diſceſſio temeraria ut ſe ab obedientia Abbatis, & aliorum remoueret facit quem apostatam ex quo venit contra vnum ex tribus ſubſtantialibus. ſ. contra bonum obedientia contra c. 1. de statu

statu regul. secūdū Abb. in d. c. 1. in gl.  
1. de apost. In casu. n. nostro dictus fra-  
ter fuit monachus professus, & tanquam  
professus exercuerat p̄ multos annos  
officiū Prioris, & Predicatoris, q̄ offi-  
cia nō possūt exerceri, nisi à professis,  
vt fuit plures p̄batū, & dū ab eodem  
peteretur computus administrationis  
recessit p̄pria temeritate à religione,  
& recessit ad seculū dimisso habitu reli-  
gionis, quæ oīa faciunt quē apostata,  
vt dicit Io. Andr. in reg. fin. quæ inci-  
pit certum, de reg. iur. in 6. & in cap.  
Deus qui extra de vit. & honest. cleri,  
et aliter quod dictus frater non potest  
inficiare, quod non sit apostata.

Stante ergo dimissione habitus, &  
egressu dicti fratris à religione, fuit  
propterea ipso iure excōmunicatus,  
ita est formalis tex. in cap. vt periculosa,  
& ibi glos. in verbo ipso facta, ne cle-  
rici vel monaci in 6. & ibi per Doct.  
notat Archid. in cap. Abbates fin. col.  
vers. ego consentio 18. q̄ 2. constat  
autem quod excommunicato non po-  
test beneficium conferri, & facta col-  
latio non tenet, ita est tex. in cap. po-  
stulantis extra de cleric. excommu-  
nic. ministr. & ibi per Doctor.

Et ad hoc optime deseruit, q̄ dictus frater qui propria temeritate re-  
cessit à monasterio remāserit monacus,  
& tanquam monacus p̄t ipsius Prior  
vel Abbas eum vendicare cum omni-  
bus bonis per eum acquisitis etiā post  
discessum à monastetio; ita est formali-  
s tex. & ibi per Doct. maxime Abbas  
& ceteros in c. fin. extra de regular. &  
bonus, & formalis tex. in c. Abbates,  
& ibi per Doct. 18. quæst. 2. & notat  
expresse Abbas in c. quod à te colum.  
fin. vers. aut inde egreditur, & vers. ex  
quo nota extra de clericis coniungat,  
cum ergo dictus frater post discessum  
à monasterio remāserit monacus per  
supradicta, non est dubitandum quod  
ipse non potuit acquirere canonicatu  
in ecclesia seculari, ita tenuit glos. no-  
tab. in c. quorundam in verbo Siracu-  
fano 74. distinct. notat expresse Abb.

in c. quod super eo vers. oppono con-  
tra tex. extra de regul. qui etiam dicit,  
quod monacus non potest obtainere  
etiam beneficia simplicia in ecclesia  
seculari etiam dispensatiue, notat ex-  
presse Abbas in c. quod Dei col. 2. in  
glo. in verbo regimen extra de statu  
monacorum. Et quia per probationes  
factas pro parte dicti Consales contra  
dictum fratrem apparet de ipsis apo-  
stasia, & consequenter de eius inhabi-  
litate obtainēdi dictum Canonicatum  
apparet propterea de notorio defectu  
ipsius in proprietate, quæ exceptio le-  
gitime, opponi potest contra ipsum  
fratrem agente possessorio recuperan-  
de & ita probat formalis tex. in c. ad  
decimas de restit. spoliat. in 6. tener  
expresse Abbas in c. in litteris penul.  
& final. col. vers. sed quæro, & vers. &  
ideo dicunt Domini de Rota extra de  
restit. spoliat. qui tener, quod vbi per  
probationes admissas in iudicio cōstat  
de defectu, & non iure agentis posses-  
sorio recuperande in beneficialibus,  
talis exceptio defectus iuris impedit  
agentem, & eidem agenti possessorio  
recuperande obstat, ne detur vitiosus  
accessus ad beneficia, & sic materia  
peccandi, allegat cap. dudum il secon-  
do de elect. & hoc siue talis exceptio  
fundet intentionem agentis, siue non,  
quia non debet fieri restitutio cum  
peccato secūdum ipsum idem, in spe-  
cie tenuit idem Abbas in cap. sollicite  
secunda colum. vers. sed ego hoc di-  
ctum Innoc. eodem titul. qui tenuit,  
quod exceptio notoriij defectus pro-  
prietatis in beneficialibus, etiam si nō  
fundat intentionem excipiētis obstat  
agenti possessorio recuperande, alle-  
gat cap. constitutus, & quod ibi notat  
innoc. de filjs præsbit. & cap. quoniam  
eod. tit. & multa alia idem in specie  
tenuit Oldra. conf. 1. col. 2. vers. sic. nec  
privilegium restitutorij, sicq; cum ec-  
clesiastica beneficia possideri nō pos-  
sint sine Canonica institutione, vt in  
reg. prima in 6. & ex deductis in pro-  
cessu non solum non apparet de Ca-  
noni-

monica institutione dicti fratris, imo de notorio, & nullo, ac inualido titulo ipsius, ac de nullo iure eiusdem in proprietate dicti Canonicatus, propterea agens possessorio recuperandæ non solum non est audiendus, imo repellendus per supradicta, nec puto necessarium, q̄ pronuncieatur dictum fratrem esse priuandum dicto canonicatum propter Apostasia, nam postquam dictus Donnus Archangelus egit petitorio petendo declarari Canonicatum ipsum spectare ad eum, sufficit pronunciari in petitorio, & declarari ad quem pertineat canonicatus predictus, postquam Regia Curia quæ habet ius conferendi canonicatus dictæ ecclesiæ Luciferæ habet potestatem in talibus pronunciandi, prout fuit diutius obseruatum, & quia ex predictis apparet t̄ q̄ dictus frater non potuit obtinere dictum Canonicatum, imo tamquam excommunicatum ipso iure collatio sibi facta fuit, & est nulla, sequitur, quod dictus Canonicatus potuit conferri d. Donno Archangelo, absque aliqua pronunciatione, & sententia super priuatione ipsius, ita in individuo tenuit Geminian. in cap. fundamenta 9. quid si secus de elect. in 6. qui per illum extum dixit, quod vbi quis est ipso iure priuatus beneficio potest eligi alius Rector absq; alia pronunciatione sententia super priuatione. sequitur Rochus de Curte in tract. iuris patronat. in verbo honorificum in 54. quæstione vbi allegat; hoc etiam tenuisse Ludo. Rom. conf. 465. incip. in re praesenti in fine, & Fely. in c. ceterum col. penult. in princ. de rescript. ex quibus recte concludi potest quod asserta collatio facta dicto fratri tanquam nulla, non praestat aliquod impedimentum dicto Donno Archangelo.

4 Nec eidem fratri t̄ opitulatur in aliquo regula Cancellariae de triennali possessore, nam illa regula non habet locum in eo qui fuit intrusus id dicto beneficio, vt ex ipsa regula habetur, sed intrusus dicitur ille qui titulum

habet, sed non Canonicum, ita Calde. conf. 13. in titulo de verb. sign. & dicit Abbas in cap. cum iam dudum col. 2. vers. nota quod intrusus extra de præben. quod intrusus dicitur ille qui titulo legitimo non præcedente ingredit se administrationi, etiam si præcessit electio, & multa qualiter dicatur quis intrusus ponit Felyn. in cap. in nostra in secundo correlario vers. quot modis dicatur quis intrusus extra de rescrip. taliter quod dicto fratri Thoma inhabili ad dictum canonicatum, & patienti defectu Apostasia, ex qua non potuit Canonicatus predictus conferri eidem dicta regula in aliquo non prodest.

Ex quibus recte videtur posse concludi, quod tam dictus frater quam dictus Consales nullum ius habuerunt nec habent in dicto Canonicatu immo dictus Donnus Archangelus, cui per Papam fuit Canonicatus ipse collatus debet omnibus predictis preferri, & declarari canonicatum ipsum spectare ad eundem Donnum Archangelum, & ita mihi de iure videtur salutis saniori iudicio excellens causa Comissarij.

#### A D D I T I O N E S.

**A**d numerum primum collatio beneficij facta huic apostatae tanquam excommunicato non teneat. ultra allegata per meum Auum hic, concordat Rota decisi. 40. in antiquis, & Baldus in c. 1. de iudic. & Anr. de Burr. in cap. post electionem ex. de concessione præbendæ.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Ad probandum quod bona sint emphyteotica, requiritur scriptura.*
- 2 *An ex annua prestatione canonis presumatur præcessisse contractum emphyteoticum, ad finem petendi devolutionem.*


- 3 *Is cui fuit solutus census respetuandi per plures annos, intelligitur esse in possessione illius iuris percipiendi, & si fuerit impeditus sibi cōpetit remedium possessoriū ad ipsius restitutionem.*
- 4 *Per solutionem pensionis, seu annui canonis non probatur quod res sit emphyteotica ad finem petendi deuolutionem.*
- 5 *Soluens censum tamquam emphyteota, referendo se ad antiquū contractū emphyteoticum non constituit emphyteosim.*
- 6 *An ex solutione census per quadraginta annos præsumatur cōtractus emphyteoticus processisse?*
- 7 *Qualis apparet solutio, talis præsumitur præcessisse concessio.*
- 8 *Vbi limitatum tempus, vel limitata qualitas, est fundamen tum alicuius intentionis, operet quod illud tempus & illa qualitas deducatur, & probetur specificē, alias agens succubit.*
- 9 *An ex annua præstatione pro certis bonis intelligatur præscriptus contractus, qui magis in loco frequentatur.*
- 10 *Quæ differentia est inter contractum censualēm, & emphyteoticum? & an in dubio præsumatur contractus censualis, vel emphyteoticus?*
- 11 *Non sequitur. Res est reddititia feudo, ergo feudalis.*

12 *Probata consuetudine in loco quæ omnia bona reddititia ecclesiæ fuerunt solita alienari inter viuos, & in ultima voluntate, absq; aliqua requisitione Abbatis, non potest pretendi deuolutio.*

13 *Licet instrumenta sint antiqua, tamen si sunt facta ad simplicem assertionem illius, qui nunc pro illo iure agit, vel suorum prædecessorum, non probant.*

### ALLEGATIO 14.

**A**N ex annua præstatione præsumatur contractus emphyteoticus.



N causa Reuerendi Abbatis de Mōsorio, cum Notario Iacobo Tancreda, & alijs litis consortibus de Castro Casalis Sancti Salvatoris, pertinentiarum Civitatis Telesinæ super petita deuolutionē bonorum in processu deductorum ad ecclesiam Sancti Salvatoris, vel ut præ tensam Dñam ipsorum, ex causis in processu deductis.

Substinento partes dictorum Notarij Iacobi, & sociorum conuentorum puto cōsiderandum, quod cum d. Abbas Agens prætendat bona petita suis se emphyteotica, & d. ecclesiae tanquam prætense dñe aperta, quod ipse agens nullatenus eius intentionem fundauerit. Certum est enim, quod ad demonstrandum bona esse emphyteotica necessario & requiritur scriptura vulg. l. i. ibi scriptura interueniente C. de iur. emphyt. per quem tex. ita tenuit

tenuit Ioannes de Imo. in c. potuit 4. col. extra de loca. quod etiam tenuit glos. in §. adeo in verbo ad locationē instit. loca. & plenius gl. Ioānes Andr. in cap. 1. in verbo in scriptis extra de censibus, & multi alij relati per modernos maxime las. in d. l. 1. 16. col. & sequenti. Quia ergo in processu, non tantum non appetit scriptura de concessionē dictorum bonorum in emphyteusim, imo nihil appetit de dominio ecclesiæ dictorum bonorum, merito auctore non probante rei sunt absoluendi per vulgaria.

Et quamuis d. agēs afferat fuisse solutos quosdam redditus per certos annos sibi tanquam Rectori Ecclesiæ per Dominos, & possessores ipsorum bonorum, & propterea afferat fuisse probatum, eadem bona fuisse emphyteotica per ea, quæ not. Bal. & cæteri maxime las. in l. si certis annis C. de paet. & Bar. in l. cum de in rem verso ff. de vſur. & per Doct. in leg. 2. C. de iure emphyt. Attamen † in casu de quo agitur, ad obtainendam deuolutiō nem dictorum bonorum, puto prædicta non sufficere, per ea quæ notanter tenuit Paul. de Castr. in l. si cui §. sed si queratur 2. col. vers. & per prædicta ff. si seruit. vind. qui dixit, quod si per plures annos aliquis soluit Ecclesiæ aliquid pro re aliqua, tamquam emphyteoticam, & soluens negat rem esse emphyteoticam, Ecclesia debet illud probare in iudicio petitorio, præterquam si soluisset per longum tempus; secus tamen est in iudicio possessorio, vt ibi per eum; & ad hoc optime deseruit illud quod notat Bart. in d. l. cum de in rem vers. 3. col. vers. verum tamen ex prædictis ff. de vſuris, qui dixit quod titulus allegatus ex præstatione, seu patientia diurna, non probatur, vel præsumitur in his, quæ sunt magni præiudicij allegati tex. in l. si nulla C. de rei vendic. secus tamen est, secundum eum, in his quæ sunt modici præiudicij, quod potest intelligi, ubi ageretur iudicio

possessorio, per ea, quæ notat Bal. in l. instar 3. col. C. de iure Fisci lib. 10. qui dixit, quod causæ summariae modici præiudicij, vt est causa momentaneæ possessionis, potest committi notario etiam cum iuramenti receptione, vt ibi per eum maxime quia existens in possessione percipiēdi censū, habet pro d. iure judicium possessoriū per ea, quæ notat Bar. in l. solent §. 1. fin. col. ff. de offic. procon. & leg. qui dixit, quod † is, cui fuit solutus census respectu fundi intelligitur esse in possessione illius iuris percipiendi, & ita dicit debere intelligi. c. quærelam extra de elect. & l. litibus, C. de agri. & censit. Vnde dicit Abb. in d. c. quærelam 3. notab. quod pro pens. solita præstari, annuatim, & nouiter subtracta potest agi iudicio possessorio ad ipsius restitutionem, quod etiam sequitur Philipp. Dec. cons. 136. 2. col. 1. vol. in isto ergo iudicio possessorio operetur illa præstatio census facta pluribus annis, vt bona, pro quibus fuit solutus census, præsumantur emphyteotica ad finem, vt in futurum cogi possit ad soluendum is, qui solitus fuit soluere, non autem ad obtainendum deuolutionem, & sic in iudicio petitorio, quod est magnæ importantiæ per prædicta.

4. Confirmantur prædicta † ex his, quæ dixit Alber. de Rosa in l. 2. 8. col. versic. quid de quæstione à me quæsita per quandam Priorem C. de Iure emphyt. qui dixit, quod quamvis aliquis soluisset annuatim aliquid pro aliqua re, & non appareat, an illa res sit emphyteotica, vel censualis, quod licet is, qui alias soluit, cessaverit à solutione per quodcumq; tempus, non poterit à dicta re expelli, nec ipse propteræ caderet à iure suo, ex quo per d. solutionem non constat ipsum esse emphyteotam, vel Colonum, aut aliter, allegat notata per glos. & ibi Innoc. in a. constitutus ext. de relig. domib. quod etiam firmavit decisio Sancti Consilij 129. quæ incipit Comes

Sancti

**Sancti Angeli** in 2. quæstione. Ultra hic allegata vide omnia Soccin. cōs. 15. incipiente non inutilis, sed necessaria 1. & 2. col. 2. volum. vbi plene de materia, & vide Dec. cons. 146. 2. col. vers. & cum pro tali vinea 1. volu. vbi multa ad hoc, & in princ. constangit aliquid de dicto Alber. in l. 2. de iure emphyt. supra allegato.

Et ad hoc optimè deseruit illud, quod notanter dixit Bal. in l. non idcirco in princ. per illum tex. C. de iur. & fac. igno. qui dixit, quod Abbas qui recepit censum ab aliquo tanquam emphyteota, non intelligitur confiteri eum esse emphyteotam, & similiter

5. † soluens censum tamquam emphyteota, referendo se ad antiquum contractum emphyteoticum, non constituit emphyteusim, quia error in origine appetit, & error in origine constituit errorem in processu, & sic facit deficere consensum secundum eum, & licet glos. in l. 2. in verbo repellere in

6. fine C. de iur. emphyt. dixerit, † q̄ is qui 40. annis possedit fundum, & pro eo soluerit Canonem emphyteoticum, quod præsumatur contra Etum emphyteoticum præcessisse, quod etiam sequitur Ang. Salic. & Alber. & in spetie hoc tener Abb. cons. 74. incipiente dico principalia, &c. in princ. 1. vol. & Ang. in l. qui in aliena vbi per moder. ff. de acqui. hæred. atramen in casu de quo agitur, non appetet aliquid, quod conuenti tenuerint bona tanquam emphyteutica per annos 40. nec quod soluerint aliquid per dictum tempus, tamquam Canonem emphyteuticum, Ideo præsumptio solemnitatis instrumenti emphyteutici, causata ex diuturnitate temporis prædicti secundum Doct. in locis præallegatis cessat in casu nostro, vbi de tēpore solutionis, & recognit. emphyteusis à conuentis facta per dictum tempus aliquid non appetet. Et ad hoc accedat illud, quod notat Bal. in d. l. si certis annis. 3. col. qui dixit, quod vbi allegatur causa sufficiens so-

lutionis, illa præsumitur per longam præstationem, quæ long. præstatio intelligitur per spatium 40. annorum, vt declarant glos. & Doctor. prædicti. Eti, & ideo dixit Bald. ibi, † quod qualis appareret solutio, talis præsumitur præcessisse concessio, allegat tex. in d. l. cum de in rem vers. 1. respo. & ad hoc optimè deseruunt nota. per Bar. in l. non solum s. sciendum ff. de oper. nou. nunc. qui dixit, quod vbi limitatum tempus, vel alia limitata † qualitas est fundamentum intentionis alii cuius, oportet, quod illud tempus, & illa qualitas deducatur, & probetur, specificè, alias agens succumbit, quod etiam tenuit Bald. & Sali. in l. 1. per illum tex. C. an seruus ex suo facto de quod est gl. in c. venerabilibus de sent. excom. in 6. & ad hoc possent multa allegari, quæ referuntur per moder. in d. s. sciendum, quæ breuitatis causa omittuntur. In casu ergo de quo agitur, non est probatum, quod d. solutio fuerit facta per annos 40. aut aliud tempus determinatum, nec q̄ fuerit solutus canon tamquam emphyteoticus, quæ qualitates requiruntur in casu nostro, vt per Doct. in locis præallegatis, propterea agens qui non probauit dictas qualitates necessarias debet succumbere per prædicta. Et 9. quamvis † ex aduerso dicatur, quod stante annua præstatione pro dictis bonis facta intelligitur præscriptus ex d. annua præstatione contractus, qui magis in loco frequentatur, vt not. per Ioannem fabr. in l. 1. 1. col. C. de iure emphyt. qui refert glos. in d. l. 2. C. de iure emphyt. q̄ dictū reassumit Ias. in d. l. 2. car. 17. 2. col. versic. nonno quæro, qui tenet, quod vbi simpliciter est facta solutio pensionis pro aliquibus bonis p̄ quadraginta annos, nec appetet de aliquo contractu præcedenti, quod si in loco frequentatur magis contractus emphyteoticus censetur præscriptus dictus contractus emphyteuticus, & si frequentatur contractus censualis, censetur præscriptus

Scriptus contractus censualis , argumento 1. semper in stipulationis ff. de reg. Iur. & afferatur per ecclesiam , & eius Rectores fuisse frequentatos magis contractus emphyteoticos quam censuales , vt indicant quædam instrumenta concessionum factarū per Rectores ipsius , de bonis Ecclesiæ , & idē etiam deponunt testes ipsius agentis . Attamen prædicta procedunt in bonis ipsius Ecclesiæ cōstituto prius , bona fuisse Ecclesiæ , & pro illis fuisse factam solutionem , & ratio † est secundum prædictos , quia per contractum censualem inducitur alienatio directi , & ut ille dominij iuxta not. per Doct. in d.c. constitutus de relig. domib. quod est interdictum ecclesiæ , secus est in contractu emphyteotico , in quo solum utile dominium alienatur , & maxime quia testes actoris de tali consuetudine loquentes dicunt fuisse servatum , quod ecclesiæ bona concessa in emphyteusim non possunt alienari sive alieno ecclesiæ , & solutione laudemij , sed quod bona de quibus agitur fuerint ecclesiæ , vel alias concessa in emphyteusim nibil apparet in processu , nec ex d. redditu simpliciter soluto pro dictis bonis operatur , quod dicta bona fuerint emphyteotica , vel quod ecclesia illorum bonorum fuerit 31 domina per ea , quæ notat † Bal. in liberti , liberteque C. de oper. liber. qui dicit quod nō sequitur res est reddititia feudo , ergo feudalis quod etiā sequitur Alex. cons. 136. 3.col. 1.vol. de quo est decisio S. C. 129. quæ incipit Comes Sāti Angeli in princ. sicq; non aliter cōstituto de dominio ecclesiæ d. prætensa consuetudo ecclesiæ contrahendi in bonis suis non nocet in casu nostro quo agitur de bonis alienis , statē regula , quod ex diuersis nō recta sit illatio , vt in iuribus vulgar. ex quibus concludo dictos conuentos debere absolui ab imperatione d. agentis per prædicta .

Optime ad hoc deseruit illud ; quod notanter concludit Ludou. Rom. cōs.

127. incip. posito , quod dominium ; vbi concludit , q; in casu de quo ibi vbi concurrebat solutio census facta ab illis , tamquam emphyteosis per annos 40. ecclesiæ tanquam Dominæ , seu illius Abbatii , & etiam fama , quod ecclesia erat Domina bonorum , pro quibus fuerat solutus Canon emphyteoticus , & tamē ad probandum dominiū , ac obtinendum in iudicio petitorio , seu deuolutionis , concludit quod omnia prædicta probant semiplene dominium , vt ibi per eum taliter , quod Abbatii petenti defertur iuramentū suppleriorum ad dominium bonorum probandum .

Fortificantur ex his , quæ concludit Abbas cons. 74. incip. duo principalia 1. dubio . vol. 1. vbi tenet , quod si aliquis soluit Canonem tamquam emphyteotica per annos 40. talis solutio bene probat dominium ecclesiæ illius rei , pro qua solutus fuit Canon ad finem , vt in futurum soluens , non possit se subtrahere à d. solutione , sed ad effectum , vt dominus soluens expellatur à d. re pro qua soluit Canonem , talis solutio non sufficit , in casu ergo de quo agitur non apparet , quod ipsi conuenti , soluerit d. redditum tamquam emphyteoticum , confitendo emphyteosim , ideo ex tali solutione sic simpliciter facta alio non apparente , non censetur probatum dominium ecclesiæ ad finem obtinendi deuolutionem per prædicta .

Et ad hoc accedant , quod ipsi conuenti bene probarunt cōsuetudinem 12 diutius † obseruatā in loco , q; omnia bona reddititia ecclesiæ quæ sunt in d. loco . d. Castris fuerunt solita alienari inter viuos , & in ultima voluntate , absq; aliqua requisitione , & alieno Abbatis præsentibus , & scientibus , ac videntibus Abbatibus , quo casu quamuis de dominio ecclesiæ appareret ; prout nō apparet , illa non deuoluerentur per alienationem factam irrequisito Abbatie , vt ex aduerso prætenditur per tex. in cap. 1. vbi omnes Doct. de scu-

## A L L E G A T I O N V M

non hab. propriam naturam feudi, vbi per omnes Doctor. & maxime quia agens qui prætendit bona fuisse alienata ipso irrequsito, & aliqua fuisse deuoluta propter lineam extinctam, nihil horum probauit, & ipsi conuenienti bene probauerunt de solutione canonis per tempus retro usque ad tempus litis motæ, quo casu Actore non probante reus absoluitur vulg. iur.

Nec similiter obstant dictis convenientis certa instrumenta presentata in actis per ipsum agentem, vbi legitur, quod Abbas, qui pro tempore fuit accepit possessionem certorum bonorum deuolutorum ad ecclesiam propter lineam extinctam, & redditum non solutum, ex quo talia instrumenta licet asserantur antiqua, illa fuerunt facta ad simplicem assertiōnem Abbatis, qui pro tempore fuit, 13 quo casu t̄ licet sint antiqua illa non probant, ita pūctualiter tenuit Franc. de Aret. in c. cum causam s. col. extra de probat. qui dixit, quod instrumenta quantumcumque antiqua, etiam si sint plura facta ad simplicem assertiōnem illius, qui nunc pro illo iure agit, vel suorum prædecessorum, non probant etiam in facto antiquo, etiam si cum ipsis concurrat inuestitura, vel concessio facta alijs personis, allegat notat. per Specul. in tit. de locat. s. nunc aliqua vers. 57. & sequenti, ut ibi per eum. Ex quibus puto concludendum ipsos conuentos debere absoluiri ab imputatione ipsius agentis.

## A D D I T I O N E S.

**N**umero 1. quod ad probanda bona esse emphyteotica, requiritur scriptura, ultra allegata per meum Auum hic, vide Vrsill. ad Affl. decis. 72. num. 2. & quæ ibi allegat.

Ad num. 2. quod ex ansua præstatione Canonis non probetur res emphyteotica, ad finem petendi deuolutionem, nisi appareat concessio in emphyteosim per scripturam, sed solum obtinebit actor quod censum, vide quæ ultra allegata per meum Auum hic, scripsit Affl. decis. 129. num. 4. usque

ad finem, & sic fuit ibi decisum, concordat Capyc. decis. 103. & quæ late cumulat Vrsill. ad Affl. decis. præall. 129. num. 4. cum sequ. qui concordat cum dictis per meum Auum hic.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

1 *Concesso Priuilegio Caualarius Sancti Petri per Pontificem cuiusdam Abbatii Oriliae, per quod priuilegium dabatur facultas d. Abbatii testandi de bonis, & fructibus ecclesiistarum ad eos pertinentis, usque ad certam sumam; An valeat testamentum.*

2 *Dicitur primo quæ sit causa finalis priuilegij, & qualiter cognoscatur.*

3 *Secundo dicitur, quod qui non implet causas priuilegij, non vitetur priuilegio.*

4 *Tertio dicitur, quod quando priuilegium conceditur ob causam fauorabilem, & piam, impedimentum superueniens, non excusat concessionarium.*

5 *Si testator legauit centum premissis canendis, & missæ non possunt cantari propter interdictum, illud legatum non acquiritur ecclesiae, sed debet converti in aliud usum pium.*

6 *Si testator reliquit unum predium, ut ibi construatur Monasterium, quod non potest construi ibi de iure, tunc predium debet converti in aliū usum pium.*

7 *Site.*

7 Si testator legauerit alicui ad aliquem usum pium, si legatarius illud impleri non potest, non acquirit legatum, sed illud cōuerti debet ad aliū usum piū.

8 Remota causa priuilegij, remanet quis in iure communi.

9 Qui nunquam vacauit causis in priuilegio contentis, priuilegio gaudere non debet.

10 Quarto dicitur, quod secundū priuilegium redditur subreptiū, & sit nullum, quando de primo non est facta mentio summi Pontifici.

11 Quinto dicitur quod testamentum non valet, quando est scriptum manu alterius, quam testatoris, nisi testator habens testamentum in manus sua, dicat, quod illud, quod continetur in illa scriptura est sua voluntas seu testamentum.

12 Et in hoc requiruntur septem praesentes, qui hoc deponant.

13 Per verba assertiva notarij nō probatur voluntas testatoris.


14 Si testator ad Interrogationē Notarij, nominauit heredem, dicendo quod sic non valebit tale testamentum.

15 Institutio heredis quando dicatur erronea & nulla?

16 Facultas testandi concessa per priuilegium, non se exten- dit ad facultatem codicilliandi.

## ALLEGATIO 15.

**I**N materia spolij Ecclesiastici per Nuntium Apostolicum in bonis Prælati.



N causa Reuerendi Pyri Aloysij Carrafae Magni Magistri Ordinis Sancti Lazari, cum Reuerendo Nuncio Apostolico, nomine Cameræ Apostolicæ conuenito super peccata immissione in possessionem bonorum remansorum post mortem quondam Reuerend. Abb. Orilie, virtute prætensi testamenti ut ponitur conditi per ipsum virtute asserti priuilegij Caualeratus Sancti Petri & alij, ut ex processu, & actis dictæ cause.

Subtinēdo partes d. Domini Numcij, & Cameræ Apostolicæ, puto considerandum, quod quidam recolenda memorie Leo Papa X. volens pro utilitate Christianitatis, & si le ordinare negotium aluminis, & disponere tra-etas d. aluminis à Ciuitate Terracina ad Ciuitatem Senarum, ac pro alijs causis in priuilegio expressis certos milites sub invocatione Sancti Petri,

1 creavit, quos t̄ ad dictum opus, & alia in principio expressa preposuit, & ipsi occasione prædicta certas prærogati- uas, & immunitates concessit, & si- gnanter facultatem testandi de bonis, & fructibus ecclesiarum, ad eos per- uentis, usque ad certam summam, ut ex tenore dicti priuilegij habetur. Sic que cum causa d. priuilegij fuerit fau- rabilis, & pia, ex quo tendit in fauore Christianæ religionis contra Turchas, ac pro expeditione contra Infideles in dubio censemur causa t̄ finalis, ita pun- ctualiter tenuit Bar. in l. 2. f. 1. in prin- cipio ff. de dona. qui dixit, & ubi datur, vel conceditur aliquid ob causam fa- uorabilem, & piam in dubio causa pre- dicta censemur finalis allegat tex in l. t. quis pro redemptio C. de donat. ab hoc

hoc in specie tenet Bal. in fine, idem expræfius tenuit Bal. in l. generaliter 4. col. vers. 2. principaliter queritur C. de Episc. & cler. & clarius ibi Salicet. in fin. & hoc etiam videtur sentire gl. in l. 1. §. sexū vers. origo ff. de postulan. hoc etiam notanter tenuit Bal. in l. si repetendi, versus finem C. de condit. ob causam gl. & ibi lo. Andr. in c. post translationem S. cæterum in vers. cef- fante extra de renunciat. † quia ergo d. Abbas Hieronymus Orilia nun- quam seruiuit, nec vacauit ministe- rijs, & officijs, quorum intuitu pri- uilegia fuerunt concessa, non immere- to effectus priuilegiorum non se ex- tendunt ad ipsum non impleniem cau- fas priuilegij stante regula quod cef- fante causa, cessare debet effectus, ut in locis præallegatis.

Fortificantur prædicta, nam vbi in priuilegio vel alia dispositione, appo- nitur causa in vim modi & implemen- tum, modi concernit utilitatem alte- rius, quam eius, cui datur tunc talis causa censetur finalis, ita probat tex. in l. quibus diebus S. termilius qui est fin. ff. de cond. & dem. probat tex. in l. Titio cent. S. 1. ff. eod. & bon. tex. in l. liberto S. Iutius ff. de annuis legat. Sed implementum cause appositæ in priuilegio respicit fauorem, & utilita- tem Christianæ religionis, ex quo talia disponuntur contra Turcas, merito talis causa censenda est finalis.

Confirmantur prædicta, nam cause prædictæ ex quibus Summus Pôtifex inducitur ad talia faciendum, narran- tur in præfatione, & prohemio d. pri- uilegij, quæ verba, & cause in prohæ- mio priuilegij appositorum, indicant men- tem concedentis, & causam finalem priuilegij l. fin. & ibi Bar. ff. de hæred. iustit. l. cum hi in princ. & ibi Bar. ff. de transac. l. regula S. si quis, & ibi notat Bart. ff. de iuris & fac. ign. declarat Bar. in l. ambitiosa antepen. col. ff. de decre. ab ordin. faci. not. Bal. in pro- hæm. C. & Dñus Cardinalis in c. pen. in fine extra de cleris coniug. stante

ergo quod d. quondam Abbas, causas ex quibus priuilegium cõcessum fuit, non impleuit, quia non seruiuit offi- cijs, & operibus in priuilegio expres- sis, non debet gaudere cõmodo pri- uilegij, tanquam non implens causam d. priuilegij per prædicta.

Et licet asseratur ex aduerso, quod d. quondam Abbas fuerit impeditus morbo podagras, & propterea non ac- cessit ad seruendum in Vrbe Romæ, 4 attamen, quia priuilegium † concedi- tur ob causam fauorabilem, & piam, impedimentum superueniens non ex- cusat concessionarium. Nec propte- rea debet gaudere commodo priuile- gij, ita probat tex. ad hoc notab. in L. si ego in princ. ff. de iure dotium, vbi datum alicui traheri ob causam futuri matrimonij, si deinde sequi nuptiæ uero possunt propter matrimonij interdi- ctionem, res remanent dantis, & pos- sunt ab eo vendicari, vt dicit ibi tex. per quem tex. ita videtur sentire Bar. in d. l. 2. §. fin. ff. de donat. in princ. qui dicit quod datum ob causam fauora- bilem, ea non impleta ideo potest repeti, quia donans videtur velle quod fiat in salute animæ, & alias non dedisset, se- cundum eum, & ad hoc optime deser- uit tex. in l. legatum ciuitatis iunctis ibi nota. per Bar. ff. de usufr. lega. qui per illum tex. dixit, † q̄ si testator le- gavit centum pro missis canendis, & missæ non possunt cantari propter in- terdictum q̄ illud legatum non acqui- satur ecclesiæ, sed debet conueri in aliud usum pium, & similiter si testa- tor † reliquit unum prædium, vt ibi construatur monasteriū, q̄ non potuit construi ibi de iure, quod tunc d. præ- dium debet conueri in aliud usum pium, sm̄ eum, pro quo bene facit il- lud quod dixit Bar. in l. patet S. Tuscu- lanus ff. de leg. 3. qui dixit, † q̄ si te- testator legauerit alicui ad aliquem usum pium. si legatarius illud imple- re non potest, non acquiritur lega- tum, sed illud conueri debet ad ali- um usum pium allegat tex. qui bene hoc

hoc probat in cap. nos quidem ibi, seu si ibi non potest extra de testam. sicq; cum ex d. priuilegio appareat, quod Papa concessit priuilegium pro exercitio alius suis, & ex causis concernen-  
tibus visitatem Christianæ fidei contra Turcas, videtur motus personaliter, ut illis causis inseruiatur, & aliter non suisset concessurus, ita quod ipse Abbas, quia non vacauit operibus in priuilegio expressis licet impeditus non acquirit cōcessa in priuilegio per prædicti cessante ergo causa d. priuilegij dictus Abbas qud ad d facultatem testandi remanet in dispositione iuris communis, secundum quam iubonis peruentis ab ecclesia non habet ius testandi, vt infra demonstrabitur, ita Bal. in l. si cui ff. ex quib. caus. ma-  
io. qui dixit quod remota causa + pri-  
uilegij remanet quis in iure communā allegat l. sed & milites de excus. tut.  
& l. non tantum s. eos ff. eod. tit. sed de iure communī nō habet ius testan-  
di in dictis bonis, vt per Doct. in c. 1.  
extra de testam. & melius in c. fin. de  
pecul. cler. & per glos. & ibi omnes  
scribentes in c. pñti, quod est finale de  
offic. ordin. in 6. merito prætensum  
testamentum remanet nullum.

Et quamvis in dicto priuilegio con-  
cedatur dictis militibus prærogatiæ  
& gratiæ ibi exp̄ssæ etiam dimisso of-  
ficio. Attamen illud minime obstat in  
casu de quo agitur, ex quo ea in casu  
prædicto intelligi debent cōcessa illis  
militibus, qui aliquo tempore seruie-  
runt in premium seruitiorum præte-  
riorum exemplo militum Cæsaris,  
qui postquam militia seruierunt, & ex  
iusta causa de licētia Principis remit-  
tuntur à militia, & efficiuntur veter-  
ani, gaudent priuilegio militum in  
præmium laborum præteriorum, ita  
dicit tex. in l. 1. ibi post labores suos  
C. de veteran. lib. 12. vbi veteranis  
post dimissam militiam, & post suos la-  
bores conceduntur priuilegia ibi no-  
tata, & idem probatur in l. 2. ibi pro  
meritis suis eod. tit. & ad hoc deseruit

bonus tex. in l. 2. C. de re milit. lib. 12.  
vbi qui viginti annis impleuerunt sti-  
pendia militæ efficiuntur immunes  
sordidorum munerum, & hoc non ex  
aliо nisi in præmium laborum præte-  
riorum, sicq; t. cum dictus quondam  
Abbas nunquam seruierit, nec vaca-  
uerit officijs, & operibus, quorum in-  
tuī prædictum priuilegium fuit cō-  
cessum non debuit gaudere commo-  
do priuilegij per prædicta.

Rursus putos considerandum quod  
idem Hieronymus Orilia ante adem-  
ptum priuilegium prædictum militæ  
Sancti Petri fuerat Canonicus maio-  
ris Ecclesiæ Neapolitanæ, & habebat  
diuersa alia beneficia in Ciuitate, &  
Dioceſi Neapolitana propter q. tan-  
quā vñus de Capitulo, & beneficia-  
ris Neap. includebatur in priuilegio  
vel statuto Apostolicæ Sedis contri-  
matione munito quo permittitur Cle-  
ricis, vel Canonici huius Ciuitatis  
posse testari de fructibus beneficiorū  
illius anni, quo moriuntur, vt plene  
probatur per partē aduersam, & quia  
in hoc 2. priuilegio eidem tanquā mi-  
liti S. Petri concessō, nulla est facta mē-  
tio priuilegij, vel statuti Neap. cōcessit  
secundum priuilegium + qno ad ipsum  
Abb. Oriliam redditur subreptitium,  
& consequenter nullum; ita in specie  
tenuit lo. Andr. in addit. Speculat. in  
rub. de testam. in princ. vbi ponit quæ-  
stionem de Episcopo qui impetrat. à  
Papa q. possit testari de redditibus ec-  
clesiæ vsq; ad summam ducentarum  
marcarum, non facta mētio. ie statuti  
ecclesiæ per quod testari poterat vsq;  
ad cētum marcas, & refert quod quæ-  
stio fuit de facto, & tandem concludit  
ipse, quod impetratio non tenet, si nō  
est facta mentio d. statuti, etiam si sta-  
tutum dicat, quod ultra centum mar-  
cas non possit testari, quia si Papa d.  
statutum sciisset, contra dictum li-  
mitatum statutum à se conditum,  
vel confirmatum, verisimiliter pri-  
uilegium non concessisset, vt ibi per-  
cum. Et ad hoc optime deseruiunt no-

tata per Innoc. in cap. veniens de praescript. in glos. que incipit, sed hoc est mirum, & cum eo omnes transcursum, qui tenet, quod ubicumque statutum in totum non est conforme iuri communi, sed solum pro parte continet ius speciale, oportet de eo fieri mentionem in impetratōne perinde, ac si tota h̄c esset contra ius commune, & ibi notabiliter dicit Io. Andr. quod si Papa primo concessit partem alicuius rei, ut decimarum ex privilegio, & partem reliquit iuri communi, & postea partem reliquam iuri communi iterato concedat eidem vel alij non valebit iterata concessio, nisi de priori faceret mentionem pro qua allegat c. 2. de decim. lib. 6. secus esset secundum ipsum, si à principio concessisset usum, vel libertatem in omnem casum, & item integrām, quia tuū de iure communi non tenetur facere mentionem, allegat capitulum primum extra de rescript. vbi de hoc secundum Innoc. vt dicit ibi Io. Andr.

Et ad hoc accedant nota per eundem Io. Andr. in addit. Speculat. in rubr. de cleric. non residentib. qui dixit, q̄ si is, qui impetravit à Papa priuilegiū percipiendi fructus præbendæ per quinquennium in absentia, si postea impetravit aliud priuilegium percipiendi fructus dictæ præbendæ per alium quinquennium, non elapsò primo quinquennio, nec aliter facta mentione primi priuilegij, secundum tamquam subreptitium noua valet, allegat tex. in c. 2. de filiis præstit. in 6. & se remittit ad nota per eūdem ibidem, ex quibus videtur posse concludi, quod dictum priuilegium militum Sancti Petri quod ad ipsum Hieronymum circa facultatem testandi non facta mentione statuti Neapolitani vt supra sit subreptitium, & nullum per prædicta.

Vide Soccin. cons. 146. incip. eleganter, & subtiliter 2. col. ver. antecedens autem probatur 2. vol. vbi omnia ista refert, & sequitur, vide etiam ultima hic allegata ad intelligentiam;

& modificationem predictorū Petr. de Anchar. cons. 131. incip. ad exclusionem.

Ipsuper puto, quod aduertendum est, qn̄d quamvis assertum privilegium Caualaratus in personam d. Abbatis valeret, prout non valet, non ideo ipse agens debet obtinere in remedio intentato, virtute prætensi testamenti ex quo testamentum quod producitur, non est testamentum quia de voluntate testatoris nihil apparet, certum est enim quod de substantia testamenti in scriptis, quod quando testamentum est scriptum manu alterius, quam testatoris, inter alias requiritur, quod testator coram testibus habens testamentum t̄ in manu dicat quod illud quod continetur in illa scriptura, est sua voluntas, seu testamentum, & demum tradat illud testibus signandum ita est tex. in l. hac consultissima C. de testam. & hoc ad finem vt testes sciant voluntatem testatoris, vt ibi probatur, quod non reperitur seruatum in d. testamento, & ideo illud non potest dici testamentū, quia de voluntate testatoris non apparet.

Et quamvis aliqui testes d. actoris videlicet quartus testis super 6. art. & 6. testis super 15. & 10. testis super 13. art. deponant quod testator habuit testamentum in manu, & coram testibus dixit illum esse suum testamentum; Attamen t̄ quia talis actus requiritur ad exquirendam voluntatem testatoris, vt habetur in illa l. hac consultissima probatio voluntatis testatoris non potest fieri pro duos testes, sed est probanda per septem, ita est tex. in l. 2. C. de fideicom. & per Doct. in l. 2. C. de bonor. posse. secundum tab. vbi Bal. dicit, quod sollemnitas voluntatis testatoris debet probari per 7. testes, & ideo notant omnes Doct. in c. cū omnes extra de testam.

Et quamvis Notarius in d. testam. ac stipulatione ipsius dixerit, quod d. quondam Abbas voluit illud valere iure

iure testamenti, vel aliter, & quod voluit de eodem testamento fieri publicum instrumentum, apponendo alia verba, ut habetur in d. testamento prætenso, Attamen per illa verba + quæ sunt assertiva Notarij, non probatur voluntas testatoris, immo si notarius interrogasset testatorem, si volebat, quod talis sit hæres, + ille respondeat, quod sic, non propterea probatur voluntas testatoris in testamento in scriptis, ista videtur tenere Paul. de Castr. in l. hac consultissima, s. at cum humana C. qui testam. facere possunt, & plene Soccin. cons. 229. incip. primo aspectu g. col. versic. 6. aduertendū 2. vol. & in specie est decisio Sacr. Consil. 143. incipiente vtrum testamentum Martini, vbi inter alia allegatur ad hoc decisio Io. Andr. in addit. Speculat. in tit. de testam. s. in primis, & prædicta maxime procedunt ex quo in casu de quo agitur, concurrunt coniecturæ, quod quidem d. Abbas tempore stipulationis + d. prætensi testamenti fuerit extra suos sensus quod inter alia probatur, quia ipse habebat eius nepotes carnales, & instituit extraneum hæredem dicendo ipsum fuisse suum cōsanguineum, qui non erat, quo casu institutio facta de eadem Reuerendo Pirro Loisio, tanquam consanguineo qui non erat, redditur nulla l. si pater, & ibi per Doct. C. de hæred. infit.

Fortificantur prædicta, nam nullus ex prætenis testibus qui asseruntur se subscriptisse in d. prætenso testamento, se subscriptis loco testatoris, prout à iure requiritur, iuxta tex. in d. l. hac consultissima de testam. propter quod dictum prætensum testamentum quando dici posset testamen tum redditur nullum, ita est formalis decisio Sac. Cons. 144. quæ incipit, in quodam testamento, quæ videtur cōcludere, quod nisi aliter proberetur voluntas testatoris, testamentum est nullum.

Et quamvis in eodem testamento

Notarius apposuerit clausulam Codicillarem, & propterea dici posset q. si dictum testamentum non valet iure testamenti, debet valere iure codicillorū per iura vulgaria; Attamen quia d. Abbas non habebat bona patrimonialia, sed ea quæ remanserunt post eius mortem, fuerunt quæsita de bonis ecclesiarum quæ obtinebat, vt in processu est plane probatū, in quibus bonis d. Abbas non habebat ius testādi de iure communi per nota. per glo. & ibi dicta in c. fin. de offic. ordin. in 6. Sed tantum d. Abbas poterat testāri de iure speciali, virtute dicti priuilegij d. facultas testandi sibi concessa per d. priuilegium non se extendit ad facultatem codicillandi, + ex quo regula l. conficiuntur ff. de iure codic. non se extendit ad illos qui habent facultatem testandi de iure speciali, ita punctualiter tenuit Soccin. cons. 13. incipien. præsens consultatio quinta col. in fine, & sequenti 1. vol. qui allegat Ang. & Imo. in l. si seruus communis meij ff. de stipulat. seru. Et ad hoc deseruit optima ratio, nam clausula codicillaris in testamento apposita, operatur, quod venientes ab intestato censemant grauati iure fideicommissi de restituendo bona contenta in testamento scriptis hæredibus l. quærebatur ff. de testam. milit. cum alijs vulg. Et cum in bonis peruentis ab Ecclesia Prælatus non habeat successorem ab intestato, ex quo in eis succedit Ecclesia, immo ipsa bona remanet in dominio Ecclesie quæ semper fuit Dña, prout est tex. in c. 1. & ibi per Doct. extra de pecul. cleric. notat Abbas in c. 1. per illum tex. de testam. cum alijs vulgar. merito dicta clausula codicillaris apposita in testamento nullo, nihil operatur, & quia d. facultas testādi eidem Abbatii concessa, intelligitur de bonis peruentis ab Ecclesia, vt notat Felyn. in cap. 1. verb. priuilegiū in princ. extra de rescript. de quibus bonis ipse Abbas non poterat testari de iure communi, sed tandem

tum virtute priuilegij si testamentum non valet iure testamenti, non potest valere iure codicillorum per supradicta. Ita, ideo mihi videtur posse concludi quod remedium l. fin. C. de edic. diu Ad intentatum non habeat locum, & in eo agens debet succubere, & ita mihi de iure concludendum videtur.

## ADDITIONES.

**A**d numerum decimum sextum concludit meus Avis hic, quod facultas concessa per Summum Pontificem huic Prelato standi, non extendatur ad facultatem codicilliandi post testamentum, & hoc probat validissimis argumentis pro quorum confirmatione adduco in terminis Franciscum Cartium Iuniorem in cons. 178. in fine, & Dec. cons. 512. qui consuluerunt in causa eiusdem Renerendissimi Cardinalis Grimaldi, qui validissimis rationibus comprobauerunt hanc opinionem, eos videto si libet.

Abb. Io. Hirr. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 Priuilegium Capuanis concessum circa exemptionem à gabelis, & iuribus passus, & alias immunitates non noceat Auerfanis.
- 2 Primo, quia priuilegia Auerfanorum sunt antiquiora.
- 3 Et verba antiquorum instrumentorum assertive prolatas, etiam inter alios probant dominium.
- 4 Verba enunciatiua Principis quando probent. & num. 9.
- 5 Et possessione continuata presumitur dominium.
- 6 Sententiae antiquae creditur, licet acta non reperiantur.

7 Barones, & Principes habent fundatam eorum intentionem, quod ea que sunt infra fines, feudi, vel Comitatus sunt eorum quod ad Iurisdictionem tantum, non quod ad proprietatem.

8 Vassalus qui per 30. annos secundum possiderit, presumitur de eo inuestitus.

10 Princeps quando possit suum priuilegium revocare?

11 Secundum priuilegium non tollit primum, quia non est in potestate Principis primum revocare sine causa.

12 Et quid operetur clausula derogativa, non obstantibus.

13 Quid de clausula ex certa scientia, vel motu proprio, vel de plenitudine potestatis.

14 Vtrum secundum priuilegiū speciale deroget primo generali non facta mentione de eo.


15 Vtrum secundum priuilegiū in quo est clausula revocantes omnia alia priuilegia etiam si de eis specialis mentio esset habenda, revocet primum in quo adest clausula quod non intelligatur revocatum nisi de eo fiat specialis mentio? Et quid si in secundo priuilegio adsit clausula motu proprio utrum revocetur primum absque speciali derogatione. Et virum per secundum priuilegium derogetur primo, si de

- si de primo non est facta mentio specialis?
- 26 Secundum priuilegium generale, non tollit primum speciale, nisi de eo faciat mentionem.
- 27 Per secundum priuilegium generale vel speciale, non derogatur priuilegium anteriori generali propter quae situs ius in speiebus comprehensis in genere.
- 28 Quando priuilegium Principis transit in contractum, illud Princeps non potest reuocare.
- 29 De clausula ex certa scientia, motu proprio, eadem plenitudo potestatis apposita in priuilegio, an iste clausule tollant ius alteri quae situm an contractum Principe, et num. 22.
- 30 Non est de more, nec de iure, quando Princeps priuilegiū alicui concedit, quis citetur.
- 31 Princeps potest legitimare Spurium in praetudicium agnitorum, etiā habilitare filium adoprium in successione feudi in praetudicium agnatorum.
- 32 Verba apposita in priuilegio iuxta temporis præteriti morem non operantur, ut debeat probari de more præteriti temporis, sed soluuntur primo quia mos præteriti temporis sic obtinuit.
- 33 Quando in conflictu testium numerus attendatur per particulares.
- 34 An solutiones factae praedi- cent priuilegio immunitatis ecclie, monasterij, vel ciuitatis? et num. 26. et num. 27.
- 35 Per vicinitatem presumitur scientia uniuersitatis.
- 36 Confessio facta in libello, praetudicati plene confitenti.
- 37 Confessio Sindici, vel procuratoris, an noceat uniuersitati.
- 38 Cui nocet sententia, nocet probationes.
- 39 An credatur Principi afferenti propter bonum publicum concessisse priuilegium.
- 40 Et an bonū publicū debeat probari ab extra. Vel si Princeps dicat ab remuneracione servitorū, an scrutia sint probada?
- 41 Quando Princeps tollit ius priuatorum ob bonum publicum, debet prius soluere præmium.
- 42 Quando presumatur mandatum ex antiquitate ieporis quid de clausula apposita in priuilegio decreti irritantis. num. 38.
- 43 Quando quis presumetur procurator?
- 44 Quando verba enunciatiua in instrumento probent?
- 45 Literæ missive, seu epistole quædo probent?
- 46 Datū Principi propter gratia licet sit lōge minus ipsa gratia cōcessa per viā contractus, nihilominus priuilegiū est irreuocabile.

Alle-

## ALLEGATIO 16.

**D**E priuilegio exemptionis à Gabellis, contra Baronem pretendentem emptionem Gabellarum vigore suorum priuilegiorum.



N causa Magnifici Thomasij Gargani cum Vniuersitate Capuæ super prætensa exemptione à Gabellis, & Iuribus passus Pôlis Silicis ac alijs, ut ex processu, & actis. Quoniam d. Vniuersitas Capuæ fundare nititur omnem ipsius intentionem ex quodā asserto priuilegio Regis Ladislai, alter in processu non producto, sed tantum, ut verbo fertur magnifico causæ Commisario ostendo, per quæ ipsi assertur effecti Ciues, ac immunes in toto Regno ab omnibus gabellis; Ac etiam fundant se ex quodam alio priuilegio Immunitatis quondam Regis Alfonsi primi eis concesso in anno 1430 ac quodam alio priuilegio Incliti Regis Catholici expedito in Anno 1504. & deum confirmato per Sacr. Cæsar. Maiestatem in anno 1530.

Idcirco puto considerandum quod dicta asserta priuilegia, ipsi Magnifico Thomasio & non obstant, stante quod satis ante concessionem dictorum priuilegiorum cōcessorum dictis Capuanis passus prædicti erant in dominio ac posse Vniuersitatis Auerſæ. Quod primo demonstratur per quoddā priuilegium Regis Ludouici tertij expeditedum satis ante dominatū Ladislai, in quo inter cætera declaratur quod Ciuitas Auerſæ ædificauerat turres Pontis Siluij, & erat Dñia passus prædicti, taliter quod d. Rex easdem turres ac passum, & ius d. gabellæ eidem Vniuersitati confirmat, & quaterus opus est, de nouo concedit, quod quidem priuilegium & cum sit antiquissimum, excedens centum annos, bene

probant enunciata in eodem scilicet ipsam Vniuersitatem fuisse dñia d. passus tunc temporis, per ea quæ dixit Bal. in l. cum alijs C. de iure delib. qui dixit, t̄ quod verba antiquorum instrumentorum assertiæ prolata, etiam inter alios probant dñium glo. in l. optimū, & ibi per Doct. C. de contrah. & committ. stipul. & est glos. in c. cum olim extra de censibus, quam ita declarat, & allegat Petr. de Anch. in clem. litteris de probat. Franc. de Aret. cons. 42. incip. viso consil. cum similibus.

Fortificantur prædicta, nam idem Rex Ludouicus in eodem priuilegio declarat dictam Vniuersitatem Auerſæ antiquitus edificasse turres Pontis Silicis, & passum prædictum alias fuisse concessum eidē Vniuersitati ad hoc vt ipsa accommodaret, & aptaret viam dicti passus, quo casu verba & Principis narratiua seu enunciatiua, etiam si diceret aliqua bona fuisse cōcessa in feudum ab ipso Principe, seu à prædecessore suo, si in talibus narratis Princeps fundat intentionem suam, vt quia illa sit narrata conferant, ad id quod principaliter disponebatur per Principem, bene probat enunciata, & narrata per Principem, ita habetur in clem. 1. de probat. & ibi Ioannes de Imo. in antepen. col. qui dicit, quod dispositio illius Clemens. habet locum tam in gestis ab ipso Princeps enunciatiue, vel narratiue expressis in litteris Principis, quam etiam in gestis à prædecessore ipsius Principis narrantis, quia cēsetur Princeps eo casu informatus, & idem dicit Dñus Cardinalis Florentinus in 9. q. qui allegat extraugantem Clem. 6. quæ incipit prouide, & ita etiam videtur tenere glos. in d. clem. in verb. fecisse, circa medium, quæ firmat quod etiam in gestis ab alio verba narratiua Principis inducunt probationem, seu saltim sufficientem præsumptionem nisi probaretur contrarium, & ibi etiam hoc tenet Paul. de Castr. & est de mente gl. in c. nonnulli de rescript. & idem rebus

nuit Andr. de Iser. in cap. 1. col. fin. qui succe. teneant, vbi dicit, quod Principi narranti gesta à se vel ab alio creditur, quando non agitur de suo commodo, ex quibus apparet quod tam ante tempus d. Ludouici Regis, quam eo tempore d. Vniuersitas Auersæ erat dñia dicti passus.

5 Stante ergo d. Vniuersitas d. tempore Ludouici erat dñia, & posseditrix passus prædictæ successiue dictum dominium, & possessio dicti passus continuatum fuit per ipsam Vniuersitatē usq; ad tempus Regis Ladislai, ac Reginæ Ioannæ prout demonstratur per informationem Regiæ Cameræ ipsis Capuanis instantibus captā, ac p. decretum seu sententiam ipsius Regiæ Cameræ, subsequenter latum, in quo dicitur, quod ius passus, & corredure Ciuitatis Auersæ solitum erat exigi tempore prædicatorum Regis Ladislai, & Reginæ Ioannæ ad certam rationem, & hoc dicitur in eodem decreto apparere per testes examinatos per Commissarium d. Reg. Cam. destinatum ad dictam informationem capiendum, taliter quod ex eodem decreto demonstratur quod dicta Ciuitas Auersæ tempore dicatorum Regis, & Reginæ tamquam dñia possidebat dictos passus, & iura ipsius exigebat. Ex qua possesso ne cum de dñio d. passus in presentium agatur incidenter, & non principaliter bene probatur Vniuersitatem prædictā Auersæ, tunc temporis fuisse dñam dicti passus, ita punctualiter dixit Bar. in l. apud trebasium §. fin. in fin. ff. de aqua. pluui. arcen qui dixit, q. vbi de dñio agitur incidenter, & non principaliter is præsumitur dñus qui possidet, siue sic reus, siue actor allegat tex. in l. inter quos §. 1. ff. de damn. infec. & l. 1. ff. famil. hercif. & idem Bar. in l. quidam in suo ff. de condit. instit. & idem Bar. in l. si prius 9. col. in fin. ff. de nou. oper. nunciat. maxime quia dicti Capuani actores non fundarunt, nec probauerunt aliter de dñio Regis tunc temporis, quo casu dicta Vniuer-

sitas Auersæ, quæ possidebat dictum passum, præsumitur quod fuerit domina, ita est glos. notab. in l. ob matorum C. ne vxor pro mariio, & Bar. in d. l. quidam in suo, & est glos. in l. prima. C. de priuil. fisci, & notat Bal. in l. à diuo Pio §. si super rebus ff. de re iud.

6 Fortificantur prædicta, nam dicta sententia Regiæ Cameræ quæ fuit lata, sunt anni 70. & sic dicitur antiqua, prout in specie tenuit Philipp. Dec. consil. 13. 2. col. versic. nec obstat primo vol. qui tenet quod factum dicitur antiquum etiam si esset 60. annorum, & idem tenuit Alex. cons. 4. in 6. col. vers. & dum fit mentio de antiquis in 2. vol. dictaq; sententia expresse dicit quod ius passus, & correduræ Ciuitatis Auersæ solitum erat exigi tempore Regis Ladislai, & successiue tempore Reginæ Ioannæ ad certam rationem, & hoc dicitur apparet per testes examinatos per Commissarium dictæ Regiæ Cameræ de-

super destinatum, quæ t̄ sententia cū sit antiqua bene probat in eadem cōtentia, licet acta, & informatio non reperiantur, ita Bal. notabiliter in l. emancipatione C. de fide instrumentorum, qui dicit, quod sententiæ antiquæ creditur, licet acta non reperiantur, idem in terminis tenuit Bar. in l. admonendi 10. col. de iure iura. qui allegat Innoc. in cap. cum in iureperitus ff. de offic. deleg. Ant. de Butr. in cap. in præsentia de renunciatione cum similibus. Quando autem sententia possit dici antiqua, vide Aimon in tract. de antiqu. in 2. parte car. 165 in fin. num. 20. vers. sed hic videntur est.

Et licet ex aduerso dici posset, q. d. quondam Rex Ladislaus cum fuerit Dñus d. Ciuitatis Auersæ, & passus prædicti fuerit in territorio Ciuitatis prædictæ, quod propter ea presumatur Dñus idem Rex, omniū quæ existunt intra fines d. Ciuitatis, per ea quæ notat Bal. in rubr. C. de contrah.

empt. versic. vltimo quæro, qui dixit quod illud quod est infra fines, præsumitur esse de finibus illius cuius 7 sunt fines; † nam prædicta procedunt quo ad vniuersalem iurisdictionem, non autem respectu dominij, ita pun. Etualiter dicit Hostiensis in cap. si diligenti, quem ibi sequitur Abbas in secundo notab. extra de præscript. dicentes quod Comites, & Dñi temporales fundant intentionem suam de iure communi, quo ad res sitas infra limites, seu terræ respectu iurisdictionis, non aut respectu proprietatis rerum, & bonorum infra limites existentium, sicut de Imperatore respectu totius orbis, vt not. in l. bene à Zenone C. de quatrien. præscrip. & idem notat Io. Andr. in cap. fin. de offic. archid. & item dicunt in Papa, qui fundat intentionem suam quo ad iura Imperialia in patrimonio ecclesiæ, non autem respectu dominij, & proprietatis per iura per eos allegata, & ad hoc accedant nota per glo. in l. barbarius in glo. penul. in fine de offic. præto. quæ dicit quod licet omnia præsumantur esse Principis, illud intelligitur esse quod ad protectionem, non autem respectu dominij, & ita tenuit Bart. in prima const. ffrum S. omnem, & plene Socy. consil. 29. in 3. col. versic. aliquando, & secundo in 2. vol. & si dicatur prædicta procedere respectu bonorum priuatorum, sed vectigalia, quæ sunt de regalibus, & sine titulo possideri non possunt, vt in tit. quæ sint regalia. in verbo vectigalia. vbi per Doctor. securus dicendum videtur, Breuiter respondet, quod stante quod tempore Regis Ladislai Ciuitas Auersæ reperiebatur in possessione vectigalis, & ea possederat plus triginta annis, prout demonstratur per dictum priuilegium Ludouici, quod fuerat satis ante Ladislaum, & alias scripturas supra mentionatas, præsumitur 8 † de eisdem inuestita, & alij dicenti ea ad Regem pertinere, immo ipsi

Regi sit dicenti incumbit probatio, ita est tex. & ibi Andr. & cæteri Doctor. in c. 1. §. 1. de controv. inuest. vbi Vaxallo tenenti feudum si dñus dicat ipsum ad se pertinere debet hoc probare alias, pro vaxallo possidente præsumitur, & idem probat tex. in c. si quis per triginta, si de feud. fuerit contr. & ad hoc optime deseruit, nam licet ecclesiastica beneficia sine canonica institutione possideri non possint, vt in regula beneficium in 6. tamen si beneficiatus diu possedit beneficium præsumitur legitime inuestitus, ita Bal. in l. qui in aliena vers. sed si non adierit ff. de aquir. hæred. vbi etiam Alex. & Abb. in cap. licet heli. penultima, & finali col. de simon. & per Fely. in cap. illud in 3. col. vers. nota primo de præsumpt. cum similib. maxime quia in præsentiarum de dñio d. Ciuitatis Auersæ, tunc temporis agitur incideat, vt supra est dictum, nec obstant nota per Bal. in d. rubr. de contrahe. empt. quia Bal. ibi loquitur in prædijs priuatorum in quibus designantur fines, tunc quicquid est intra illos fines, designatos, includitur in finibus, quia talis est natura finium designatorum, secus tamen est in Rege, & Imperatore qui quamvis sit Dñus totius mundi. deprecationis ff. ad l. rod. de iac. non tamen intelligitur habere dominium rerum particularium, vt not. Bar. in l. 1. de rei vend. etiam respondet dictis per Bal. Socc. in d. cons. 29. in 3. col. & sic ex prædictis apparet, quod tempore prætensi priuilegij Regis Ladislai passus prædicti erant in dominio, & possessione dictæ Ciuitatis Auersæ.

Demonstrantur prædicta, ex quodam priuilegio Incliti Regis Alfonsi Primi, qui fuit post dominium Regis Ladislai, quod priuilegium fuit concessum dict. Ciuitati Auersæ in anno 1440. in quo inter cætera supplicando Auersani petunt confirmari eidem Vniuersitati, & de nouo concedi omnia priuilegia ipsius Ciuitatis,

nitatis, & passum Sancti Antonij, & Pontis Salicis, quæ sunt Ciuitatis eiusdem præsupponendo, & dicendo quod dicti passus fuerunt d. Ciuitatis, & d. Rex dixit, Placet, per quæ t̄ verba dicentia quod dictus passus erat d. Ciuitatis tempore d. priuilegij licet enunciatiue prolata probatur dominium ipsorum passuum fuisse d. Cjuitatis ante tempus, & tempore dicti priuilegij stante quod ipsa reperiuntur in priuilegio antiquissimo per notata per Bal. in d. l. cum aliquis, & per supra allegata vlt. quæ superius allegata hoc firmat Antonius de Butr. in cap. cum dilectus de success. ab intest. & plene Soccyn. in cons. 35. incipiente in controuersia quæ vertitur 2. col. in 2. vol.

Præsupposito igitur, quod satis ante prætensa priuilegia Capuanorum, d. Vniuersitas Auersæ fuerat Dña dicitus passus, non est dabitandum, quod prætendum priuilegium exemptionis Capuanis concessum non præiudicauerit, nec præiudicare potuit dominio dicti passus penes Auersanam Ciuitatem existenti, tam ante priuilegia predicta, quam eo tempore, & eo post, per ea, t̄ quæ dixit Franc. de Aret. Innoc. & cæteri in cap. nouit 3. colum. de iudi. qui dixit, quod vbi Princeps concessit priuilegium subdito per quod transfertur dominium secura traditione vera vel ficta, tunc tale priuilegium non potest per Principem reuocari sine causa, ex quo dominium translatum in alium est de iure gentium contra quod Princeps non dispensat sine causa, vt auferat ius alteri quæsitum. Sin autem per priuilegium non fuerit quæsitum aliquod ius de iure gentium, vt est priuilegium exemptionis, vel immunitatis, & tunc si statut in finibus meri priuilegij, potest per Principem reuocari secundum eum allegantem auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. & l. l. C. de immunit. nemi. conced. idem tenuit Bar. in prohe. ff. rum

in §. omnem 2. & 3. col. & notat Innoc. in c. quæ in ecclesiarum vbi per omnes extra de constit. & Fely. in d. cap. nouit 7. col. & idem notat idem Fely. in cap. 1. 2. col. versi. est verum, quod secus est in statuto extra de probat. Tu vide omnino Alex. cons. 101. incip. vissis instrumentis, in princ. & per duas column. 1. vol. vbi an Princeps possit derogare priuilegio subditto concesso, maxime quando transiuit in contractum, & an debeat, & requiratur specialis derogatio, vel sufficiat generalis vbi vide in 2. col. & notabiliter Bal. in cap. 1. in princ. de natur. feud. qui dixit, quod secundum t̄ priuilegium non tollit primum, quia nō est in potestate Principis, sed est factum priuati juris, allegat nota. in c. 1. de constit. in 6: & in auth. priuilegia C. de sacr. san. eccl. inferens, quod Imperator Federicus qui fecerat communione Papie Comitem in certis Castris, & Terris, ea ei conferendo sub iuramento fidelitatis, quod nec ipse concessor, nec eius successor poterat reuocare sine culpa communis Papie, alioquin fieret, sicut faciebat Papa Celestinus, qui de mane faciebat gratiam, & de sero reuocabat. Et ad hoc accedat id, quod dixit Bal. in l. 1. col. prima de constit. princ. qui dixit, quod vbi Princeps dat, vel confirmat, semper debet intelligi salvo iure alterius allegat l. auctoritate C. vnde vi. & idem tenet Bal. in tit. de pace const. in verb. amplius confuerunt, qui infert, quod concessiones aquarum publicarum à Principe factæ intelliguntur, saluis iuribus eorum, quibus per prius fuerant concessæ, & idem notat Bal. in l. si cum mihi ff. de dolo. & per Dominic. in cap. primo de constit. in sexto. Et ad hoc accedant nota per Ludouic. in consilio 298. incip. circa præmissam dubij consultationem, qui tenet, q̄ concessio alicui facta per Papam non præiudicat concessioni ejusdem rei per prius alteri factæ, & idem vide-

tur tenere Paul. de Castr. consil. 156. incip. viso & examinato puerulo 3. col. vbi concludit quod 2. concessio aliquorum bonorum feudalium à Summo Pontifice facta, non tollit ius quæsumum alteri virtute prioris concessio- nis factæ per Episcopum.

Nec obstat quod in priuilegijs Capuanorum sit apposita clausula derogatoria, non obstantibus quibuscumque priuilegijs quorumcumq; vniuersitatificatum, & priuatorum, tñ nam talis derogatio præflegiorum operatur derrogationem in casu quo priuilegia Auerianorum fuissent nulla, seu inualida, & non aliter, per ea quæ notanter tenuit Compostellanus, quem omnes ibi sequuntur in cap. causam quæ extra de rescript. qui dixit, quod si Papa alicui confert beneficium cum clausula non obstante collatione alteri per prius facta, quod talis clausula solum intelligitur derogare collationi alteri factæ, quando illa fuisset inualida, nec per hoc alteri inferatur præjudicium argumento cap. super eo de officiis deleg. & ibi Fely. col. 14. in verbo nō obstante collatione car. 126. sequitur Gemin. in cap. si postquam fin. col. de præb. in 6. & eundem Compostel. sequitur Alex. consil. 3. 1. col. vol. 5. & idem Alex. consil. 23. incip. viso processu causæ 3. col. in princ. eod. vol. 5. sequitur Felyn. in cap. ex tenore in 7. col. in verbo ceterum ad multa in fine illius verbi num. 13 extra de rescript.

Fortificantur prædicta, nam præsupponendo quod d. Cuitari Auerianus fuerit quæsumum dominium, & ius dictorum passuum per prius, & sic ante priuilegia Capuanorum ad hoc vt d. iuri quæsumo videatur per Principem derogatum, non sufficit generalis derogatio, sed debet fieri specialis, & specifica mentio d. iure quæsumo Auerianis, ita probat tex. iuncta glo. 1. in l. decurionibus C. de scientiarum lib. 12. per quenam dicit ibi Io. de Plat. quod speciale priuilegium alicui concessum nō tollitur per generalem legem, vel

dispositionem in contrarium factam, quia specialis concessio, speciale remittit ademptionem allegat l. si mihi & tibi s. in legatis ff. de leg. 1. & idem dixit idem lo. de Plat. in l. priuato rei C. de excus. mun. lib. 10. qui dixit, quod si alicui est concessa immunitas specialis, licet postea imponantur datia, seu collecta generalis, quod omnes, & singuli cuiuscumq; conditionis sint, teneantur soluere, quod per hanc generalitatē non tollitur speciale priuilegium immunitatis allegat glo. in d. l. decurionibus, nam specialiter concessum requirit speciale ademptionem, allegat l. si quis in princ. ff. de leg. 3. non autem tollitur speciale procedens per subsequens generale secundum ipsum allegantem d. s. in legatis, idē, & melius tenuit idem lo. de Plat. in l. 1. in 3. col. de petit. bonor. subli qui dixit, quod rescriptum Principis, quod est contra priuilegium alicuius non valet, nisi de illo faciat speciali mentionem, allegat c. cum ordinem extra de rescript. & d. l. decurionibus, & multa alia iura per quem dicit ibi Dominicus, quod priuilegium impetratum contra aliud priuilegium, non valet, nisi de illo fecerit specialē mentionem, allegat nota per glo. in cap. 1. de constit. eod. lib. 6. & in cap. 1. in vers. quia speciale mandatum de rescript. & dixit idem Dominicus in d. c. 1. de constit. in 6. 2. col. quod priuilegium contra aliud priuilegium impetratum, non tollit illud per iura per eum ibi allegata, & ibi dixit Bal. notabiliter in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. quod rescriptum Principis contra aliud priuilegium alicuius non valet, si non faciat mentionem de illo, allegat d. c. cum ordine de rescriptis, & multa alia iura.

Vide Dec. coos. 113: 2. col. 1. vol. nu. 6. vbi utrum in priuilegio exceptionis à decimis concessio per Papam alicui sit facienda mentio, de iuribus ordinarij quibus derogatur, & vide Ioannem Fabr. in S. fin. instit. de in-

re natur. vbi utrum Princeps possit  
reudicare priuilegium à se vel à predo-  
cessore suo concessum, vide Felyn. in  
E. super eo, in a. col. de offic. deleg.  
vers. item est de hoc tex. vbi si Prin-  
ceps dicit in priuilegio irritantes om-  
nia gesta &c. intelligitur de his qua-  
non sunt recte, & ad hoc multa cumu-  
lat, vide Bal. in auth. hoc inter liberos  
in princ. C. de testam. qui dixit, quod  
vbi agitur de praeiudicio concedentis,  
sufficit clausula generalis non obstan-  
te, sed ubi agitur de praeiudicio tertij  
requiruntur specialia verba sequitur  
Bertach. in tract. de Episcopo in 2.  
part. 4. lib. q. 15. vbi etiam ponit ali-  
quæde clausula ex certa + scientia, &  
de clausula non obstante vide omnino  
Dec. cons. 147. 1. & 2. col. 1. vol. vbi  
utrum secundum + priuilegium spe-  
ciale derogat i. generali, non facta  
mentione de eo, & vide omnino Dec.  
cons. 167. incip. viso tenore priuilegij  
alti passus 1. volum. vbi utrum secun-  
dum priuilegium, in + quo est clausula  
reuocantes omnia alia priuilegia eti-  
si de his specialis mentio esset haben-  
da, reuocet priuilegium in quo adegit clau-  
sula, quod non intelligatur reuocatum,  
nisi de eo fiat specialis mentio, & col.  
fin. ponit, quando in 2. priuilegio est  
clausula motu proprio utrum reuoc-  
etur priuilegium absq; speciali deroga-  
tione, vide omnino Alex. cons. 155.  
incip. videretur in consultatione pra-  
stata in 6. vol. vbi utrum per secun-  
dum priuilegium derogatur primo, si  
de primo non est facta mentio specia-  
lis, ibi vide quia multa dicit, licet nū-  
nil alleget ex supra allegatis.

Confirmantur predicta, nam au-  
tos dicimus quod priuilegium Auer-  
sanorum est speciale, ex quo is conce-  
ditur dñi sui dicti passus, & ius gabel-  
le in d. passu, & priuilegium Capua-  
norum est generale, ex quo eis conce-  
ditur immunitas in toto Regno, &  
tunc non est + dubium, quod secun-  
dum priuilegium generale non tollit  
priuilegium speciale, nisi de eo faciat me-

tionem, ita Bal. in l. non plures in fu-  
nie C. de sac. san. eccl. qui dixit quod  
per legem generalem non derogatur  
priuilegio speciali, nisi de eo faciat  
mentionem, allegat d. l. decurionibus  
de silent. lib. 12. & idem tenuit Bal.  
in 2. Constit. Cod. 1. col. versu. ibi si  
quaer vero, & per Doct. maxime lo. de  
Plat. in d. l. decurionibus qui dixit,  
quod secundum priuilegium generale  
non tollit speciale, nisi de eo faciat  
mentionem, ut supra est dictum & di-  
xit Bal. in l. l. col. 1. ff. de constit. prin-  
cip. quod Princeps per generalia ver-  
ba non videtur tollere specialia iura,  
allegat l. predictam decurionibus cu  
similibus. Aut priuilegium Auersano-  
rum potest dici generale ex quo eis  
conceditur ius exigendi Gabellam ab  
omnibus transenantibus, & tunc quia  
ante priuilegium Capuanorum, erat  
quaesitum ius Auersanis extra Capua-  
nos ab ipsis exigendo Gabellam, ut  
demonstratur per scripturas Regis  
Cameræ, in quibus demonstratur, q  
tempore Regis Ladislai exigebant Ga-  
bellas a Capuanis ad certam rationem,  
& sic Auersanis erat quaesitum ius in  
specie contenta in generali priuile-  
gio, & non est dubitandum, q + per  
secundum priuilegium generale vel  
speciale, non derogatur priuilegio ant-  
eriori generali, post quaesitum ius in  
speciebus comprehensis in gesere, ita  
tenuit Abb. quem ceteri sequuntur  
in c. 1. col. 3. vers. vel melius concor-  
dando opiniones &c. extra de rescripto  
qui dixit, quod vbi priuilegium est  
quaesitum ius in singulis speciebus co-  
prehensis in priuilegio per secundum  
priuilegium speciale, vel generali non  
derogatur primo quod ad species, in  
quibus est quaesitum ius priuilegiato,  
& idem tenuit idem Abb. in cap. ve-  
niens 3. col. extra de p̄fscript. quā  
ister cetera dicit, quod si sola possel-  
lō alterius impedit vires priuilegij  
de alterius possessione mentione non  
habita, ut in cap. 2. de decim. in 6. Et  
notatur in capitulo dudum de priuilegijs  
fortius

fortius impedit possessio cum proprietate secundum eum, & ad hoc accedat glos. notab. in regula generi de reg. iur. in 6. quæ dixit quod secundum priuilegium siue sit generale, siue speciale non tollit primum, nisi de eo faciat mentionem, allegat c. veniens de rescript. & c. decet eod. tit. de reg. iur. in 6. & idem tenuit Franc. de Aret. cons. 77. incip. in Christi nomine diligenter visis, versic. circa secundum, & Imo. in cap. cum ordine 5. col. de rescript. & in d.c. 1. de rescript. & Dominicus post Ioannes Andr. in c. 1. 2. col. in versic. quid si est concessum monasterio de pac. in 6. qui dicit, quod si est concessum priuilegium monasterio, quod monachis inconsultis, vel contradicentibus, nullus possit ipsorum parrochianos sepelire, si postea concedatur alteri ecclesiaz, ut possit libere omnes sepelire, quod hoc secundum priuilegium non præiudicat primo, & idem tenuit Cald. cons. 1. in tit. de pace; Cum ergo Ciuitas Auersana virtute antiquorum priuilegiorum fuerit effecta Dña dñi passus, & in possessione exigendi gabellias ab omnibus, & signanter à Capua via d priuilegium Capuanorum postea obtentum nullam faciens mentionem de anteriori priuilegio, & possessione Auersanorum eidem Ciuitati Auersæ in aliquo non præiudicauit, per supradicta.

Fortificantur prædicta, nam ex d. priuilegio Regis Ludouici declaratur quod passus prædicti, & dominium d. Gabellæ fuit concessum d. Vniuersitati Auersæ ad effectum, ut ipsa tenetur custodire Turres per eandem vniuersitatem ibi ædificatas, & sic ut aliquid faceret, quo casu quando aliquid per Principem conceditur commensuratum ad aliquid factum præteritum vel futurum, illud dicitur transire in contractum, & per Principem 18. non potest revocari, & ita Bal. in l. qui se patris col. 7. C. unde liberi, & Franc. de Are. in d.c. nouit, quem ibi sequi-

tur Fely. & scribentes plene Alex. in l. omnes populi, & ibi Bar. in 10. col. versic. circa primum de iust. & iure, & idem Bar. & Alex. in l. quod semel de decre. ab. ordin. facien. & notat Bal. in l. si cum mihi ff. de dolo, vbi dicit quod immunitas concessa venientibus ad habitandum in aliqua terra, non potest revocari in præiudicium eorū, qui ibi venerunt ad habitandum, vt ibi per ipsum, & vide Alex. cons. 15. incip. nec arguendi sumus vol. 2. vbi an Princeps possit derogare immunitati concessæ subdito per viam contractus.

Et quamvis ex aduerso dici possit, quod in priuilegio Capuanorum quodam Regis Alfonsi sit + apposita clausula ex certa scientia, quæ clausula habet vim plenitudinis potestatis, vt not. glo. in cap. ad hoc de rescript. & in cap. ex parte de offic. deleg. & not. Bal. in l. eis in princ. C. de appell. & Lud. cons. 369. in 7. col. Immò in eodem priuilegio prætenditur, quod sic expresse apposita clausula de plenitudine potestatis, quæ operatur, vt Princeps videatur alteri rem suam auferre, quod potest de plenitudine potestatis, vt notat Bal. in l. rescripta fin. col. versic. 3. quæ situr, C. de precib. Imper. offer. & in l. 2. C. de seruit. & aqua. versic. item nota q. si Papa &c. & Angel. in l. item si verberatum ff. de rei vend. qui dixit quod Imperator nulla causa subsidente de potestatis plenitudine potest nobis dominium auferre, & qui contrarium dicunt, mentiuntur, & idem Angel. in l. 2. C. de quatr. prescr. & in l. 3. s. si is pro quo ff. quod quisq; iur. cum similib.

De hac clausula ex certa scientia vide omnino Fely. in cap. cum inter priorem in princ. & per col. sequente extra de except. vbi de ipsa copiose loquitur, & de hac clausula ex certa scientia vide Dec. cons. 410. col. 4. nro. 21. in 3. parte, vbi etiam an Princeps de plenitudine potestatis possit tollere ius tertio quæsumus ex contractu, & idem

& idem Dec. de d. clausula ex certa scientia cons. 544. col. 4. num. 28. eod. vol. & vide Dec. cons. 198. num. 2. 1. vol. & 10. cons. num. 6. & idem Dec. cons. 468. num. 2. 1. in 3. parte, & idem Dec. cons. 373. 2. col. num. 7. vol. 2. & idem Dec. cons. 137. 2. col. num. 2. 1. vol. & omnino idem Dec. cons. 191. col. 2. num. 3. 1. vol. & idem Dec. cons. 271. col. 3. 2. vol. num. 8.

Attamen prædicta non obstant in aliquo, primo, quia clausula ex certa scientia tunc tollit ius quæsitum, qñ Princeps processit cum cause cognitione quo casu præsumitur pro veritate concessionis propter clausulam ex certa scientia, alias, secus ita est de mente Innoc. in c. 1. extra de transac. & in c. 1. & 2. de confirmat. utili, vel inut. & est rex. in clem. pastoralis §. cæterum in 2. responso de re iudic. & ibi late Dñus Cardinalis Ioannes de Imol & Abb. in cap. 1. de cā possess. & prop̄. Anton. de Butr. Imol. et Dñus Abbas in c. cum olim, de re re iudicata, et expresse tenuit Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum vers. 18. et Paul. de Eleazar et Io. Andr. in d. clem pastoralis, et tenuit Archid. in c. pænitentes 50. dist. et late firmat Succi. in cons. 12. incip. visa bulla col. 7. 2. vol.

Er vtrum Princeps ex certa scientia possit tollere ius tertij, vel dominium tertij, vide Io. Fab. in §. fin. penult. col. vers. nunquid ergo Princeps, & col. fin. instit. de iure naturali gent. et ciui.

Et licet Bal. in l. nam ita diuus 2. 20 col. ff. de adopt. dixerit, † quod non est de more, nec de iure, quod vbi privilegium conceditur, quod aliquis citetur, quia est donum superioris, et idem Bal. in l. fin. C. quibus res iudicata non nocet, et late Ludou. cons. 369 incipiente circa primum in §. dubio circa fine m̄, qui dicit, quod quando Princeps aufert ius alterius per viam extraiudicialem, non est illius citatio necessaria, allegat l. lutius de cuius. vi-

de Fely. in c. cum olim col. 6. de re iud. vide Decium cons. 169. col. 2. versic. 2. similiter non obstat 1. vol.

Attamen prædicta procedunt vbi Princeps derogat iuri alterius, non plene, & perfectè quæsito, sed existenti in specie, sicut est quando procedit 21 ad legitimationem spurij † derogan- do iuri agnatorum non perfectè quæ- sito, sed existenti in specie iuxta nota. per Bal. & Doct. in l. gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posth. & ita lo- quitur Bal. in d. l. nam ita diuus, & tra- ditur per DD. in cap. naturales si de feud. fuer. controv. & est de mente Bal. in c. adoptiuus eod. tit. dum di- cit, quod adoptiuus in præiudicium agnatorum, potest habilitari ad feu- dum, ex quo agnati habebant ius in spe, & non erat eis quæsita successio actu, & ita videtur tenere Alex. cons. 2. vol. 1. quod est repetitum in consil. 228. incip. visis codicillis 1. col. vol. 2. dum concludit, quod Princeps po- test legitimare spurium in præiudiciū agnatorum habentium ius succeden- di in specie, etiam eis non citatis, ex quo is, qui potest facere aliquid ali- quibus inuitis, multo magis eis in- scijs, & non citatis l. qui potest, cum concordantijs de regul. iur. De quo vide Dec. quem non videram quando ista scripsi, qui vtitur hac ratione con- sil. 147. col. 3. vers. non obstat, ergo dum supra 1. vol. nu. 5. sed vbi ius est per aliquem plene quæsitus, tunc ta- le ius non potest per Principem tolli, eo non auditio, vel consentiente, ita Bal. in l. se patris pen. col. C. vnde lib. qui dixit quod iuri translato, non po- test Princeps præiudicare.

Confirmantur prædicta, nam dicta 22 clausula ex certa scientia operatur † solum in his, de quibus præsumitur Principem habuisse notitiam, sicut sunt ea quæ in iure consistunt, in cæ- teris autem de quibus Princeps noti- tiā aliquam habere nō præsumitur, sicut est ius tertij, & alia quæ in facto consistunt, d. clausula non operatur,

vt

vt in c. 1. de constit. in 6. ita notanter in proposito tenuit Bal. in l. fin. eod. sententiam rescindi non posse in fin. col. & sentit Innoc. in c. eam tamen de ærat. & qual.

De hac clausula de plenitudine potestatis vide Dec. cons. 373. 2. col. nu. 8. 2. vol. & idem Dec. cons. 191. 2. col. num. 4. 1. vol. & idem Dec. cons. 269. 2. lib. num. 2. idem cons. 390. num. 13. in 2. parte, vbi etiam de clausula ex certa scientia, & idem Dec. cons. 544. in 3. par. num. 28. & idem Dec. consil. 198. num. 2. 1. par. & de hac clausula de plenitudine potestatis, vide multa, quæ ponit Aymon de antiquit. in 1. parte car. 15. num. 38. & car. sequenti, vbi multa dicit.

Clausula aut de plenitudine potestatis, quamvis non reperiatur in eiusdem privilegijs, attamen quando in eiusdem esset nihil operaretur, nec obstatet, ex quo ipsa clausula operatur solum, quando dominium fuit translatum sola voluntate Principis, seu de iure ciuili, sicut est dominium sola præscriptione quæsitum, quæ causatur dispositione iuris ciuilis, ita Ang. in l. Iulius ff. de euict. qui tenet, quod Imperator potest sine causa auferre rem, acquisitam ex præscriptione, seu vsu capione ex quo talis modus acquirendi inductus fuit ab eo seu de iure ciuili, & hoc idem clarius tenuit Alber. post Odofr. in l. quotiens 6. col. vers. item quærit Odofredus C. de precib. Imper. offer. sequitur Bal. in l. impretrata quæ est lex final. col. penul. vers. sic. sed immidiatè opponitur C. sententia rescindere non posse, inferens ex hoc, quod licet ex sententia sit translatum dominium, tamen valet rescriptum Principis contra sententiam, seu non obstante sententia, & ex eo amittitur dominium quia venit cōsecutive ad sententiam, & rescissa principali rescinditur accessorium l. si ex causa §. 1. de minor. sequitur Abbas cons. 85. incip. illud in summa in fine, sed vbi dominium est quæsumum de iu-

regentium sicut est ex contractu, vt in casu nostro, in quo d. passus fuit ipsi Vniuersitati concessus ad hoc quod teneretur custodire turres ibi edificatas, & sic pro aliquo facto explicando per ipsam Vniuersitatem, quo casu dicta concessio habet vim contractus, vt supra est demonstratum, tunc Princeps, etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius perfectè quæsumum, sine iusta, & rationabili causa, ita Bart. in prohem. ffrum qui mouetur per tex. quem dicit non inueniri meliorem in l. venditor §. si constat ff. communia prædi. & tenet Innoc. in c. quia pleriq; de immunit. eccl. tenet lo. Andr. in regula quod ob causam de reg. iur. in 6. in mercuriali Ludou. consil. 345. incip. circa primum col. 4. vers. ex his igitur tenet expresse Raphael Fulgos. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. qui dicit istam esse communem opinionem, quem sequitur Fely. & cæteri in c. quæ in ecclesiistarum in 15. col. vers. secundum vero membrum dicens prædictam opinionem esse communem, & Scccin. in d. cons. 12. 4. col. vers. secundum fundamentum 2. vol. & vide omnino Ioannem Andr. de Iser. in cap. pri. §. fin. in fin. 8. & 9. & 10. col. de Capit. qui Curiam vend.

Ex prædictis optime deseruit, nam dictis Capuanis fuit asserta immunitas cōcessa hoc modo, videlicet quod seruetur illud quod fuit solitum, & consuetum à tempore retro Regum Sereniss. Domus Aragonum, taliter quod quando d. concessio immunitatis fuisse legitime concessa, dicti Capuani eatenus essent immunes quatenus ipsi probassent tempore dictorum retro Regum fuisse solitum ipsos in d. passu fuisse immunes, ex quo d. qualitas consuetudinis tempore retro Regum domus Aragonum est fundamentum intentionis ipsorum, & 23. ideo per ipsos debet specificè probari, † ita Bart. & ibi omnes Doctor. in l. non solum §. sciendum ff. de oper. nou.

dico quicq; qui dixit, quod vbi certa aquitas, vel certum tempus est fundamen tum intentionis agentia, illa debet specificè probari peragente, alias si ple suorum habet, & ad hoc accedit tex. in L. excom. & ibi per Bal. omnia. Cide probat. & in L. excom. actum sibi de neg. glos. & ibi per omnes Doct. & in L. fin. vbi hoc hæc Bal. C. an seruit ex suo facto not. glos. in cap. venerabilibus in gl. pen. de sententia excom. in 6. cum similibus. videtur ex. ab c. Abbatem. Sancti Silvani, in verbo contra quod fuit, ex aduerso responsu extra de verbis signific. vbi tenba illa apposita in privilegio videbitur. iuxta præteriti temporis motum, non operatur, ut debeat probari: deinceps præteriti, temporis, sed soluantur, quia mos præteriti temporis sic obviavit, per quem tex. ita videtur. scilicet glo. in c. quoniam Abb. in glo. fin. extra de verbis signific. & ita punctualiter tenuit Dec. consil. 169. col. 3. versic. ultimo non obstat vol. 1. Que qualitas scilicet quod ipsi Capuanii fuerint immunes in d. passu tempore retro Regum domus Aragoni, non solum per ipsos Capuanos, non est conclusa, probata, immo per ipsum Magnif. Thomasum fuit sufficenter probatum de contraria consuetudine. Ipsi Capuanos solitos fuisse solvere gabellam prædicto tempore retro Regum in d. passu, ac ipsam universitatem Auerse solitam fuisse ab illis gabellam exigere pro eorum mercibus, & hoc probatur per multos testes d. Magn. Thomasij deponentes super 3. 4. & 5. art. ipsius Magn. Thomasij, & sere per omnes testes deponentes super 1. 4. artic. qui explicite deponunt de solutione dictorum Capuanorum facta in dicto passu, tempore dictorum Regum, & vsq; ad tempus quo ipsa Cittas Auerse eandem gabellam alicuius nauit, quia testes ipsius. & Magn. Thomasij cum sibi plures numero testium Capuanorum debet præferri testibus ipsorum Capuanorum iuxta tex. & glo.

cum ibi notatis per Doct. in l. ob car. nem. ff. de testib. & in l. 3. §. 1. cod. tit. tex. & ibi Doct. in c. in nostra cod. tit. vbi est gl. vlt. in verbo preferenda dicit, quod quamvis in testibus auctoritas & dignitas attendatur magis quam numerus, hoc procedit vbi numerus testium vnius partis, superat alios testes in parua quantitate, sed vbi numerus testium multum excedit, attenditur numerus magis quam dignitas, secundum glos. ibi, quam Doct. sequitur, & Alex. in d. l. ob carnem in Apo- stilla, & quia testes d. Thomasij exce- dent testes Capuanorum in maximo numero id est sunt præferendi, maxi- me quie testes d. Thomasij deponunt de solutione gabellæ à Capuanis facta affirmatiue, & testes Capuanorum de- ponunt negatiue, dicentes dictos Ca- puanos transiisse immunes, ac non solu- nisse gabellas in d. passu, quo casu te- stibus affirmative deponentibus ma- gis credendum est, quam deponenti- bus negatiue, iuxta nota per glo. in l. diem proferre. si plures de arbitrio in verbis inde queritur, & per Bal. & An- ge. in l. hæredes palam in princ. ff. de testam. immo, & Doctor. in cap. quod per nouale de verborum signific. vbi etiam hoc tenet Hostien. Bal. in l. 2. de rescin. vend. cum multis similibus, taliter quod d. priuilegium Capuanorum fundatum in consuetudine tem- pore retro Regum Inclitas domus Ara- gonum, eadem consuetudine non pro- bata immo probata per ipsum Magni- ficum Thomasum contraria consue- tudine dictis Capuanis in aliquo non prodest persupradicta.

Et dato non tamen concesso, quod priuilegia prædicta Capuanorum fuis- sent ipsis legitime concessa, prout non est, attamen ipsis Capuanis dictis priuilegijs, vti non possunt contra ipsum Magnificum Thomasum, stan- te quod tam ante priuilegia prædi- cta, quam post per annos 40. & 50. & plus sponte, & voluntarie soluerunt gabellas ex auctoribus gabellarum, per

K quas

25 quas + solutiones sponte factas ce-  
sentur renunciasse priuilegijs affera-  
rum immunitatum, ipsaq; priuilegia  
fuerunt abrogata, & amissa per su-  
prædictas solutiones sponte factas per  
dictum tempus, ita est tex. in l. p. C.  
de his qui spont. mun. sube. libi 10.  
bonus text. in l. pen. §. fin. ff. de iure  
immunit. & per Doct. maxime Abb.  
& Fely. in c. cum accessissent de const.  
& in l. fin. maxime per las. ff. de con-  
stit. princ.

Nec prædictis obstat, si ex aduerso  
diceretur quod d. priuilegia Capua-  
norum fuerunt, & sunt priuilegia im-  
munitatum, & sic non soluendi, &  
cum respiciant actus reiterabiles per  
solutiones sponte factas, non videtur  
præiudicatum solutionibus faciendis  
in futurum, sed tantum factis in præ-  
teritum, per ea que notat Cy. & me-  
lius Salic. in l. voluntarie C. de excus.  
tutor. & Abb. in d. cap. cum accessis-  
sent. Minime autem obstat si dicere-  
tur, quod dicta priuilegia fuerunt cō-  
cessa Ciuitati Capuz, quo casu per so-  
lutiones sponte factas à priuatis non  
sunt præiudicatum ipsi Vniuersitati  
Capuz per ea que in terminis notat  
Andr. de Barulo in d. l. 2. C. de his qui  
spōre munera sube. nam prædicta pro-  
cedūt, vbi priuilegiatus, vnica vel plu-  
ribus vicibus simpliciter solueret, scū  
particulares vniuersitatis aliquo bre-  
ui tempore soluissent simpliciter, sed  
vbi cum solutionibus factis per parti-  
culares vniuersitatis cōcurreret tem-  
pus 30. vel 40. annorum, per quod  
tempus fuisse facta solutio per priu-  
ilegium, vel per particulares Vnuer-  
sitatis, vel Collegij, seu ecclesiaz ex  
quo per tātum tempus causatur con-  
sensus, & renunciatio priuilegij, tales  
solutiones tanto tempore à particula-  
ribus factæ, bene præiudicant in fu-  
turum, non solum soluentibus, sed  
Collegio, Ecclesiaz, vel Vniuersitati, ita  
probat formalis tex. in cap. acceden-  
tibus, & in c. si de r̄a, extra de priuil.  
& in specie notat Innoc. in d. c. acce-

dentibus qui singulariter dixit q; vbi  
vnus monacus, qui est præpositus agri  
coleadis, soluit declinas, quia hoc  
ignoratur, per concordium, ideo sibi  
non præiudicat, immo statim solu-  
ueret sciato toto vnoventu, per h̄c  
non videtur reduciatum priuilegio,  
ex quotatis solutione præsumitur facta  
causa exacerbandi lites secundum ipsum,  
sed vbi esset per 30. annos solutum,  
tuac contentus non habet excusatio-  
nenis ignorantia, vel voluntatis secun-  
dum quas, & proprietas solutione facta  
tāto tempore per illum particularēm  
præiudicat toto vnoventu, seu mona-  
sterio, allegat cap. si de r̄a cod. tit. de  
priuil. & ibi reddit efficacem diversi-  
tatis rationem, quare in c. acceden-  
tibus requiratur spatium 40. annorum  
ad hoc vt solutio facta per particula-  
res monasterij, præiudicet monaste-  
rio, & in c. de r̄a requiratur spatium  
30. annorum tantum, dices illud pro-  
cedere, quia in c. accendentibus conu-  
lus erat ultra mare, & sic longiori spa-  
tio distans à loco possessionum quae  
erant citra mare, & in c. de r̄a verūq;  
s. monasterium, & possessiones erant  
citra mare, & sic scientia facilius præ-  
sumitur, & ideo breuiori tempore si-  
bi præiudicatur, idem in specie tenet  
Ioannes de Platea in l. 2. C. de his qui  
sponte mun. sub. vbi referendo d. An-  
dreæ de Barulo dicit illud non proce-  
dere, vbi cū solutionibus factis à par-  
ticularibus concurreret spatium 30.  
vel 40. annorum per d. cap. acceden-  
tibus, & c. si de terra, & idem in spe-  
cie tenet Abb. quem cæteri sequuntur  
in dicto cap. cum accessissent col-  
fin. de constit. & idem Abbas in spe-  
cie in cap. pro illo secunda colum. de  
præben. stante ergo solutione facta  
per omnes Capuanos transentes per  
d. passum non solum per spaciū 30.  
vel 40. annorum, sed etiam sexaginta  
& plus, vt plene probatur per ipsum  
Magnif. Thomassum non solum præ-  
sumitur sciētia d. Vniuersitatis Capuz  
stante maxime vicinitate loci, ac fre-  
quen.

quentia Capuanorum trahendi per dictum passum, per quam vicinitatem  
<sup>26</sup> + presumitur scientia ipsius Vniuersitatis, ita probat tex. in c. si. extra qui-  
 matr. accus. possunt, & in c. i. extra de-  
 postul. prælat. & in c. quod dicitis 16.  
 disti. & facit glos. in l. pen. C. de peric.  
 tut. & in c. nulli de elect. in 6. immo ex  
 dictis solutionibus tanto tempore fa.  
 Etis causatus fuit consensus d. Vniver-  
 sitatis Capue per quem consensum vi-  
 detur d. priuilegio renunciatum per  
 supradicta.

Confirmantur prædicta ex his, quæ  
<sup>27</sup> + notat Ant. de Burr. & Imol. in d. c.  
 cum accessissent qui dicunt, quod vbi  
 priuilegium concernit mixtim eccl.  
 esiam, & personas per contrauentiones  
 personarum, & particularium eccl.  
 es, perditur priuilegium in totum, &  
 ita intelligunt tex. ibi, & in c. cum in.  
 & sequitur ibi Fely. col. 15. versic. et  
 prædicta declarat hic Dñus Ant. &c.  
 et prædicta potissime procedunt, cum  
 appareat de scientia, et voluntate d.  
 Vniveritatis Capue circa solutionem  
 d. gabellæ in d. passu, quæ voluntas  
 demonstratur per acta Regie Camere  
 Summariae, in quibus apparet, quod  
 eadem Vniveritas Capue obtulit in  
 eadem Reg. Cam. petitionem peten-  
 do moderari solutiones Capuanorum  
 in dicto passu, et eas reduci ad debitam  
 summariam, offerentes velle solvere il-  
 lud, quod erat solutum solui expresse  
 confitendo, ipsam Vniveritatem, et  
 homines ipsius tenori ad solutionem  
 gabellæ in d. passu, quæ confessio in  
<sup>28</sup> iudicio facta bene probat + contra eā  
 dem Vniveritatem Capue l. cum pre-  
 sum C. de liber. causa, etiam in favore  
 d. Vniveritatis Auerse absentis, iuxta  
 notata per Bar. in l. certum s. si quis  
 absente ff. de confessis. notat. Bal. in l.  
 vnic. penul. col. in fine C. eod. fit.

Nec obstat si diceretur, quod dicta  
 confessio fuit facta per Sindicos, et  
 administratores d. ciuitatis Capue,  
<sup>29</sup> quorū confessio nō + presudicat Vniver-  
 sitati per iura vulgaria, nam pro-

dicta procedunt, quando procurator  
 vel administrator voluntariæ confite-  
 tur aliquid contra Vniveritatem, vel  
 eius principalem, ex quo talis volun-  
 taria confessio ipsorum censetur do-  
 natio, quæ procuratori, vel admini-  
 stratori est interdicta l. contra iuris ff.  
 de pact. sed vbi confessio prædicto-  
 rum est facta per modum contentio-  
 sæ iurisdictionis in iuditio illa bene va-  
 let, et præjudicat Vniveritati, seu ec-  
 clesiæ, ita Bar. in l. certum s. sed an  
 ipsis ff. de confess. col. 2. et notat ex-  
 presso Bal. in l. vnic. colum. 17. ver-  
 sic. porro si confiteatur aliquid in li-  
 bello C. de confessis, qui dicit, quod  
 confessio talium in libello facta re  
 non integra bene præjudicat. sentit.  
 Bar. in l. ex hac scriptura in fine ff. de  
 donat.

Et maxime, quia prædicta narrata  
 per dictos Capuanos in dicto eorum  
 libello, & actis habent præsumptionē  
 iuris scilicet, qd ipsi Capuani tenean-  
 tur ad solutionem d. gabellæ stante  
 ipsorum Capuanorum solutione ip-  
 sius gabellæ per tot annos, vt supra,  
 quo casu confessio administratoris be-  
 ne præjudicat Vniveritati vel eccl.  
 es, ita probat tex. quem ibi ad hoc no-  
 nat Abbas in cap. si diligenter in 3. not.  
 extra de præscript. refert & sequitur  
 Franc. Curt. in tract. feudorum in pri-  
 ma parte q. 8. col. 9. in princ.

Et quamvis ex aduerso dicatur, qd  
 iura dictæ Vniveritatis Auerse fue-  
 runt discussæ in d. Regia Camera, & ea  
 audita fuit pronunciatum cōtra eam,  
 attamen, quia lis prædicta fuit agita-  
 ta, & sententia prædicta lata ipso Ma-  
 gnifico Thomaso inscio, & aliter non  
 citato, nec auditio lis prædicta, & sen-  
 tentia cum d. Vniveritate Auerse agi-  
 tata, & lata non afficiat ipsum Magn.  
 Thomasum per tex. in l. sape, & ibi  
 per omnes Doct. ff. de re iudic. notat.  
 expresse Innoc. quem omnes sequun-  
 tur in cap. quamvis extra de re iud. &  
 idem Innoc. in c. ex parte deçani ext. de  
 rescript. taliter, qd probationes factæ

## ALLEGATIONVM

per dictos Capuanos in d. iuditio contra ipsam Vniuersitatem Auersæ, aliquid non probant contra ipsum Magnificum Tomasium non citatum, ac notitiam aliquam non habentem de d. lite per ea quæ dixit Bart. in d.l.sæpe in fin. & not. Abb. in d. c. quamvis 30 in principio dicens, † quod quibus nocet sententia, nocent etiam probations allegat c. inter dilectos versic. nec attestations, ext. de fid. instrum. not. Innoc. in c. causam quæ de testib. not. Bar. in l. si pro lusorio §. 1. de appellat. & idem Bar. in l. si superatus in fine ff. de pignor. & quoniam ipse Magnificus Thomasius per emptionem, & subsecutam traditionem d. passus effectus fuit Dominus ipsius, potest vti iuribus, quæ competebant dictæ Ciuitati Auersæ, circa exactiones d. gabellæ à Capuanis iuxt. tex. in l. dollia §. fin. ff. de contrah. emp. & in l. si tibi §. pactus ff. de pact. cum simil. Ideo ipse Magnificus Thomas ab impetitione dictorum Capuanorum absoluendus est per supradicta. Cætera suppleat Sacrum Regium Consilium, & Magnificus causæ Commissarius, iuxtitulum, ut quæ desunt aduoc.

Quoniam pro parte Capuanorum forte posset allegari, & prætendi quod in eorum priuilegijs assertur, quod Rex propter bonum publicum concedit immunitates Capuanis, & sic Principem processisse cum causa ad tollendum ius quæsitum Vniuersitati Auersæ, quod Principi permittitur, per iura, & decisiones superius in alijs allegationibus notatas.

Dico quod cum in toto processu de super agitato nihil appareat verificatum de imminenti publica necessitate, vel alio bono publico, ex quo Princeps fuisset inductus, vel debuisset induci ad tollendum ius tertij, Principi 31 pi † assertenti iura tertij, tollere propter bonum publicum, non creditur, 32 nisi aliter probetur † ita punctualiter tenuit Philip. Dec. in c. quæ in Ecclesiastiarum col. 10. in fin. vers. & ex istis

rationibus de constit. qui dicit, quod non est credendum assertioni Principis afferentis causam sub esse in sua dispositione, quam facit contra ius gentium, vel naturale. Et ad hoc optimè deseruiunt nota. per Bar. in l. si forte ff. de castr. pec. qui dixit, quod vbi aliquis est prohibitus disponere sine causa, sed cum causa, bene potest disponere, quod assertioni ipsius super d. causam non creditur, nisi probetur, not. expresse Philip. Dec. cons. 20. 1. col. vers. prima igitur & principalis 1. vol. & plene Alex. cons. 101. col. 4. & 5. 1. vol. & aliquid per Alex. cons. 17. incip. viso instrumento 2. col. vers. nec obstat 4. vol. vbi vtrum creditur Prælato afferenti in venditione bonorum ecclesiæ interueniente tractatum, & Philip. Dec. cons. 36. 5. col. vers. ultimo non obstat 1. vol. & ad hoc optimè deseruiunt notat. per Franc. de Aret. in cap. 2. in 5. col. vers. sed quæritur pro declaratione extra de probat. qui dixit, quod vbi statutum sit contra ius gentium, vel diuinum, causa expressa in statuto non præsumitur vera nisi probetur, & inter cæteræ allegat l. cum quis decedens §. titia ff. de leg. 3. vbi assertio etiam cum iuramento facta à persona suspecta, non facit fidem, & personæ dicuntur suspectæ secundum eum illæ, quæ regulariter sunt prohibitæ aliquid facere, & non posunt illud facere nisi ex causa, & idem videtur tenere Bar. in l. diuus in final. verb. ff. de adim. lega. vbi dicit, quod non statutus cause appositæ in statuto auferente beneficia alteri concessa, & an creditur Principi afferenti aliquid facere causa remunerationis, vide Dec. consil. 191. col. 2. num. 4. vol. 1.

Et ad hoc accedat, nam tunc dicetur Princeps aliquid facere propter bonum publicum quando fuisset regnū in discrimine belli, & pro pace habenda auferret res priuati per ea quæ solet Ang. in l. conventionum ff. de pac. qui dixit, quod si Dñus haberet guerrā, potest

potest pro pace habēda remittere iniurias, & damna illata subditis, allegat Innoc. in c. in nostram extra de iniur. & dam. dato, & idem tenuit Ange. in l. venditor s. si constat ff. com. prædi. & idem expresse tenuit idem Angel. in l. antiocensium ff. de priuil. cred. qui dixit, quod Ciuitas per statutum ex causa potest tollere ius singularium personarum, & inter causas iustas dixit ipse est si per tales ablationem iuris sedatur scandalum populi, allegat Innoc. in d. cap. in nostra. & tenuit Raphael Fulgos. consil. 143. & in specie Cardin. Florent. consil. 86. quod incip. Dominus Nicolaus, qui concludit qd Ciuitas potest proprium contractum cum subdito gestum reuocare, & contra illum venire, quando hoc facit ex causa pacis, vel alia causa publica, & inter cætera mouetur per tex. in d. c. in nostra. & an, & quando Ciuitas vel Princeps propter bonum publicum possit auferre iura priuatorum, vide Ludou. consil. 310. incip. in casu proposito consultationis.

Cum autem in processu nihil horū appareat, nec aliter probetur per ipsos Capuanos alia causa concernens bonum publicum, non est assertioni eorum privilegiorum credendum, in quibus ad ipsorum postulationem, & suggestionem asseritur concessa immunitas pro bono publico.

33. Et ad prædicta optime deseruit. Nam quando Princeps pro bono publico auferit ius tertio, illud facere nō potest, nisi prius soluto pretio Dño rei, ita notanter tenuit Ang. in consil. 139. incipien. visis omnibus 3. col. dicēns hoc fuisse de mente Innoc. in c. 1. in 2. col. de consuet. & est glos. not. in l. fin. C. quib. ex caus. serui. pro pre. liber. atti. & bonus tex. in l. 2. quæ incipit serui. ibi pretium à fisco recipiūt eod. tit. & ibi notabiliter Bal. dicit qd si Ciuitas vult facere fossatum aliquod. in agro alieno, debet ei soluere ptatum, & sic dicit in Principe volente priuare aliquem domino rei sue, quod illud

non debet facere gratis, & in specie tenuit Archi. in c. per principalem post princ. nona q. 3. tenet expresse Felyn. in C. quæ in Ecclesiarum col. 11. vers. 1. declaratio primi membra num. 21. extra de confit. notant moder. maxime Ias. in l. Barbar. ff. de off. præ.

Et quia aduersus scripturas Regiae Cameræ productas pro parte d. Magnifici Thomasi in quibus Sindicus Vniuersitatis declaravit in ipsa Regia Camera quod hñes Capuani exigebant plus solito, & intendebant soluere solum iuxta solitum; opponitur pro 34 parte Capuanorum, qd non appetat aliquid de sindicatu comparentis pro Vniuersitate Capuae, & propterea ex diuturnitate temporis, sollemnitas mandati non præsumitur iuxta not. per Bal. in l. 2. C. si ex fals. instr. in vers. quero quid si Dñus, & idem Bal. in l. 1. C. de reb. alie. non ali. sequitur Alex. in l. sciendum 5. col. ff. de verb. oblig. qui etiam dixit, quod tempus mille annorum nō facit præsumere sollemnitatem mandati, dicitur, ac respondeatur, quod prædicta non obstant ex multis, & primo quod prædicta procedunt, vbi simpliciter allegatur mandatum Procuratoris in personam alii cuius, & nihil demonstratur, sed in casu nostro in eadem Regia Camera, & in actis ipsis, quæ sunt publica, cōparuit quidam Capuanus, tanquam Sindicus Capuanus, & obtulit petitionem grauando se ab indebita exactione Gabelliorum, quo casu mandatum procuratorum erat necessarium ad validitatem actus prædicti, & ideo 35 ille qui tanquam p. procurator cōparuit præsumitur procurator, quia actus aliter nō valeret, ita probat rex. in l. optimam C. de contrah. & cōmit. stipulat. quam l. ita declarat, & intelligit ad hoc propositum Ant. de Butr. in cap. illud de præsumpt. & ibi Abb. in 3. col. in 2. intellectu, qui dicit, quod vbi in p. instrumento enunciatur aliquid quod sit de substantia, & necessarium ad validitatem illius actus

actus, qui geritur tale instrumentum probat enunciatum, & illam declarationem ad dictam l. optimam ut supra sequitur Mattesil. in nota. 79. alias 80. & Ang. notab. in l. iuris gentium s. quod fere in fin. verb. de pact. sequitur Alex. cons. 136. incip. viso, & examinato processu fin. col. vel potest responderi 1. vol. & Dec. cons. 3. 4. col: vers. & ista conclusio eodem vol. Item quia d. Sindicus d. Ciuitatis Capuae qui in d. Regia Camera Comparuit, & obtulit petitionem, & produxit sententiam moderationis gabellæ d. passus fecit multas expensas in prædictis, quo casu stantibus antiquitate temporis, & omnibus prædictis præsumitur Sindicus, & mandatum prædictum præcedere ita est decisio Rotæ 3. in antiquis in tit. de causa possessionis, per quam decis. ita firmat Dec. consil. 42. in 7. col. vers. tertio respondetur 1. vol. & idem Dec. consil. 36. col. 4. & 3. eod. vol. Quibus ergo stantibus dicto sindicatu comparentis nomine Vniuersitatis Capuae, non est dubitandum, & similiter de eius confessione, ut supra facta.

37 Epistolæ autem, seu + literæ mississimæ Ciuitatis Capuae destinatae Ciuitati Auerse, ex quo sunt sigillatae auctentico sigillo d. Ciuitatis Capuae, & ipsæ literæ fuerunt acceptate per Vniuersitatē Auerse, ex quo simpliciter fuerunt inuenitæ penes ipsam Vniuersitatem Auerse optimè probant absq; alia verificatione ita est nota. tex. in l. si qua per calumniam. C. de Episco. & Cler. & ibi hoc natat Bal. & cæteri per quem tex. ita tenuit Abb. & cæteri in c. 2. de fide instrum. notat Bar. in l. nulla ratio ad fin. ff. de donat. & Bar. & Moder. in l. admonendi de iure iuran. & maxime Iaf. in repet. & Bar. in l. si publicanus ff. de publ. & quia ista est communis, & vera conclusio ideo in hoc aliter non insiste.

Nec obstat, si dicatur ex aduerso, q; in d. priuilegio Regini Affonsi adegit clausula decreti irritantia, + quia clausula

existente licet probatum fuerit per ipsum Magnificum Thomasi ipsos Capuanos indifferenter soluisse in d. passu gabellam vniuersitate sciente, & paciente, nihilominus ipsorum solutio, & consensus nihil potuit operari per tex. cum ibi nota. per Abb. in cap. dilecto de preben. & glo. & Doct. in c. statutum s. fin. de rescript. in 6. cum alijs iuribus vulgar. nam d. clausula decreti in casu de quo agitur, nihil operatur stante quod ipsa apparet cui dexter apposita in dicto priuilegio mero fauore Capuanorum, quo casu talis clausula habet, seu habere intelligitur tacitam conditionem, videlicet si eadem priuilegio ipsi Capuani usi fuerint, vel uti voluerint, ita quod eadem conditione non impleta virtus d. clausula suspenditur, seu nihil operatur. Ita punctualiter tenuit Fely. in c. ceterum col. 14. & seq. de rescript. ubi dicit, quod ubi talis clausula decreti apponitur in priuilegio mero fauore partis, ita quod concedens non cogitauit, nisi complacere parti, talis clausula habet tacitam conditionem subintellestam videlicet si ea pars uti vocauerit, ita quod tali conditione non impleta effectus d. clausula nihil operatur. Secundum eum multa ad hoc allegantem, & inter cætera allegat quod sicut quando ipsa clausula decreti habet expressam conditionem in se non impleta conditione ipsa clausula nihil operatur, ut in clement. vnic. de concess. præbe. ita est etiam quando habet tacitam conditionem, ut est præcedens, & idem tenuit Felyn. in cap. cum aecessissent s. col. vers. hanc declarationem, & prædicta limita de constit. sequitur Alex. consil. 93. incip. consideratis his quæ in temate s. vol.

Et quamvis ex aduerso dicatur, quod dictus passus fuerit concessus vniuersitati Auerse pro custodia turrium & alijs oneribus, attamen quia redditus excedunt onera, & sic in eo quod excedunt est gratia, & non contractus & poterit per Principem reuocari, per

39. pér. tali. ius. tunc puerum s. de ob-  
seq. pat. presta. Attamen quanvis il-  
de. rex non faciat ad propositum, & da-  
tam pro gratia sit longe minus ipsa  
gratia coacta per viam contractus,  
mihilominis priuilegium est iuris-  
curiae ita puerum tenuit. Frat-  
cis. de Aret. in cap. 11. col. 2. in his. de  
constit. qui dicit ita intelligero rex.  
ibi, & quod ibi per Bal. in c. r. de nat.  
fca. ex quibus recte conludead ut  
videtur, quod d. Māgnificus Thoma-  
sus ab imp̄tione Capuanorum ab-  
solvendus est.

**D D I T I O N E S.**

**A** Denumerum decimum, in quo consistit  
tota vis harum allegationum mei. Aui,  
Adduco pro confirmatione eorum, que  
scripti, quod priuilegium per Reges huius  
Regni concessum Ciuitati Auerlante, non  
potuit soli per aliu priuilegium posterius  
concessum Ciuitati Capua, sine speciali re-  
vocatione, late comprobat Io. Vincen-  
tius de Anna in allegat. 53. num. 26. cum se-  
quentibus, nam priuilegium Regis non de-  
rogat tertio, sine speciali nota, praesertim  
in priuilegio concessio universitati, quia de  
illo debet fieri specialis intentio Bar. in l.  
prædia G. de locat. præd. ciuitium lib. 11.  
Aff. in c. 1. s. si facta num. 34. in tit. si de  
feudo defuncti militis. Ias. in l. fin. col. fin.  
C. de pactis. Ruinus. in cons. 63. num. 12.  
vol. 4. nec Rex videtur præjudicare priu-  
ilegio testij de quo mentio facta non est Dec.  
cons. 292. col. 2. nec per secundum priu-  
ilegium concessum Capuanis derogatur pri-  
mo priuilegio concessio Auerlanis, si non  
fit intentio specialis, c. veniens in glos. in  
verbō nullam, extra de prescript. Doc-  
tores in c. 1. extra de rescriptis, Dec. cons.  
247. Anna in allegatione 69. num. 34.

Abb. Jo: Hirr. de Mauro.

### S V M M A R I V M .

I Is qui pro alio se obligat, ut  
principalis in effectu erit fide-  
iussor, & habet beneficia fide-  
iussorum, ut primo principalis  
excusatatur.

- 2 Bona possessa per Prælatum an-  
presumantur ecclesie si non ap-  
pareant aliunde obvenia.
- 3 Ecclesia non tenetur ad saluen-  
da debita contracta per Præla-  
tum non ex necessitate ecclesie.
- 4 Prælatus quando possit donare  
vel facere elemosinam, & quo  
modo?
- 5 Prælatus premittendo, non po-  
test obligare ecclesiam, nec bo-  
na ecclesie.
- 6 Ex contractu inito cum Pra-  
lato non obligatur successor  
etiam in locatione.
- 7 Legatum factum diuini, non di-  
citur ad pias causas; immo do-  
nare diuini, dicitur prodigalitas.
- 8 Modicum vel magnum consi-  
deratur respectu personarum.
- 9 Officia ecclastica iudicantur  
ut spiritualia.
- 10 Inspicitur illud quod princi-  
paliter agitur.

### ALLEGATIO 17.

**I**N materia spolijs ecclastici  
in bonis Prælati per Nuncium  
Apostolicum, & an Creditores  
Prælati mortui, sint prius satisfa-  
ciendi.



N causa Illust. Magni  
Cællarij huius Regni,  
cum Camera Apostoli-  
ca, ac Magnif. Andrea  
Sbarra conuentis super  
petitionem ducatorum  
decem mille super spo-  
lijs

lijs quondam Reuerendissimi Cardinalis columnæ virtute promissionis sibi factæ à præfato Reuerendiss. Cardinali pro dotibus uxoris ipsius Illust. agentis, & alijs, vt ex processu.

Sustinendo partes Cameræ Apostolicæ, & dicti Magi. Andreæ cunctorum, dico ipsos debere absoluvi ab impetitione ipsius agètis. Prius tamen presupposito quod d. quondam Reuerendiss. licet promiserit dictas dotes ducatorum decem mille proprio, & principali nomine, attamen dici debet merus fideiussor stante qd ip. princ. capitulorum matrimonialiū promisi ipse Reuerendiss. Cardinalis facere quod illi. Iulius Columna pater d. Dñs Portiæ det in dotem dicto illi. Agenti scutoſ decem mille pro dotibus d. Dñs Portiæ filie d. illi. Iulij. Sicq; cum onus dotandi d. Dñam Portiam spectauerit ad ipsuam illi. Iulium eius patrem iux. tex. in l. fin. C. de dotis 3 promiss. cum alijs vulg. licet + post promissionem predictam; ipse Reuerendiss. promiserit dictas dotes pprio nomine, dici debet merus fideiussor, ita punctualiter tenuit glos. In auth. de fideiuss. in verbo fideiussore versus si. ne, per quam glos. ita tenuit Alex. in l. dictantibus C. de testamentis dicens quod is qui in veritate pro alio se obligat, & promittit ut principalis, est fideiussor, & habet beneficia fideiussorum, & idem tenuit Salic. in auth. pñti. C. de fideiuss. not. expresse Paul. de Cafr. in l. sed Iulianus in princ. ff. ad Maced. & Alex. plene cons. 32. penult. colum. versic. tertio principali. ger 4. vol.

2. Alio etiam presupposito, + quod omnia bona remansæ post mortem d. Reuerendiss. Cardinalis quæ viuens tenuerat, fuerunt ecclesiæ etiam co. viuente, & post eius mortem reman. serunt in dominio ecclesiæ; tanquam quæsita, & ad ipsum peruenta de bonis ecclesiarum quæ obtinebant, ex quo non apparent aliunde obuenta, nec ipsum habuisse alia bona patrimo-

nalia ita probat tex. formalis, & ibi notant Doct. in c. i. extra de pecal. clerici bonis. et in cap. 1. 12. q. 3. in tantum quod alias dixit notanter Ponor. in cap. 1. in fin. per illum tex. extra de testib. quod ecclæsia habet intentionem fundataen. super omnibus bonis possessis per Prælatum defun. stum, ve presumantur quæsita de bonis ecclesiæ, nisi probetur ex aduerso, illa fuisse patrimonialia quod etiā tenuit Iohannes Andr. in c. 3. extra de pecul. clér. vbi Abb. dixit, quod hoc tenent communiter Doct. dicens, qd siue constet Prælatum tempore promotionis nihil habuisse, vel de hoc dubiterur ecclesia habet intentionem fundatam in omnibus bonis possessis per Prælatum, ita quod hæredi vel alij dicenti bona aliunde fuisse quæsita incumbit quæ probandi.

Quibus presuppositis, + quia debitu predictum appareret fuisse contra dictum per supradictum quondam Reuerendissimū contemplatione d. illi. Iulij Columnæ ad quem spectabat dicta eius filiam maritare, & non pra aliquia necessitate ecclesiæ ipsa ecclesia, quæ est Dñs dictorum bonorum remansorū ut supra non tenterit ad ipsorum solutionem, ita probat tex. & ibi hoc notant Doct. maxime Abb. Innoc. & cæteri in c. i. extra de solut. vbi Abb. dicit, quod ad debitum contractum per Prælatum ita demū obligatur ecclesia si probetur illud fuisse contractum pro necessitate ecclesiæ, alias successor, vel ecclesia non tenterit, idem probat tex. in c. i. vbi hoc etiam notant Doct. extra de depos. bonus est tex. vbi hoc etiam not. Abb. & cæteri in cap. ex presentium extra de pignor. hoc etiam tenuit notabiliter Hostiens. in cap. venient extra de transact. & in specie Dñi de Rota in suis decis. 33 i. in tit. de oblig. & solut. in antiquis.

Confirmantur predicta nam d. illi. agens prætendit sibi debere solui de bonis remansi post mortem dicti Reueren-

verendissimus & sic de spolijs, & illi  
sibi pro debito debere in solidum da-  
ri, seu adiudicari taliter quod pro so-  
lutione dicti debiti essent alienanda  
bona remansa post mortem d. Reue-  
redissimi tam stabilia, quam mobilia,  
sed ubi pro soluendo debito per Præ-  
latum contracto sunt alienanda bona  
stabilia, vel mobilia preciosa ecclesiae,  
oportet quod probetur non tantum  
quod debitum fuit contractum pro ne-  
cessitate ecclesie, sed quod illud fuit  
conuersum effectualiter in ipsius uti-  
litatem, & aliter prælatus successor,  
vel ecclesia non tenetur, ita notanter  
tenuit Abb. & alij in c. quod quibus-  
dam 1. col. extra de fideiuss. qui moue-  
tur ratione, quia sicut prælatus dire-  
cte non posset alienare talia bona sine  
evidenti necessitate, seu utilitate ec-  
clesiae, ac servata solemnitate c. sine  
exceptione 12. q. 2. ita nec indirecte  
accipiendo mutuum, vel alium con-  
tractum faciendo occasione cuius opor-  
teat peruenire ad distractionem bo-  
norum, vt ibi per eum allegantem In-  
noc. in cap. 1 de deposit. idem expres-  
se tenuit Bar. Bal. & omnes in auth.  
Hoc ius porrectum C. de sacro sanct.  
eccles. & Bar. Alexan. & cæteri in l. ci-  
uitas ff. si cer. pet. Bal. notabil. in cons.  
353. incip. sicut ciuitas & ecclesia 3.  
vol. Angel. in cons. 244. 2. & 3. col. &  
Calder. cqnsil. 1. de deposit. quia ergo  
d. Reuerendissimus contraxit debitum  
prædictum pro alio se obligando, nec  
illud tendit aliquo modo in utilitate  
ecclesiae & bona prædicta remansa post  
eius mortem, semper fuerunt in do-  
minio ecclesiae, merito ecclesia Dña  
bonorum, in cuius utilitatem aliquid  
non fuit versum, ad ipsius solutionem  
non tenetur.

Maxime quia ipse Reuerendiss. se  
obligando, & fideiubendo pro d. Ill.  
Iulio notorie diuite, & in processu pro-  
batur, non potuit ecclesiam obligare,  
vt notanter tenuit Dñus Abbas in c.  
1. extra de fideiuss. qui dixit quod sic  
clericus potest fideiubendo pro alio

se obligare, quando hoc facit pro lai-  
co indigenti, secus autem videtur quan-  
do pro diuite, vel indifferenter hoc  
facit per tex. illius decretalis, quia  
tunc ipse licet sit obligatus de patri-  
monio, vel de fructibus ecclesie eo vi-  
ente satisfacere iuxta tex. in c. per-  
uenit eodem tit. ecclesiam tamen non  
obligat per supradicta.

Et licet extraneus promittendo  
dotem pro muliere videtur donare  
iuxta tex. in l. vnic. 9. accedit C. de  
rei vxor. act. possitq; Prælatus viuens,  
aliqua de bonis ecclesiae donare, iux-  
ta tex. in cap. cæterum extra de do-  
nat. cum alijs vulgar. † Attamen di-  
ctus Reuerendissimus promittendo d.  
dotes ducatorum decem mille, non  
potuit obligare ecclesiam, ex quo ipse  
non potuit nisi moderate, & pauperi-  
bus donare elemosinaliter in vita, &  
non ultra, ita est tex. formalis in cap.  
relatum el 2. & in cap. ad hæc de te-  
stam. ex quo talia largiendo, & mode-  
rate donando, facit tanquam admini-  
strator ecclesiae ad quem spectat di-  
spensatio bonorum ipsius ecclesiae per  
quam rationem ita dixit Abb. in re-  
pet. cap. cum esses 9. colum. in princ.  
de testa. & idem s. quod Prælatus vi-  
uens pauperibus moderate elargiri  
possit, tenent omnes Doct. in dicto  
cap. cæterum, & in specie norat Ant.  
de Butr. in cap. 2. eodem tit. de donat.  
qui dixit quod prælatus potest modi-  
cum donare, non immoderate, etiam  
de bonis mobilibus, & fructibus ecclie-  
siae, & aliter donationem tenet, ex quo  
sunt cum prælatus est procurator ecclie-  
siae, vt dicit tex. in dicto cap. 2. cui in-  
terdicta censetur donatio bonorum  
principalis vulg. l. contra iuris ff. de  
pac. pro quo est bonus tex. in cap. cum  
olim il seconde in verbo præterea ex-  
tra de priuil. ubi donatio duorum mil-  
lium baractinorum facta monaste-  
rio per Colubrensem Episcopū, post-  
quam fuerat ad Episcopatum pron orus  
tuit reuocata, & monasterium corde-  
natum ad eorum restitucionem; Im-

## ALLEGATIONVM

- mo dixit Anton. de Butr. in dicto cap. cæterum, quod etiam existētem consuetudine. Prælatus solus non potest immensam donationem facere de bonis ecclesiæ, & tanto magis prædicta procedunt, quia dictus Reuerendissimus non donauit aliquid de fructibus reconditis, quos forsitan suos fecisset in vita iuxta notata per glos. & DD. in c. præsenti de offic. ord. in 6. sed talia promittendo obligaret ecclesiæ.
- 8 quando promissio t̄ esset efficax quod omnino est improbatum, vt dicit Anton. de Butr. in d. cap. cæterum, & in specie Io. Andr. ibi, qui dixit quod in casu, quo Prælatus donare potest de superfluis non poterit talia faciendo obligare ecclesiæ per tex. in cap. 2. de solut. & ad hoc accedant notata per Innoc. & cæteros in cap. fin. extra ne præla vices suas, vbi dicit quod si Prælatus locauit bona ecclesiæ, etiam in casu licito, & post locationem prædictam moriatur, ex tali contractu
- 6 t̄ initio cum Prælato non obligatur ecclesiæ eo mortuo, licet in eiusdem Prælati vita, ipsa fuisset obligata, quod etiam tenuit Bal. in l. iubemus C. de sacro sanc. eccles. maxime autem prædicta procedunt, quia d. Illustr. Dñus Julius Pater mulieris, est diues, potens eius filiam maritare, vt in processu plene probatur, taliter quod d. promissio processit sola affectione, & ideo censetur inefficax secundum opinionem Alani relatam per Doctor. in d. cap. cæterum, & ad hoc optime deseruit tex. in cap. pastor ecclesiæ prima q. 2. vbi dicitur quod Pastor ecclesiæ his, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quandoquidem nil aliud sit habentibus dare, quam perdere per quem tex. dixit Bal. in l. prima 11. column. C. de sacro sanct.
- 7 eccles. quod legatum factum t̄ diuini non dicitur ad pias causas, immo dare diuini dicitur prodigalitas secundū eum, q̄ etiam tenuit Bar. ibi in 7. col.
- 8 Et quamvis modicum, t̄ & magnū sit considerandum respectu persona-

rum iuxta notata per glo. in l. sed & si suscepit per illum tex. ff. de iudic. fueritq; d. Reuerendissimus vir magnæ auctoritatis, & nobilitatis, & sic respectu dantis, & eius cui dabatur dici possit modicum per illam glos. Attamen illud consideratur in bona proprijs donantis, non in alienis pro ut sunt bona per Prælatum possessa, quæ sunt ecclesiæ, vt supra dicitur; ac etiam quia modicum, & magnum cōsideratur in casu de quo agitur secundum consuetudinem ecclesiæ, vt dicit Ant. de Butr. in d. cap. cæterum, quæ consuetudo donandi in tam magna quantitate, etiam per magnos Prælatos aliter in processu non est probata, properea talis promissio sit immo- ca, tendens ab obligandum ecclesiæ, maxime in fauorem ditissimi consan- guinei, non videtur sufficiens ad obli- gandum ecclesiæ.

9 Et quamvis ex t̄ aduerso dici pos- sit, quod d. Reuerendissimus habuerit officium Vicecancellarij, & quod d. officium habuerit diuersa officia soli- ta vendi, ac exponi venialia, quæ d. Re- uerendissimus alias vendidit pro im- mensa quantitate, attamen quia d. offi- cium Vicecancellarij fuit & est offi- cium ecclesiasticum, vt probat tex. iunctis ibi notatis per Cardinalē Za- ba. in clem. 2. vers. eo tamen de elect. qui dixit, quod Vicecancellarius est maior in Curia post Papam, & dicit Ludou. Gome. in regula Cancellarie de infirmis resignantibus q. 22. quod quamvis officium Vicecancellarij Cam- merarij, vel maioris Penitentiarij sit officia mixta, tum quia non dantur nisi habentibus aliquem ordinem sa- crum, & sunt annexa ordini, & hodie adherent pileo Cardinalatus, iudican- tur vt spiritualia, argum. cap. de iudic. & tenet Nicol. de Vbal. in tract. de success. ab intest. col. pen. secundum ipsum in d. q. 22. car. 50. & ideo tale officium cēsetur beneficium, ita pro- bat tex. in c. fin. in princ. de conceq. præben. in 6. & ibi hoc tener Oñicus dicens,

dicens, quod appellatione beneficiorum ecclesiasticorum comprehenditur officium secundum ipsum quibusstantibus dici debet, quod dicta officia vendi solita quæ sunt pertinentia ad officium Vicecancellarij nō mutant naturam dicti officij, seu beneficij, ex quo ipsa sunt accessoria ad dictum officium, & sunt introitus dicti Vicecancellariatus, taliter quod in causa su nostro + attenditur principaliter & non accessorium, ita probat tex. in l. in emptione ff. de contrahend. empt & ibi Bar. in vlt. not. dicit quod inspicimus id quod est principale, inferens ad quæstionem, vt ibi per eum, & idem tenuit Bar. in l. arist. ff. de domat. qui dixit, quod quando in contraetu posset esse emptio & permutatio, inspicitur illud quod est principaliter actum, pro quo allegat bonum tex. in c. ad quæstiones extra de rerum permut. & ad hoc possent multa adduci. Ex quibus videtur posse rectè cōcludi quod Camera Apostolica conuenta deber absolui ab impetione d. Illust. Agentis.

## ADDITIONES.

**A**D numerum primum, substituendo partes mei Aui hic ad confirmationem eorum quæ hic scripsit, dico, quod qui promisit per aliquo soluere, quod onus ad ipsum non spectabat, dicitur verè fideiussor indemnitatis, declarat Bar. in l. quæroff. locati, Alex. in cons. 32. in causa num. 2. vol. 4. & in cons. 29. num. 22. vol. 7. Hipp. in repet. rubrice de fideiussor. nu. 33. Guid. Papa decis. 570. dominus Gratus cons. 14. 2. vol. Curt. Iun. cons. 36. 1. vol.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SYM MARI V M.


- 1 *Ex priuilegio numerus actuariorum sacri Regij Consilij ultra tresdecim augeri non potest.*
- 2 *Quando priuilegium iudicetur*

- personale, vel reale, ita quod non extinguitur cum persona?
- 3 *Cofirmatio priuilegij nihil novi tribuit.*
- 4 *Quando priuilegium ammittitur propter non usum.*
- 5 *Negotijs auctis numerus actuariorum augeri debet?*
- 6 *Epistola transmissa per Principem habet vim legis.*
- 7 *Princeps duas dignitates potest unire, & disunire, sic & officia.*
- 8 *Denominatio fit à digniori, quando habenti officium adiungitur aliud officium dignius.*
- 9 *Ideo concessio officio digniori intelligitur includi aliud annexum minus dignum.*
- 10 *Quando Princeps uniuit duo Castra in unum qualiter fit denominandum, & quid erit de rebus, & iuribus eorum.*
- 11 *Quando concessio per Principem alicui facta fit intuitu officij, non extinguitur per mortem personæ, sed est perpetua, & Realis.*
- 12 *Regi dicenti, quod feudum, vel officium vacat propter culpam nō creditur, nisi aliter probetur.*
- 13 *Tolerantia Principis dat titulum solum presumptum.*
- 14 *Quid si non probetur tolerantia Principis, sed Proregum, vel officialium Regni, an hoc sufficiat?*

**E**s Gestum à maiori parte atten-  
ditur fauore dirimendarum  
litium.

## ALLEGATIO 18.

**P**rinceps vltra numerum cer-  
tum, an possit augere Offi-  
ciales contra priuilegium.



**N** causa nobilis Antonelli Falangoni Secretarij Sacri Consil. cum Aristotele, Gaudio, & Antonio Mancusio actuarijs S.C. super exercitio officij magistri Aetorum d. Sacri Consilij per ipsum Antonellum, & alijs, ut ex actis. Quoniam ipsi agentes conantur fundare omnem ipsorum intentionem ex asserto priuilegio quondam Incliti Regis Ferdinandi, per quod afferunt fuisse concessum † quādo numerus actuorum S. Consilij, vltra tresdecim augeri non possit, & ideo ipsum Antonellum vltra numerum tresdecim existentem debere ab exercitio actuarij remoueri.

Propterea puto considerandum, quod attenta forma priuilegij prædicti, quæ diligenter est consideranda, iuxta texum in c. recepimus, & in c. cum olim extra de priuilegij prædictis agentibus in aliquo non prodest, stante quod d. priuilegium alias concessum Gaetano Famacio, & cæteris in eo nominatis emptoribus d. officij fuit personale; ex quo in eodem priuilegio promittit Ill. quondam Comes fundorum venditor officij, & successiue Rex illud confirmans, quod duāte vita ipsorum emptorum ipse Dominus Rex non creabit alios Actuarios vltra tresdecim, ibi nominatos, ita quod d. priuilegium certi numeri concessum ad vitam ipsorum actuorum, dicitur † personale, &

eis defunctis fuit extictum, ita probat tex. in c. possessiones 16. q. 1. & ibi glos. per quem tex. dixit alia glos. not. in cap. tua de his quæ fiunt à maior. parte Capituli in glos. fin. quod ubi priuilegium cōceditur alicui sine præfinitione temporis intelligitur concessum usque ad vitam ipsius, ita quod eo mortuo extinguitur allegat etiā tex. in S. hæc usus præstatio 10. q. 2. tanto magis in casu nostro, in quo expresse conceditur ibi nominatis eorum vita durante quo casu expresse apparet, tale priuilegium concessum ad ipsorum vitam, cum ipsorum vita fuisse extictum, iuxta tex. in c. priuilegia de regul. iur. in 6. c. petijisti 7. q. 1. c. 2. ex. de autor. & usu pall. cum vulgar.

Fortificantur prædicta, nam in casu d. priuilegij personæ ibi nominatæ, quæ emerunt dictum officium pro duocatis mille, & ducentum, fuerunt proxima causa dicti priuilegij, ex quo ipsi officium emerunt, & pecuniam soluerunt, taliter quod ipsorum respectu, dictus quondam Dñus Comes confirmationem, & concessionem prædictæ obtinuit à Dño sive cum dictæ personæ in d. priuilegio nominatæ, quæ emerunt dictum officium fuerint causa proxima priuilegij, illud propter ea censemur personale, & consequenter extictum fuit cum ipsorum personis, ita probat tex. in l. maritum cum lege sequenti ff. solut. matrim. bonus tex. in l. 1. S. personis ff. de iure immunit. & in l. si fideiustor S. si maritus ff. de re iudic. est tex. in l. maximarū C. de excus. munier. lib. 10. & ad hoc accedat illud quod norat Abbas in c. mandata cælestia extra de præsumpt. qui dixit quod ubi ex priuilegio colligitur quod Princeps habuit respectum ad personam magis quam ad dignitatem, dicitur priuilegium personale, & non reale, allegat tex. in c. requisisti de testam. quod euidenter apparet in d. priuilegio aduersiorum.

Et ad hoc optime deseruit, nam dictum priuilegium fuit concessum personis

sonis ibi descriptis expræssis eorū nominibus, quo casu tale priuilegium dicitur personale c. quoniam Abbas extra de officio deleg. c. si gratiose de rescript. in 6. ad quod accedit glos. notab. 11. q. 3. in summa quæ dixit, quod vbi priuilegium conceditur personæ, in dubio intelligitur personale, quod etiam tenuit glos. in c. cum venissent in glos. in verbo personaliter extra de institut.

Confirmantur prædicta ex his quæ tenuit gl. in l. sordidorum C. de excus. mune. l. b. 10. & ibi hoc expresse tenet lo. de Plat. qui tenent quod vbi priuilegium conceditur certæ personæ in dubio censetur personale, & non reale, quod tenuit etiam lo. Andr. in cap. priuilegium de reg. iur. in 6. in mercurial Bar. & plene Alex quæ ad hoc multa allegat in l. quia tale ff. solut. matr. ex quibus euidenter colligitur, quod dictum priuilegium in quo se fundat Ariitoteles, & consocij agentes ipsis in aliquo non prodest ex quo est extinctum per mortem ipsorum quibus fuit concessum.

Et quamvis d. priuilegium postmodum reperiatur per Cat. Maiestatem, ac quondam Inclitum Regem Catholicum confirmatū, talis f. confirmatio nihil noui tribuit, sed prius habita corroborat, ita Andr. de lser. in c. 1. in principio de vaxal. decrep. ita bonis tex. in c. inter dilectos, vbi per Docto. maxime Fely. de fide instru. & notabiliter Bal. in l. ex verbis C. de donat. inter vir. & vxor. qui dixit quod confirmatio priuilegiorum, quæ alias erant inualida, facta absque causæ cognitione, nihil operatur, allegat tex. in c. 1. de confirm. vtil. vel inut. tenet expresse Petr. de Anch. cons. 389. incip. vi. diligenter fin. col. vers. sed hic est videndum. Cum ergo dicta priuilegia dicti Incliti Regis Ferdinandi tempore prætensiæ confirmationis fuerint inualida, tanquam extincta per mortem illorum, quibus fuerant concessa, ut supra, talis confirmatio nihil ope-

ratur arg. l. bonorum ff. rem rat. haber, & l. fin. ff. quis ordo in bonis poss. s.r.

Ad quod accedit, quod Princeps per tales confirmationem non induxit in personis eorum aliquid de novo, vt ex tenore dictarum confirmationum colligitur, quo casu talis confirmationis nihil noui tribuit dictis actuarijs modernis, ita Bar. in l. more majorum 2. colum. ff. de iuris. omn. iud. & ibi per Doct. & notabiliter Bal. in l. ex placito 2. col. C. de rerum perm. qui dixit, quod vbi confirmans ita producit rem in esse, quod dat originem causæ tunc confirmans videtur dare, secus tamen est vbi confirmans non produxit rem ab origine sui esse, sed consecutive venit, quia tunc nou dat, vt est in casu nostro. Quia ergo dicti Principes confirmantes non intendunt aliquid de novo concedere ipsis actuarijs, quibus confirmatio facta fuit, sed priora tantum priuilegia confirmare quæ fuerant extincta per mortem eorum quibus concessa fuerant, talis confirmatio eisdem actuarijs nihil tribuit.

Insuper puto attendendum, quod dato, non tamen concesso, quod d. priuilegiū in quo se fundant d. aduersarij agentes fuerit reale, & durauerit post mortem illorum, quibus primo fuerat concessum, adhuc est dicendum, quod ipsi agentes comodo d. privilegij gaudere non possunt, stante quod post d. priuilegium retro Reges huius Regni, & signanter Inclitus Rex Catholicus, ultra dictum numerum creauit alios actuarios, usque ad numerum quindecim, vt ex processu, & actis bene ostenditur, ipsis actuarijs videntibus, patientibus, & in aliquo non contradicentibus, imò ipsos Actuarios creatos ultra d. numerum actitare per miserunt signul cum ipsis absq; aliqua contradictione. Ex quibus esto quod d. priuilegium tanquam reale transiisset ad ipsos Actuarios successores in d. offic. ex tali patientia absque alia contradic-

## ALLEGATIONVM

4 traditione fuit derogatum † d. priuilegio , & illud fuit ammissum per ea , quæ tenuit Angel. in l. 1. §. si quis tu- tor ff. si quando appell. sit , qui dixit quod habens immunitatem à datijs , & collectis , si describitur in libro ta- lium grauaminum , & ipse hoc sciens non appellet infra decem dies , perdit priuilegium , seu exemptionem per il- lum tex. quem dicit esse singularem , idem expresse tenuit Fely. in c. cum accessissent 13. col. propè fin. vers. & adde etiam Bar. in l. 2. de veter. ext. de constit. sequitur Alex. de Imo. cons. 278. incip. in causa , & lite vertente inter Iacobum 4. col. vers. præterea , etiam posito 2. vol. & ad propterea optimè deseruit tex. in l. 1. & 2. & de his qui sponte mun. sub. vbi ille qui patitur se creari de curionem cum ta- men potuerit se excusare , videtur omni suo priuilegio renunciare , per quem tex. Bar. ibi. & Ioannes de Plat. dicunt quod priuilegiatus si sponte subit mu- nera absque aliqua protestatione , vi- detur sibi præjudicasse , propterea di- xit Bar. in l. præor. §. si post causam ff. de vacat. mun. quod is , qui fuit ele- ctus in consultorem , vel arbitrum , & poterat se excusare , & non fecit , vide- tur renunciari facultati se excusandi , ad prædicta bene deseruiunt notata per Bar. in l. fin. C. de veter. & in l. si creditor pen. col. ff. de iur. dot. Ex quibus potest merito concludi , quod d. c. agentes comodo d. asserti priuilegij se tueri non possunt.

Confirmantur prædicta , nam post d. assertum priuilegium negotia d. S. Concil. fuerunt admodum aucta , & emolumenta , & lucra actuariorum su- pra modum excreuerunt , ita quod au- ctis lucris , & negotijs quamuis à prin- cipio certus numerus statutus fuisset augeri potest numerus actuariorum , 5 ita probat tex. † in authentica , vt de- termi. si num. cler. §. sanctimus collat. i. per quem tex. dicit ibi Ang. quod licet fundans Ecclesiam taxauerit nu- merum Clericorum , tamen auctis fa-

cultatibus potest augeri numerus Cle- ricorum , notat Fely. in c. cum acces- sissent 6. col. vers. 2. conclusio de con- stit. & ideo idem Felin. in c. cum M. Ferrarensis eod. tit. de constit. in 3. not. dicebat , quod in constitutione de certo num. etiam per Papam con- firmata intelligitur clausula , nisi redi- tus Ecclesiæ adeo crescant , quod plu- ribus sufficient , ex quo videtur secun- dum ipsum , quod auctis facultatibus Ecclesiæ , debet humerus Canonico- rum augeri , & sic antiqua constitutio tolli , & idem ibi tenuit Abb. 8. col. & Ant. de Butr. ibidem . Ex quibus vi- detur concludendum , quod d. asser- tum priuilegium ipsis actuarijs , non prodest in aliquo.

Et quamvis ex aduerso asseratur , quod d. officium actuarij sit regale , & non possit ab alio creari , quam ab Imperatore Rege , vel Papa iux notata per Innoc. in c. cum p. tabellio. de fide instrum. & not. Andr. de Iser. in c. Im- periale §. scriba vero 2. col. de prohib. feud. alien. per Fede. & idem Andr. in tit. quæ sint reg. in verbo potestas creandi magistratum , cum similibus , ipsumque Antonellum titulo caren- tem non debere ad d. exercitiū actuarij admitti , cum regalia absq; tit. non possideantur iux. not. per. Doct. ma- xime Ang. in l. sane ff. de iniur. & in l. quo minus ff. de flumin. cum simili- bus .

Attamen prædicta in casu de quo agitur non obstant , ex quo ipse Antonellus dictum officium possedit , & pos- sidet cū tit. stante q̄ autor ipsius An- tonelli , qui fuit Petrus Lorarus de ex ea , qui tunc erat Secretarius S. C. fuit legitime prouisus de tali officio actua- rij , & ipsum officium actuarij fuit uni- tum officio secretario , vt apparet per literas quondam Incliti Regis Catho- lici in actis præsentatas , quæ literæ , seu epistola Regis † vicē legis obtinet per tex. formalem in l. item veniunt §. sed Imperator seuerus ff. de petit. hæred. vbi Ang. dicit , quod epistola trans-

transmissa per Principem, vel eum qui habet potestatem legis condenda, ha-  
bet vim legis, & potest in simili allega-  
ti pro lege, & est optimus rex. in l. 1,  
in verbo per epistolam ff. de constit:  
principum, & est rex. formalis in l. sed  
q. principali Instit. de lure nat. gent,  
& ciu. Ias. in l. Ciuitas in 3. colum. ff.  
si cer. pet.

De hoc videlicet quod formæ lite-  
rarum Regis seruandæ sint pro legi-  
bus, vide Lucam de Pen. in l. vnicā C.  
de vend. rerum fisc. com. cum priua,  
lib. 10. colum. 2. in verbo forma, vidē  
Abb. in c. 1. col. 2. versi. & nota hoc  
dictum nu. 9. extra de confirmat. ut il.  
vel inutil. qui dixit q. id q. constat ex  
tenore literarum Pape, dicitur noto-  
rium, & hoc per rex. in c. sequenti ut  
ibi per eum.

Et licet dici possit, quod tales lite-  
ræ non faciant ius vniuersale quo ad  
omnes ex quo sunt directe particula-  
ri, attamen non potest negari quin fa-  
ciant ius particulare quo ad nomina-  
tos in literis, & respectu eorum quæ  
in eisdem continentur. Ita punctuali-  
ter tenuit Paul. de Castro in l. 1. C. de  
legib. qui allegat l. 2. eod. tit. Taliter  
quod d. ex ea secretarius virtute di-  
starum literarum d. Incliti Regis, sicut  
postea admissis ad dictum officium  
actuarij, & Princeps enim potest duas  
dignitates, vel officia vnire, ea in vnu  
reducendo, ita est rex. in auth. vt lu-  
dices sine quoquo suffragio l. illud  
col. 2. notat expresse glos. per d. l.  
Jud in c. & temporis qualitas in fine  
glos. magn. 16. q. 1. sicq; cum officium  
actuarij sit minus dignum officij se-  
cretarij, & dictus ex ea qui erat secre-  
tarius fuerit etiā deputatus actuarius  
nomen actuarij censemur supp̄sum, &  
fieri debet denominatio ab officio se-  
cretarij tāquam digniori, & ita quod  
dicendo secretarius, intelligetur se-  
cretarius, & actuarius sumpta deno-  
minazione à digniori, ita probat rex.  
in term. in d. l. illud in auth. vt ludi-  
ces sine quoq; suffr. ubi Vicarius Pro-

9 pincij Asianæ si sit factus Iudex, vel  
Comes Pacasiane Frigiæ, debet no-  
minari Comes Frigiæ Pacasiane, sum-  
pto nomine ab officio, & Prouincia  
digniori, nec ulterius vocatur Vica-  
rius Asianæ Prouincij inferioris, &  
percipit omnia emolumēta, quæ prius  
proueniebant ab ambobus officijs, vt  
ibi rex. bonus est rex. in l. 2. in fine vbi  
hoc notat Bal. in princ. C. commu. de  
leg. vbi Bal. dicit quod vnitis ad inui-  
9 cem dignius trahit ad se & minus di-  
gnum, & id quod plurimū potest tra-  
hi ad se quod minimum potest, & com-  
municat illi suam propriam dignità-  
tem, & privilegia, vnde cum officium  
actuarij fuerit officio secretarij vnitū,  
concessio facta ipsi Antonello de ea-  
dem officio secretariatus includit of-  
ficium actuarij licet de eo nulla sit fa-  
cta mentio, ita notanter tenuit glos.  
in cap. gratia in verbo de iure de re-  
script. in 6. quæ tenuit, quod quando  
vna ecclesia vnitur alteri per collatio-  
inem quæ fit de ecclesia cui facta est  
ynio, intelligitur collata ecclesia quæ  
vnit, quod etiā sequitur ibi Philip.  
Franch. dicens, quod quando vnum  
beneficium est vnitū, & annexum al-  
teri, sufficit quod fiat collatio de illo  
beneficio cui est facta annexio, seu  
ynio, vt sic de alijs vnitis & annexis  
intelligitur facta collatio, licet de eis  
aliter non sit facta mentio facit secun-  
dum ipsum cap. super eo de preben. &  
ibi per Io. Andr. & per ipsum Philip.  
Fran. & noratur in cap. cum in illis in  
princ. eod. tit. de præben. in 6. taliter  
quod ex dictis optime cōcludi potest  
iudicio meo, quod stante dicta vniōne  
officiorum vt supra facta cōcessio se-  
cretariatus facta Antonello includit  
officium actuarij per prædicta.

Vide etiam Luc. de Penn. in l. fin. 4.  
q. C. de quib. mun. vel prestat nem. li.  
10 se excus, lib. 10. & vbi quando Prin-  
ceps vniuit duo Castra in vnum, qua-  
liter sit denominandum, & quid erit  
de rebus & iuribus eorum, vide Bar.  
in l. placet col. 3. ver. sed an posset  
quis

## ALLEGATIONVM

quis C. de sacr. san. eccl. qui dixit, quod quis potest habere duo officia publica, salario publico, quando officia sunt annexa vel vnta.

Et licet ex aduerso dicatur, quod facultas praedicta exercendi officium actuarij fuit concessa d. Petro Lazaro, qui tunc erat secretarius, & cum ipsius persona asseratur extincta per supra allegata; Attamen in casu de quo agitur evidenter apparet cōtrarium, ex quo in prouisione facta Incliti Regis Catholici expræsse dicitur, quod cum officium secretarij sit sterile, & modicæ utilitatis ad hoc ut exercens d. officium secretarj possit cōmodius se substantare disponit quod secretarius debeat exercere officium actuarij, taliter quod Princeps habuerit respectum magis ad dignitatem quam ad personam, & ideo talis vnio facta fuit intuitu officij, & non personæ, & propterea est † perpetua, ita notanter tenuit Abb. in d. c. mandata cælestia de præscript. qui dixit, quod vbi Princeps habet respectum ad dignitatem magis quam ad personam, tunc concessio est realis, & perpetua, & ad hoc optime deseruit tex. in cap. nouit extra ne sede vacante in vers. maxime ne plus cauisset primæ ecclesiæ vbi probatur quod in dubio videatur facta vnio contemplatione ecclesiæ magis quam prælati, maxime quia ipsa apparet facta propter exiguitatem emolumenterū officij secretariatus, quæ est iusta causa vniendi officia, vel beneficia ita est tex. in clemen. ne in agro s. ad hoc de stat. monac. & in cap. exposuisti de preben. & in c. vnio 10. q. 3. ex quibus apparet, quod cum secretarius d. S. C. fuerit deputatus Actuarius, talis deputatio tanquam perpetua durat in persona d. Antonelli per supradicta.

Et ad hoc accedant, quia in priuilegio d. Antonelli expresse cauetur q̄ ipse acta S. Cons. actitare possit, sub quorum actorum denominatione includuntur omnia acta, incipiendo à

prima citatione, vsq; ad sententiam per ea quæ habentur per Doct. maxime Lanfranc. & cæteros in c. quoniam contra de probat. vbi citatio partis delatio probatoria, & alia quæ ibi ex primuntur sunt de actis Iudicij; & quamvis ex aduerso dicatur quod ad officium secretarij spectat. describere sententias, & decretā d. Sacr. Consil. quæ dicuntur de actis iudicij, iuxta nota. per Bal. in l. 2. C. vt lit. pendit. Attamen priuilegium praedictum sonat q̄ possit exercere acta Sac. Consil. indefinite loquendo, quæ equipollent vniuersali l. si pluribus ff. de lega. 2. l. si necessarius s. si annua ff. de pign. act. cum vulgar. ex quibus evidenter apparet quod actenta forma d. priuilegij ipsius Antonelli ipse iure licito ipsum officium actuarij potest exercere virute sui priuilegij.

Quamvis autē verbo dicatur, q̄ d. officium Actuarij vnitum cum praedito officio secretariatus postquam venit in posse filii dicti Petri Lazari qui erat minor fuerit collatum quondam nobili Nicolao Romano, & in ipsius Nicolai priuilegio dicatur per Regiæ Curia quod tale officium actuarij vacabat per resignationem ipsius factam in manibus Regiæ Curie per matrem d. Exæ minoris, de quibus in processu aliquid non apparet. Attamen quādo de priuilegio d. Nicolai Romani aliquid appareret in actis, ex quo de mentionata resignatione, vt ponitur facta per matrem d. Exæ minoris, aliquid non apparet Regiæ Curie seu † Regi dicenti vacare dictum officium in eius manibus, non creditur aliter non constito de praeditis, ita in terminis tenult Andr. de Iser. in c. fin. quo tempore miles, qui dixit q̄ Regi dicēti, q̄ feudum vacat in eius manibus propter culpam feudatarij, non creditur nisi aliter probetur, idem Andr. in c. 1. pen. col. qui succes. tene. & aliquid ponit idem And. in c. 1. 6. col. de Capit. Corr. & melius idem Andr. in c. 1. 9. col. de Capit. qui cur. vendid. vbi tenet,

quod Regi dicenti aliquid per importunitatem concessisse non creditur, vbi de alterius damno agitur, & melius idem Andr. in cap. 1. fin. col. qui succed. tenea. vers. sed nunquid stabitur, & idem Andr. in cap. 1. §. sed nec alia iustior. 5. col. quæ sit prima causa benef. ammitt. maxime quia Princeps in d. asserto Priuilegio Nicolai Romani, vt verbo fertur narratiue seu assertiue prædicta dicit, quo casu eidem aliter non constito de narratis non creditur iuxta dicta per euudē Andr. in cap. 1. fin. col. vers. sed quid si dicat sex. de contr. feud. apud par. termin.

Confirmantur prædicta, nam d. Antonellum post prædictā assertam collationem, vt ponitur factam d. Nicolo Romano d. officij per multos annos, ac longum tempus fuit per omnes illustrissimos Dños Proreges huius Regni admissus, & tolleratus tanquam actuarius dicti Sacri Consilij ad exercitium d. officij, quo casustantibus prædictis non potest sibi opponi defectus tituli d. officij, per ea quæ f. notabiliter dixit Bal. in l. siue posseditis 1. col. C. de probat. qui dixit, quod is qui diu possedit beneficium, quod non potest sine canonica institutione possideri iuxta regulam primam de reg. iur. in 6. præsente, scientie, & paciente Diocesano præsumitur institutus in beneficio ab ordinario, vel alio, ad quem spectat, stante tolerantiam tanti temporis, & ideo non potest cogi, ad ostendendum titulum d. beneficij quod etiam expresse tenuit Innoc. & Io. Andr. in c. illud extra de præscript. & ibi plene Fely. in 3. col. & idem tenuit Bal. in l. qui in aliena §. 1. de acquir. hæred. & ad hoc bene facit illud quod tenuit Bal. in l. cum filius famil. in fine C. de petit. hæred. qui dixit, quod emens rem à filio famil. absq; patris consensu, contra formam statuti requirentis consensum patris in venditione filii, si dictam rem diu tenuit patre paciente, licet aliter non appareat de eius licen-

tia, vel consensu, præsumitur licentia præcessisse. Ad quod optime facit illud quod notat Abb. Innoc. & cæteri in c. licet heli de simon.

Et licet scientia, & tollerantia C. Maiestatis circa prædicta aliter non probetur per ipsum Antonellum, sed tantum Illustrissimorum Proregum, & cæterorum officialium huius Re-  
14 gni; Attamen in t. prædictis talis tollerantia prædictorum officialium bene sufficit per ea quæ notat Bal. in l. si publicanus §. fin. ff. de public. qui tenet, quod in præscriptione vestigalis, quæ sit contra Regem sufficit scientia Rectoris, seu Præsidis Provinciæ, seu illius Iudicis, in cuius territorio vestigal, seu pedagium exigitur, nec aliter scientia, & patientia Imperatoris requiritur, sequuntur Cardinalis Imol. & Panor, in cap. cum contingat de foro compe. Franc. de Aret. cons.  
154. incip. cōsultatio præposita Alex. consil. 6 col. 2. vers. est enim verum  
1. vol. l. in l. Impérium 13. col. vers. circa illud ff. de iurisd. omn. iudi. stan-  
tibus ergo titulo d. officij in persona d. Antonelli, vt supra est demonstratum, ac possessione, seu administratione ipsius, ac superiorum, & ipso-  
rum aduersariorum tolerantia, ac pa-  
cientia, ac carentia iurium dictorum agentium debet ipse Antonellus ab-  
solui ab ipsorum imputatione per præ-  
dicta.

Insuper puto etiam aduertendum, quod cum dicti Actuarij sint superiores autoritate deputati ad vnum officium exercēdum, & omnes habeantur pro vno actuario, merito vnum corpus dici possunt quod ad instar vni uersitatis, vel collegij habetur iuxta plene per Bal. tradita, & alios præcipue Paul. de Castr. in l. 1. in princ. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, & per Innoc. in cap. dilecta extra de excess. prælat. & ex omnibus actuarijs agentibus, qui erant numero tresdecim, vndecim liti cesserunt, eamque nolle prosequi declarauerunt. Non

## ALLEGATIONVM

est dubitandum q̄ Aristoteles, Gaudius, & Antonius Mancusius prædicti ad ipsius prosecutionem admittendi non sint. Immo repellendi stante d. cessione maioris partis dictorū actuātiorum iuxta t̄ tex. in l. quod maior pars Curiæ efficit pro eo habetur, ac si omnes egerint ff. ad munici. & in l. nominationū C. de decur. lib. x. & in l. nulli ff. quod cuiusq; vniuersitatis notat expreſſe Dy. in reg. quod omnes de reg. iur. in b. Et prædicta procedunt indubitate, si dicimus quod interesse d. litis est commune omnibus agentibus ut vni corpori seu collegio, si autem diceretur ex aduerso deductum in lite esse commune omnibus agentibus, ut singulis, quod non videtur posse dici rationabiliter, attamen in casu de quo agitur, attendi debet genitum à maiori parte fauore litium dimendarum, ita notāter tenuit Bar. in d. l. quod maior versus finem allegat tex. in l. duo ex fratribus ff. de reaudi. & in l. item si unus s. fin. ff. de arbit. Ad quod videtur posse adduci tex. in l. maiorem ff. de pact. cum ibi notat per Doctor. Ex quibus videatur posse cōcludi dictos Aristotelem, & Antonium Mancusium debere repellere, & ipsum Antonellum absoluere ab ipsorum impetione.

## ADDITIONES.

**N**umero primo quod Princeps non possit numerum actuariorum augere in preiuictum eorum qui emerunt officium actuatoria a Rege, allegari solet decisio Pauli de Caſtr. in l. si eadem prouincia ff. de officiis, & sic fuit iudicatum in Regia Camera Summariz contra fiscum, in causa Magnifici Ioannis Pauli Crispī magistri Actorum Regia Camera Summariz, annis longe præteritis. Videto processum, & sententiam si libet, quia sic inuenias.

Abb. I. Hier. de Mauro.


## S V M M A R I V M.

1. *Officium perpetuum fit à Principe, ex forma inuestiture, etiā si datum sit ad arbitrium, intellegitur per pretium, donec non fuerit reuocatum, siue ad beneplacitum.*
2. *Et quando Princeps concedit officium perpetuum, vel per pecuniam, ille officialis dicitur perpetuus, nec potest reuocari nisi ex culpis.*
3. *Quando Princeps concedit officium pro se, et heredibus, mortuo concessionario, tale officium vaudit ad omnes filios heredes, tanquam burgensaticum.*
4. *Quod sit feudum, vel res feudalis, non presumitur, nisi probetur.*
5. *Res presumitur libera non feudalis, quia feudum est seruitus.*
6. *Officium per Regem concessum patri, et eius heredibus, non possit diuidi inter filios, vel solū pertineat ad primogenitum, quid in feudo, Comitatu, vel Ducatu num. 7.*
7. *Diuīsio inter fratres presumitur ex longo tempore, quando possederunt bona diuisa.*
8. *Producens scripturas videtur acceptare contenta in eis.*
9. *Nomen heres in inuestitura appositum quando de filio intelligatur, vel de quocumque herede,*

- bærede, etiam extraneo.
- 11 Successor in Regno, non potest reuocare donationem à predecessor factam.
- 12 Dispositio legis bene à Zenone C. de quadrien. prescr. limitatur multis modis.

## ALLEGATIO 19.

O fficium concessum à Principe alicui, an possit per concedentem reuocari, vel successorem in Regno.



N causa Magnific. Caroli de Altomare, & fratribus, cum Magn. Ioanne Hortugº super officio Portulani Ciuitatis Auersæ, & alijs, ut ex processu, & actis; puto sufficienter fuisse fundatam intentiōnem dictorum agētium, & propterea ipsum Magnif. Hortugº debere condemnari ad relaxandum dictum officium Portulani dictis fratribus agentibus tanquam Dñis.

Prius tñ presupposito, q̄ quamuis regulāriter officia sint annalia l. fin. C. de offi. prēt. attamen officia possunt esse perpetua, ita probat tex. in l. provincialibus iuncta l. sequenti ff. si cert. peta. & est tex. in l. j. C. de murileg. lib. 12. notat Bar. in l. de pupillo l. si quis ipsi Prætori 2. col. vers. 2. quæro ff. de nou. ope. nuncia. not. Bal. in l. quisquis C. si cer. pet. & idem Bal. in l. solent l. fin. ff. de offic. procons. & officium perpetuum licet + intelligatur illud q̄ est concessum ad vitam iuxta tex. in l. 1. ff. pro socio, per quem l. ita tenuit glo. in clem. 2. in verbo per electionem de rescript. attamen officium prædictum ex forma priuilegij. & concessionis factæ per retro Reges apparet fuisse concessum antecessoribus dictorum agē-

rium, & hæredibus eorum, quod bene est Principi permisum; ita in terminis tenuit lo. Andr. in c. fin. penul col. ex. de iudic. quidicit, quod licet populus non possit sibi eligere officialem perpetuum, ita quod officiū ad hæredes transeat, hoc tñ permittitur Principi. allegat l. 2. §. nouissime ff. de orig. iur. & C. Venerabile de elect. Idē in terminis tenuit Andr. in c. 1. l. cæteri vero quis dicatur Dux. dicens, q̄ qñ in concessione dñ, q̄ ad hæredes transeat, ita quod in verbis non est ambiguitas, nō est quæstio adhibenda l. ille l. 1. ff. de leg. 3. sfn ipsum, & quia hoc ex priuilegio apparet, in hoc aliter non insisto.

Sed vide Bal. in l. penul. C. si cer. pet. qui dixit quod officialis datus ad arbitriū superioris intelligitur perpetuus usquequo nō reuocetur, & hoc sequitur Bertach. in tract. de Gabell. in 3. par. principali 3. col. quæst. 6. in 3. fall. & de officiali perpetuo loquitur Bar. in d. l. de pupill. l. si quis ipsi Rectori vers. secūdo quæro de oper. nou. nunc. & ibi in 3. q. dicit, quod officialis ad beneplacitū censetur perpetuus propter dubium, allegat l. juris peritos de excus. Et quod officialis Principis datus ad beneplacitum Principis censatur perpetuus tenet Cassaneus in cōsue. Burg. car. 58. col. 2. n. 147. vers. nunquid autem qui allegat multa ad hæc. Vide Guliel. Bened. in repetit. c. Rainuncius in verbo duas habēs filias nu. 36. & 37. car. 12. col. 3. qui dixit, + quod ubi Princeps dat alicui officium recepta ab eo pecunia, ille dicitur officialis perpetuus, nec Princeps posset eum reuocare, & ibidem num 38. dicit quod officia dicuntur vacare in tribus casibus, ibi per eum notatis.

Et licet qñ alicui conceditur officium videatur in eodem officio electa industria personæ l. inter artifices ff. de solut. l. 1. l. ne autem C. de caduc. toll. notatur in cap. fin. extra de offic. deleg. Attamen in casu nostro officisi prædictum apparet fuisse concessum quondam Magn. Carolo de Altomari

M 2 pro

## ALLEGATIONVM

3 pro se, & suis hæredibus, f quo casu non videtur electa industria personæ, ita punctualiter tenet Bal. in l. quis quis i. col. vers. addit. Cin. C. de Epis. & cler. qui dicit quod in quacumq; concessione sit mentio hæredis, ibi nunquam videtur electa industria per sonæ, ex quo industrialia non transfeuit ad hæredes allegat l. cuius bonis ff. de curat. fur. & est bonus tex. in l. ante penul. ff. de tutel. ad quæ multa allegari possent, quæ tamquam non necessaria omittuntur.

Ex quibus videtur colligi quod d. officium est perpetuum, & ad hæredes primi concessionarij transmissum iuxta formam priuilegij, cuius tenor attendi debet iuxta tex. in l. vnic. C. de impon. lucra. descr.

Et quia dubitatur si dictum officium tamquam feudale mortuo dicto Carluccio suo dictorum agentium transfiuit ad quondam Magnificum Thomassum de Altomari tanquam primo genitum, an vero tanquam burgensaticum transiuerit ad omnes filios d. Carlucij s. tam ad Michaelem patrem ipsorum agentium, quam ad predictū Thomassum. Dico illud tanquam burgensaticum transiuisse ad omnes filios d. Carlucij, & illud nullatenus dici posse feudale per ea quæ dixit Andr.

4 f de lser. in c. i. §. huius autem generis fin col. in addit. Ex quibus caus. feud. ammitt. qui dixit quod si Rex concessit feudum non dicendo in feudū censem tur libere datum, allegat l. si quis edes ff. de seruit. vrb. pred. & est bonus tex. in c. i. quod incip. sciendum de consuet rest. feud. & ibi Andr. in principio dicit, quod tunc est feudum quando Dñus dixit, teneas nomine feudi, seu investituram fecit de feudo, ex quo investitura est substantiale in feudo, secus si dixit simpliciter, teneas talem rem, vt ibi, ad quod accedit tex. in d. c. quod incipit Obertus in fine, ex quibus causis feud. ammitt, vbi dicit quod tunc concessio censem tur feudalis, quando ita sit, & res da-

tur, vt proprietas remaneat penes datum, vsus vero ad accipientē transeat. Ut ibi in tex. & idem Andr. in cap. i. de feud. non habet propriam naturam feudi dixit, quod ad hoc vt res censem tur in feudum data, debet per concordem exprimi, quod in feudum dat, & dixit notanter Oldr. cons. 159. quod si donatur Principatus, non tammen dicitur in feudum erit donatio simplex, & non infeudatio, & ibi tenduit, quod si donatur, & non dicatur in feudum quod sit donatio, & non feudum sequitur Alber. in rub. C. de donat. in versic. item quæro de quæstione ardua.

Et ad hoc deseruit f optime illud; quod dixit Bal. in cap. i. de vassa. quæ contra constit. Lotha. qui tenuit, Dño dicenti, rem possessam per vassalum esse feudalem, incumbit probatio, ex quo res presumuntur libera, & idem tenuit Andr. in c. i. vers. item fuit de controuer. inter masc. & fem. de de benef. & idem s. quod res presumuntur libera, tenuit Bal. in c. i. §. vassallis fin. col. si de feu. fuer. contr. in Dñum, & agna. & in c. i. in princ. vlt. col. de controu. inuest. Ioannes Andr. & Hohen. in c. fin. in verbo respondere extra de iudi. & aperte Bal. in c. significavit in p. inc. extra de rescript. qui dixit quod Comitatus per aliquæ emptus à Rege, non presumuntur esse feudum nisi probetur Paul. de Cast. consil. 151. incip. causa quam magnificū, & late Alex. cons. 15. in §. vol.

Et ad hoc accedit, nam ista qualitas feudalis est seruitus, vt dicit Bal. in l. quotiens i. col. C. de suis, & legitimis, nam omnis fidelitas secundū ipsum est contraria libertati, & idem dicit Bal. in cap. i. §. inter filiam si de feud. fuer. contro. inter dñum, & agna. & Andr. in d. c. i. fin. col. in addit. in princ. ex quibus cau. f. ud. ammit. notat expresse glos in l. si vsus fructus legatus in verbo oportet, ff. de vstr. quæ videtur innuere quod feudum est quasi seruitus, & tenet Bal. in l. libertas

tas in princ. ff. de stat. hom. Idem Bal. in l. si vxorem in fine C. de cond. inser. sicq; cū d. qualitas feudalis sit seruitus secundum Bal. in d. l. quotiens, & notatur in l. si v̄sus fructus in princ. ff. de v̄suf. propterea res pr̄sumitur potius libera, l. si quis ædes ff. de seruit. v̄ban. pred. maxime quia feudatarij non dicuntur homines liberi, prout dicit Bal. in l. libertas de statu hom. & & feudum datur pro seruitio, quod est annexum feudo l. manumissiones ff. de iustit. & iure in fine secundū Andr. de lser. in tit. Episcopum, vel Abbatem, in l. mutus, & idem Andr. in tit. quid sit inuestitura vers. licet, & in c. 1. l. sed nec alia quæ sit r. caus. benef. amitt. vbi dicit quod talis obligatio quā tenetur vassallus Dño, est realis, & non personalis, & quia seruitus est contraria libertati, ideo res pr̄sumitur liberal. altius C. de seruit. & d. l. si quis ædes ff. de seruit. v̄ban. predio tanto fortius, quia in priuilegijs dictarum concessionum d. officij, nullum appareat verbum, quod importet concessionem feudalem, quo casu verba priuilegij debet intelligi prout ius intelligit, dixit Andr. in cap. 1. l. huius autem generis 2. colum, ex quib. caus. feud ammit. & quod verba priuilegij debent intelligi prout ius intelligit, vide Dec. consil. 138. 2. col. versic. & ideo his pr̄missis, volum. 1. & idem Andr. in tit. de contro. inuestit. in fin. col. & idem Andr. in c. 1. l. & iterum de Capitu. Corrad. Quia ergo ex dictis priuilegijs appareat officium pr̄dictum suis simpliciter concessum, nullūq; in eisdem priuilegijs appareat verbum quod importet cōcessionem feudalem, merito censeri debet liberum, & burgersaticum, non autem feudale; Pr̄sertim quia, vt dicit And. in pr̄lud. 5. q. quod infeudatio est contractus de per se diuersus & cōtra-etu emphytēutico, vel censuali, vt ibi per eum.

6 Nec pr̄dictis obstat si dicatur, & si transiret ad omnes filios d. Carlucij.

induceretur diuisio d. officij, q; v̄r prohibutum, stante quod officia sunt individua, vt dixit Iurisconsul. in l. Imperator Titius ad municip. vbi tex. dicit quod magistratum officium individuum est, & pr̄sertim quia d. officiū habet iurisdictionem annexam, quæ in sui substantia est individuabilis cum pro parte expediri non possit, vt probat tex. in l. in hoc iudicio ff. famil. hærcis. cum similibus.

Nam in casu nostro nec inducitur officij diuisio, nec iurisdictionis per ea, quæ nō tanter dixit Bal. in l. 1. 2. col. versic. 7. quæro ff. de offic. consul. qui dixit, quod vbi Baro decepsit duobus filijs relictis oēs simul possuat exercere iurisdictionem, quia ambo funguntur vice vnius, cum ab uno cæperit iurisdictio; & idem ibi tenuit Gugliel. qui dixit quod iurisdictio est penes quemlibet hæredum in solidum, licet penes omnes simul sit exercitium iurisdictionis, & debent omnes pone-re vnum Vicarium, pro quo est optimus tex. in c. oīpes filij, si de feud. fuer. contr. inter Dñum, & agnat. & ibi Bal. in 1. not. dicit quod ratio illius tex. quia omnes habentur, quasi vnius, ex eo quod in locum vnius succedunt, allegat l. cui fundus ff. de condit. & demonstr. & de excusat. tut. leg. 2. l. quocumq; immō dixit Bar. in l. si vni col. 2. vers. quinto quæro ff. de re iud. quod si plures hæredes Comitis, & vel alterius nobilis succedunt in iurisdictionem dicti Comitis, quod quilibet ipsorum solus poterit iudicare, allegat tex. in l. 2. l. ex his de verbis. oblig. & idem tenuit ibi Paul. de Castr. & Alex. vlt. col. vers. extra glo. quicquid teneant alij in d. l. 1. de offic. consul. & dixit Bar. in suo eleganti cons. 184. incip. 1. quæritur 2. col. q; iurisdictio quæ competit Comiti defuncto in toto Comitatu, est penes quemlibet hæredum in solidum, per sura ibi per eum allegata, licet iurisdictionis exercitium sit pñes quemlibet in parte sua; & hoc operatur diuisio

## ALLEGATIONVM

sio facta inter eos secundū eum idem in terminis tenuit Abb. in c. prudētia 3. col. vers. exemplum in pluribus hæredibus extra de offic. deleg. qui sequitur opinionem Bar. in d. l. si vni. Immō tenuit ibi Abb. quod vbi competit iurisdictio non feudalī, neque Ducalis, neq; Marchionalis, tunc in totum talis iurisdictio diuidi potest, & ibi eum in hoc sequitur Felyn. in 2. col. in principi in vers. fallit, vbi competit, & idem scilicet quod d. iurisdictio sit penes quemlibet hæredum in solidū tenuit Soccia. cons. 272. incipiendo non prosequendo ordinem 1. col. vers. primum est 2. vol.

Quin immo ipsa administratio iurisdictionis inter hæredes bene diuiditur per regiones vel tempora diuersa, ita tenuit Bal. in c. Imperiale S. præterea ducatus 1. & 2. col. de prohi. seu dialien. per Feder. Idem tenuit Bar. in l. Titium. & Mævium S. altero ff. de administ. tur. & idem copiose Andr. Barbat. in addit. & idem tenuit Soccia. cons. 13. incip. vīsis inuestituris 8. col. vers. secundo principaliter 2. vol. Idē tenuit Baptista de Sancto Blasio in suo cons. incip. ex themate quod ex processu quod est inter consilia feudalia Alberti Bruni num. 66. col. 4. vers. capio secundum dubium ad quæ possent infinita adduci, quæ breuitatis causa omitto.

Ex quibus omnibus videtur posse recte concludi d. officium fuisse, & esse burgensaticum, & tanquam burgensaticum deuenisse post mortem d. Caroli ad omnes eius filios, videlicet ad Magn. Thomam, & Michaelem.

Transmissio igitur eodem officio ad ambos dictos fratres iure successionis paternæ non potest negari, quin illud deuenerit ad d. Michaelem scilicet iure diuisionis factæ inter eosdem fratres, non obstante, quod in instrumen-to diuisionis producto post aliqua bona diuisa inter eos declaretur, quod officium prædictum, & quedam alia bona remanebant inter dictos fratres

pro communi stante quod post d. instrumentum diuisionis, dictus Michael per annos 15. & plus, & vsq; ad eius mortem solus, & tanquam Dñus illud possederit præsente, vidente, ac non contradicente dicto Thomasio eius fratre, per quam possessionem d. officij integri pro diuiso per tātum temporis presumitur + facta alia diuisione reliquorum bonorum inter eosdem fratres, & officium prædictum peruentum iure diuisionis ad ipsum Michaellem, ita punctualiter tenuit glof. quæ ibi sequuntur Odofred. Iacob. Butr. Salyc. & cæteri in l. pen. glo. 1. C. commun. diuid. Bal. in l. si certis annis C. de pact. & late Alex. in cons. 92. incip. viso, & discussio 2. vol. 1. col. vbi dicit istam esse communem opinionem, & idem Alex. in d. consil. 25. 1. col. 5. vol. Dec. consil. 79. fin. col. vers. 3. in 3. dubio 1. vol. & per Iason. in S. 2 que 3. col. circa fin. instit. de actio.

Et ad hoc optime deseruit, nam per scripturas vlt. loco productas per dictum Hortugnum apparet quod dictus quondam Magn. Thomas post dictum instrumentum diuisionis, possedit tanquam Dñus vsq; ad eius mortem domum Neapol. existentem quæ remanserat in communi simul cum dicto officio, & ipsa domus post mortem d. Magn. Thomasij tui alteri concessa per Regiam Curiam tanquam dominus d. Dñi Thomæ quæ omnia in d. scriptura contenta videntur acceptata, & confessata per d. Hortugnum ex productione dictarum scripturarum pereæ quæ + tenuit Innoc. in c. cum venerabilis extra de except. vbi Abb. & alij. Bar. in l. post legatum col. 2. ff. de his quib. vt indig. & Innoc. in cap. cum olim de censi. Bal. in l. scripturæ in princ. C. de fid. instru. stante ergo qd ipse Dñs Thomas possedit domum prædictam pro diuiso, post dictum instrumentum primæ diuisionis, & dictus Magn. Michael pater agentium possedit d. officium pro diuiso, taliter quod datur proportioni bonorum inter eos

eos præsumitur facta alia diuifio inter eos. ita punctualiter tenuit Bal. in d. l. penul. C. com. diuid. licet contra Bal. teneat ibi Salyc. & Ant. de Butr. in c. peruenit in repetit. versic. venio. ad secundum principale extra de censi. videlicet, quod non requiratur proportio bonorum quicquid tamen sit in casu nostro appareat d. proportio bonorum; Ideo præsumitur d. 2. diuifio inter prædictos, & ꝑ officium prædictum deuenerit iure successionis ad Michaelem, & ideo per Regiam Curiam non potuit cōcedi tamquam deuolutum per mortē d. Dñi Thomasij.

Nec videtur posse dubitari, quod officium prædictum mortuo d. Magn. Michaele transiuerit ad dictos agentes eius filios, & hæredes, per ea quæ non anter tenuit † Felyn. in c. in præsentia 13. col. extra de probat. vers. adde etiam quod si inuestitura, qui dixit, quod inuestitura facta pro se, & hæredibus, intelligitur de quolibet descendente post primum hæredem, allegat glosam singularem in c. fin. extra de pecul. cler. quæ loquitur in re ecclesiæ prohibita transire ad hæredes dicens sūm d. glos. alias fuisse iudicatum in ardua quæst. & dixit notanter Bal. in l. fin. in 4. opposit. C. de hæred. inst. quod vbi fit mentio de hærede disponētis, tunc procedit dispositio l. qui liberis ſ. hæc verba de vulg. & pupill. videlicet, vt intelligatur de primo hærede, sed vbi fit mentio de hærede recipientis, seu eius in quem verba diriguntur, tunc intelligitur de omni hærede allegat tex. in l. annalibus C. de lega. & dixit Bal. in l. liberti liberteq; in 6. col. versic. modo formabitur hic alia quæst. C. de oper. liber. quod vbi nomen hæredis exprimitur ab homine, transit res ad omnes hæredes, maxime quando profertur à Rege in quo præsumenda est liberalitas argumento legis filius ff. de donat. & loquitur ibi Bal. in concessione Caſtri facta in feudum, & sic in re de sui natura non transitoria ad hæredes, &

dixit Bal. in c. 1. ſ. & si clientulus de alienat. feud. quod quamuis in feudis verbum hæres intelligatur in filio per illum tex. attamen verbum filium intelligitur pro quolibet descendente ex masculina linea, & idē tenuit Bar. Alex. & cæteri in l. ex facto ſ. fin. ff. ad trebell. & idem Bal. in l. 1. 48. q. ff. de rerum diuif. & ad hoc accedant notata per Bar. Alex. & cæteros in l. gallus ſ. etiam si parente ff. de lib. & postu. qui dixerunt, quod in feudis, & alijs de sui natura non transitorij ad hæredes extraneos appellatione hæredum veniunt descendentes, & idem tenent Doct. in l. etiam ff. solut. matr. Nec obstat tex. in l. antiquitas C. de vſufr. vbi verbum hæres in materia non transmissibili ad hæredes intelligitur de primo ex quo ibi est speciale in vſu fructu illa ratione videlicet ne proprietas perpetuo efficiatur inutilis, quod in iure reputatur absurdum l. 3. ſ. ne tamen ff. de vſufr. Ita quod ibi non attenditur illa ratio, quia res non erat trāmissibilis ad hæredes sed præcedens tantum ſ. ne proprietas redatur perpetuo inutilis. Ita respondēdo ad illam l. tenuit Salicet. ibi in 4. oppositione, qui ad hoc allegat l. in annalibus C. de lega. & ita etiam respondendo ad d. l. antiquitas tenuit Alex. in l. gallus ſ. etiam si parente in 3. col. de liber. & posth. & dixit notanter Bal. in d. l. antiquitas 3. col. quod vbi considerantur duo obstantia quæ operantur, vt de primo tantum hærede intelligatur illa l. vnum est natura vſuſructus, qui de sui natura non est transitorius ad hæredes. Aliud est, ne proprietas redatur perpetuo inutilis, quod in iure reputatur absurdū, & ideo dicit, quod vbi sumus in casu in quo militat vnum ex dictis imbedimentis ſ. natura rei non transmissibilis ad hæredes, & aliud cessat beneficium trāmissio ad omnes hæredes, iuxta tex. in d. l. in annalibus, & dixit notabiliter Bal. in d. l. in annalibus, quod illud, quod operatur in d. l. antiquitas, non

non est natura rei legatae quæ non est transmissibilis ad hæredes, sed natura rei non legatae, quæ est proprietas cuius virtus, & potentia supra legatum potest, id est natura proprietatis quæ se obijcit legatario v̄susfructus, & ex vi, & potentia propria attrahit vsum fructum ad se tanquam sibi sub alterius, & hoc statuitur, ne perpetuo proprietas sit inutilis, quod reputatur absurdum si ius principale succumberet iuri subalterno, secundum eum, & ita etiam respondet ad d. legem antiquitas Bal. in l. fin. in 7. opposit. C. de hæred. instit. dicens, quod ille tex. in d. l. antiquitus procedit illa ratione, quia reputatur incongruum, quod ius inferius sicut est v̄susfructus, quod est ius infra dominium excluderet in totum ius superiorius, & principale sicut est proprietas, & ideo dicit quod hac ratione in feudo, & emphyteusi nomine hæredis indefinite prolatum restringitur, ne proprietas semper sit nuda, & ius quod est in proprietate semper sit potentius ipsa proprietate, & ideo dicit quod in emphyteusi ecclesiæ intelligitur in tertia generatione, & in feudo vsq; ad eam generationem, quæ ex natura feudi succedit in feudo per iura per eum ibi allegata, quia ergo dicta concessio officij non fuit facta in feudum, sed libera, vt supra est demonstratum, & absurditate prædictæ cessat in casu nostro; ideo non potest fieri talis coarctatio ad primū hæredem, sed illa verba priuilegij indefinite prolatum debent intelligi prout ius intelligit secundum quod dicit Andr. de Iser. c. 1. §. huius autem generis col. 2. ex quibus caus. feud. ammitt. ius autem intelligit verbum hæredes indefinite prolatum de omni hærede l. hæredis, & l. sciendum ss. de verb. signif. propterea in casu nostro ita debet intelligi argumento l. de pretio de public. & l. sancimus C. de testam.

Et ad hoc optime deseruiunt notabilia verba Angeli in cons. 182. incip. Carissime frater quod est insertum de

verbo ab verbum in cons. Alex. 36. in 3. vol. qui dixit quod in materia differenti quando verbum hæres simili citer disponitur in dispositione, & nō resultaret absurditas impossibile vel iniquum, vt in casibus ibi expressis, tunc verbo hæredis continetur omnis hæres, & non sit coarctatio ad pri- mū, nec aliter secundum ipsum, & idem videtur tenere Bal. in d. l. fin. in 6. opposit. de hæred. instit. Sed in casu nostro cessant absurditates, & omnia supradicta, ideo non incongrue dici debet quod dictum officium, quod ex persona Carlucij deuenit ad Michaelem eius filium, mortuo dicto Michaeli deuenerit ad dictos agentes eius filios, & hæredes.

Nec est curandum, quod d. priuilegium concessionis non fuerit per alios successores Reges confirmatum, vel renouatum, nam hoc non fuit necessarium, vt est tex. in auth. constitutio, quæ de dignitat. ad finem col. 6. & in c. decet de regul. iur. in 6. non enim per mortem Incliti Regis Ferdinandi fuit extincta Regia dignitas c. si gratiōe de rescript. in 6. l. proponebatur de iudic. per quæ omnia ita tenuit Alex. cons. 33. incip. ponderatis his quæ continentur in priuilegio 5. vol. qui etiam allegat hoc tenere Speculat. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem in fine; & ad hoc accedunt nota ta per Petrum de Anchar. in c. Abba te sane, versic. pro parte de re iudic. in 6. qui dixit quod licet successor in dignitate non possit grauari per prædecessorem in rebus proprijs sine eius consensu, tamen in rebus dignitatis pertinētibus ad ipsam dignitatem bene poterit grauari, & ideo dicit, quod donatio facta ibi per Regem hospita- 1 larijs, † non potuit ibi per successores reuocari, & idem tenuit Specul. in tit. de instrum. edit. §. vt autem, qui di xit quod successor non potest reuocare donationem prædecessoris in dignitate, nisi ipsa dignitas enormiter lædatur, & idem in specie tenuit Bar. in Lpro.

## SUMMARIUM.

1. prohibere s. plene ff. quod vi, aut clam. idem tenuit Innoc. in cap. intellecto de iure iura. & Oldrad. cons. 49. incip. eleganter circa negotium ylt. col. vers. sed quid in casu præsen- ti, & idem tenet Paul. de Castro consil. 72. incip. quia frustra disputaretur 8. col. vers. circa secundum, & tenet Bal. in proem. C. 3. col. & tenet Andr. in cap. Imperialem s. præterea duca- tus vers. nec Dñus feudi de prohibita feu. ali. per Feder.
2. Dispositio autem t. l. bene à Zenone C. de quadri. prescr. non obstat di- Etis Magnificis agentibus ex quo ipsi tanquam hæredes d. eorum patris ha- bent anteriorem titulum in d. officio à Regibus prædecessoribus, quo casu cessat dispositio d. l. bene à Zenone, ita punctualiter tenuit Ludou. consil. 2. 98. incip. circa præmissam dubij con- sultationem, qui ad hoc allegat opti- onem tex. in cap. Abbate sane versic. pro parte de re iudic. in 6. & ideo di- xit Bal. in proem. decret. col. 2. vers. vnde lex bene à Zenone, quod quan- do Princeps concedit rem alienam, il- la dispositio d. l. bene à Zenone non habet locum, nisi constet quod Princeps vult ut plenitudine potestatis, quia non est præsumendum quod Princeps concedat rem alienam, nisi ex certa scientia, & ideo dicit, quod le- uis occasio erroris impedit illius le- gis rigorem. Ex quibus videtur con- cludendum, quod d. Hortugnus de- bet condemnari ad relaxandum d. of- ficium petitum per ipsos Agentes, & ita mihi de iure videtur salvo potiori iudicio rectius sentientis.
3. *Iuxta quantitatem reddituum, facienda est estimatio.*
4. *Si valor feudi augetur ex in- dustria feudatarij, non per hoc augetur seruitium, & num. 8.*
5. *Destructio molendino in emphy- teusim concessso, non tenetur emphyteuta ad Canonem, & num. 5. & num. 2. ad idem.*
6. *Princeps ex duobus, vel pluri- bus feudis potest facere unum, vel unum disunire, & facere pluria.*
7. *Feudum antiquum ne dum- wadit ad filios descendentes in infinitum, sed etiam ad tran- fuersales descendentium in in- finitum.*

## ALLEGATIO 20.

**C**onstitutio Regni, vt de suc- cessionibus, non habet lo- cum in feudis rusticis.


N

IN

**N**Vmero 1. & 2. quod officium alieni da- tum à Regé ad beneplacitum iudicetur perpetuum, & non possit reuocari, nisi spe- cialiter reuocetur, & ex iusta causa, con- cordant cum allegatis per meum Auum, hic, Isern. in Constitutione Regni ea quæ ad decus, quem late Capic. declarat in de- cis. 116. Anna in Allegatione 119. nu. 11. & 12.

Abb. Io. Hier. de Mavro.

## ALLEGATIONVM



N causa Magnifici Ioannis Baptista Gargani cum Regio fisco agitata in Regia Camera Summiariæ, & coram Magnifico V.I. D. Dominio Francisco Antonio Villano ipsius Regiæ Cameræ Præsidente, & causæ Commissario super feudo nuncupato de li schiaui, & alijs, vt in processu & actis.

Puto considerandum, quod quamvis per Regni Constitutionem, vt de successionibus sit augustata feudorum successio in Collateralibus vsq; ad tertium gradum inclusiue, ita quod ultra tertium gradum Collaterales non succedunt, & talis computatio gradus fieri debet secundum ius ciuile prout dicit Andr. in cap. 1. col. fin. de his qui feu. dar. possunt, secundum quam computationem d. Magn. Ioannes Baptista reperiatur Magn. Pyrro Aloysio ultimo decedenti in 4. gradu stante & dictus Pyrrus Aloysius fuerat filius nepotis ex fratre d. Magn. Ioannis Baptista, & sic pronepos, & in quarto gradu prout notorium est.

Attamen d. Regni Constitutio procedit in feudis quaternatis tantu, & ita quod in feudis rusticis, & modicis ipsa locum non habet glos. d. constit. in verbo in omnibus, & Andr. in eadem constit. in princ. & in specie Luc. de Penn. iu l. 1. col. 11. vers. & hoc credo verius C. de imponend. lucr. de script. lib. 10. quod etiam tenuit Affl. in c. 1. col. 22. de his qui feud. dar. possunt, idem Affl. in c. 1. 5. col. de feud. mar. & idem Affl. in d. constit. vt de success. 2. col. 1. not. & quamvis predicti videantur afflere quod predicta procedunt vbi feudum rusticum, & non quaternatum tenetur à Barone, quasi inferentes, quod vbi tenetur à Regia Curia licet sit feudum rusticum, & non quaternatum, dicta constitutione bene procedit, quia Rex conditor dictæ constitutionis attingendo successionem collateralium intendit valuit prospè-

cere sibi, & non Baroni, a quo feuda plana, & de tabula tenetur, vt dicit d. glo. d. constit. in verbo in omnibus.

Attamen dicendum est, quod vbi feudum de cuius successione agitur, non est feudum nobile, pro quo debatur seruitum militare, sed esset rusticum, & modicum licet teneatur à Regia Curia, adhuc in tali feudo non habet locum d. Regni Constitutio, sed in eo succedunt collaterales, qui alias de iure communi succedere possent ab intestato, ita punctualiter tenet glos. 1. magna in d. constit. vt de successionibus, ex quo tale paruum feudum non censetur iure feudi secundum ibi glos. quæ allegat cap. 1. s. notandum de his, qui feud. dare possunt, idem tenuit Cyn. in authen. in gressi C. de sacrosanc. eccles. in verbo circa præmissa ad hoc quæro, qui dixit, quod illud dicitur etiam feudum pro quo quis habet prestare seruitum personale, non autem reale, & tenet Luc. de Penn. in l. 1. de imponend. lucr. descript. lib. 10.

Quod autem feudum de quo agitur sit rusticum evidenter apparet, nō feudum rusticum dicitur ad differentiam nobilis, ita quod feuda quæ non sunt nobilia, nec aliter concessionariū nobilitant dicuntur feuda rusticæ, ita probatur in cap. 1. quis dicitur dux, & in cap. 1. de pace iuram. fir. & in c. 1. de nat. feud. & per Andr. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. & quamvis Andr. in cap. 1. 3. col. de contro. feud. apud pares termi. dicat, quod per infeudationem factam à Rege contrahitur nobilitas, idest paradigiū, vt in d. cap. primo quis dicitur dux, & ibi Andr. & idem Andr. in cap. primo. s. similiter de capita. qui cur. vendi. Attamen illud intelligitur vbi feudum datum à Rege habet vassallos, sicut sunt Castra, & alia feuda habentia vassallos, ita punctualiter dixit Andr. in d. cap. 1. s. cæteri vero quis dicitur Dux, qui dixit, quod per feudum contrahitur nobilitas, quando Dñus est vassa.

vassallorum, quorum dicitur Dñus, & habet iurisdictionem in eos, alias in se sine vassallis non est nobilitas secundum eum, vel si Rex sic dicat, in investitura v3, quod concedit in feudum nobile secundum Andr. ibid. & sentit Andr. in c. 1. §. valuaores, qui feudum dare possunt, & idem Andr. in d.c. 1. §. illud tameu de controu. feud. apud pares. term. Hinc dicit notanter Luc. de Penna in l. mulieres C. de dignit. lib. 12. quod feuda tunc nobilitant quando habent vassallos in numero copioso, & dixit notab. Bal. in c. 1. §. ex eadem lege de l. Corrad quod si rusticus emat feudum cum consensu Regis, & feudum illud habet vassallos, efficitur nobilis, unde dixit notab. Andr. in c. 1. §. fin. in si. in quib. caus. feud. amittit. q̄ quis propter feudum modici valoris, non efficitur nobilis, quia de minimis non curat Prætor l. in rebus §. possunt ff. commod. Quia ergo feudu. de quo agitur est sine vassallis, & consistit in certis territorijs incolisis, & rusticis, non potest dici nobile, & consequenter iure lictio appellatur rusticum ad differentiam nobilis, argumento instit. de his qui sunt sui vel alieni. iuris §. 1. & in l. 1. ff. eod. tit. & in l. Pomponius §. penul. ff. de procur. cum alijs similibus.

Et ad hoc accedit, q̄ pro hoc feudo nunquam fuit solutū adhoa, nec præstitū aliquod seruitium Regiæ Curiæ, quo casu non potest dici vere quaternatum, nec nobile, ex quo pro ipsis tm̄ soluitur adhoa, vel præstatur seruitiū Regiæ Curiæ, prout dicit Andr. in d. c. 1. §. ille tamē de controu. feud. apud pares. termin. & idem Andr. in d.c. 1. de Capita. qui cur. vendid.

Quod autem feudu. de quo agitur sit modicum, puto aduertendum, quod quamvis redditus d. feudi alias constiterent in quadā molendino, & quadā piscaria, & quadā scafa, attamē de pñti d. molendinū, & dicta pischeria nō extant, ex quo molendinum fuit inundatum, & clusæ, scū paratæ dictæ pische-

riæ, quæ deseruiebant ad vsum necessarium dictæ pischeriæ sunt destructæ impetu fluminis. Quinimo tempore acquisitionis factæ per quondā Magn. Iacobum Seniorem d. feudi in eodem feudo, vel flumine non erat d. molendinum, quo casu feudum ipsum extimatur magnum, & paruum iux. quantitatem + reddituum ipsis, ita punctualiter tenuit glos. in l. si quos in gl. 1. C. de rescind. vendit. quæ dixit quod res extimari debet secundum quantitatem reddituum pro quo est bonus tex. in l. 3. §. diui fratres ff. de iure fisci, & est tex in auth. de alien. & emph. §. 1. & in l. si fundum per fideicommissum, & ibi per Doct. ff. de lega. 1. sicq; aut feudum ipsum debet extimari, prout erat tempore acquisitionis factæ per d. Magn. Iacobum Seniorem iux. tex. in l. si voluntate C. de rescind. vend. & notant Doct. maxime Bal. & Sal. in l. 2. q. 19. de rescind. vend. & eo tempore non erat in feudo ipso d. molendinum, nec piscatio, sed tantū territoria inculta, & aliqui parui redditus, vt ex processu agitato in eadem Regia Camera tempore adjudicationis factæ d. Iacobo seniori: Aut talis extimatio feudi est facienda de præsenti quo agitur de ipso feudo, prout verius videtur iuxta tex. in d. §. diui fratres in versic. sed ex præsenti extimatione, & ibi Bar. dicit quod testis deponens de valore rei debet se referre ad tempus de quo agitur, siue trahetur de præsenti tempore, siue de præterito, pro quo videtur tex. in l. ad rescindenda C. de rescindend. vendit. & notant Doct. maxime Salic. in l. 2. C. eodem tit. Et est dicendum, q̄ ipsum feudum in quo non est molendinum, nec piscatio, non potest extimari ita magnum, prout erat tempore quo erant in eo molendinum, & piscatio, immo stante modicitate reddituum d. feudi prout plene fuit probatum per ipsum Ioannem Baptistam debet iudicare modicum, & paruum per supradicta.

- Et quamvis post acquisitionem d. feudi fuerit in flumine constructum molendinum per dictum Magn. lacubum seniorem , non propterea feudū prædictū debuit reputari maius , quo ad ea quæ forsan deberentur Regiae Curiæ occasione d. feudi per ea quæ not. Andr. in cap. 1. §. similiter in 1. addit. in princ. de capit. qui cur. vend.
- 3 qui dixit, † quod si feudum fuerit datum pro seruitio vnius militis , & industria , ac expensis illius , cui datum fuit fit auctum , quod non augebitur seruitium pro quo facit tex. in l. 3. ff. ad l. falcid. & bonus tex. in l. haec tenus §. huic ff. de usufr. & ponit Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua versic. 131. & in vers. 136. vbi Bal. in addit. posuit quæstionem utrum aucta re augeatur pensio , & de augmento facto in feudo cui accrescat ponit Andr. in cap. 1. §. quod autem de controv. inuest. Quin imo si d. molendinum à princ acquisitionis d. feudi fuisset in d. feudo , & propterea Regiae Curiæ fuisset seruitium aliquod debitum Regiae Curiæ ex quo illud fuit inundatum , & deperditum , deberet diminui seruitium debitum Regiae Curiæ occasione d. feudi per ea quæ notat Bal. in rub. C. de iure emphyt. in princ qui dixit, † quod destructio molendino impetu aquarū fuitus est contractus superficie , & idem videtur sentire Bar. in l. hoc iure §. si acqua ff. de aqua quot. & esti. & dixit Bal. in c. si quis de manso fin. col. vers. & faciunt ad statuta de controv. inuest. quod statutum de soluēdis gallēlis de molendinis debet intelligi de molendinis reddētibus fructum nam vbi non est commodū ibi non debet esse onus secundū eum , & dixit Bal. in l. licet vers. secundo quæro C. loca quod destructio molendino existens in Tyberi, conductor non tenetur ad aliquam pensionem , quia pro re quæ non est, non deberetur aliqua pensio , & idem videtur tenere Alber. in auth. si quas ruinas C. de sacrosan. eccl. qui tenuit , quod destructio molendino in

emphyteusim concessa , non tenetur emphyteuta ad Canonem ; In casu ergo de quo agitur non possunt modo aliquo considerari in hoc feudo introitus molendini quod non est in eodem feudo.

Ex prædictis ergo apparet quod dictum feudum est rusticum , & modicū nulla habita consideratione d. molendini non existentis , & dato quod ipsum molendinum extaret, adhuc ipsum feudum nō posset dici nobile , sed rusticum , quia vt dicit Bal. in l. certi juris 3. col. vers. quid in molendino C. locati, molendinum dicitur prædium rusticum ; & quamvis molendinum dicatur quid immobile , vt dixit Bal. in cap. contigit 7. col. extra de dolo , & contum. attamen introitus molendini † non videntur stabiles , & cōtinui. Hinc est q̄d quamvis Tutor non possit alienare bona , quæ seruando seruari possunt, sed tantum ea quæ seruari nō possunt l. lex quæ tutores C. de admin. tutor. & in tit. de rebus eorum , & idem est in Prælato ecclesiæ , vt in tit. de rebus ecclesiæ non alien. attamen si † pupillus , vel ecclesia habet molendinum poterunt tutor, vel prælatus illud alienare sine alio decreto , vel sollemnitate , quia censetur de rebus , quæ seruando seruari non potest , ex quo est in continuo inundationis periculo , ita tenet Ang. in l. non solum ff. de petit. hæred. sequitur Franc. Cur. in tract. feudorum in 1. par. in 6. q. 4. col. car. 5. qui dixit quod talis alienatio molendini poterit fieri sine decreto per supradicta .

Et an molendinum possit per tutorem , vel Prælatum alienari absque sollemnitatibus , vide Tiraq de retrac. consang. in gl. 7. in verbo aut alijs rebus numer. 92. versic. idemque eadem ratione car. 33. in parua impressione , vbi etiam an molendinum censetur quid immobile , vel mobile sicq; cum introitus d. molendini sint fragiles illi non sunt in consideratione , maxime de præsentis , quo molendinum

num ipsum non extat. Demptis erga ex feudo introitibus molendini, & Piscariæ quæ minime extant introitus d. feudi reducuntur ad modicam summam, pro ut fuit bene probatum per ipsum magnificū Ioannem Baptistam, & propterea ipsum feudum dici potest modicum, & paruum, & propterea in eo habet locum dispositio iuris communis feudorum secundū quam succeditur usque ad septimum gradum, ut in c. 1. §. hoc quoq; sciendum de his qui feud. dar. poss. & non militat dispositio de constit. ut de successionebus, per supradicta.

Nec obstat si dicatur, quod ista pars feudi de qua agitur alias fuerat unita cum alia parte eiusdem feudi, quæ de præsenti possidetur per alium, ita q; omnes istæ portiones erant vnum feudum, & tanquam vnum alias fuerat concessum, & sic debet attendi prima concessio totius feudi, quasi à primorio tituli posterior causetur euentus l. 1. C. de impo. lucr. descrip. lib. 10. Nam licet à principio totum fuerit vnum feudum, tamen postea fuit subsecuta diuisio ipsius feudi per sententiam Regis, & ipsa, pars de qua agitur adiudicata magnifico Iacobo seniori, pro dotibus magnifica Lucretiæ eius filiæ, quo casu d. pars feudi diuisa per Curiam Regiam, & adiudicata d. magnifico Iacobō, dicitur feudum de per se, ita est tex. in c. 1. §: Item si fuerint duo fratres quib. mod. feud. amitt. ubi si duo fratres diuiserunt feudum inter se, & unus ex fratribus alienat de sua portione plus medietate, dicit tex quod feudum ad Dominum reuertitur, & sic appellat feudum medietatem feudi, idem scilicet, quod pars feudi dicatur feudum tenuit Andr. in in c. 1. §. de manso in fine de controv. inuestit. sicut dicimus quod pars fundi, fundus est l. plane §. fin. ff. de leg. 1. & l. locus ff. de verb. sign. l. quod in rerum §. fin. eod. tit. & bonus tex. in l. dotalc ff. de fund. dotal. maxime, quia senda constituuntur magna, &

parua Regis destinatione, ut dicit Andr. in c. 1. §. similiter potest de capita. qui cur, vendi. Ita quod quamvis feuda sint regulariter vnciarū viginti, possunt constitui, & concedi per Regem valoris vnciarum centum, & etiā valoris vnciarum decem, ut ibi per Andr. & sentit hoc in c. 1. §. ille tamen de controu. feud. apud par. termin. & melius in c. 1. §. quod autem dicit col. 3. de controu. inuest. ubi dixit, quod Rex facere potest vnum feudum valoris centum vnciarum, sicq; cum feudum prædictum à principio tanquam vnum fuerit concessum quondam Francisco de Accia, & suis predecessoribus illudq; regio assensu mediante fuerit d. Magnif. Iacouo seniori obligatum demū sequuta morte dicti Francisci, & feudo ipso aperto Regiæ Curiæ per mortē d. Francisci sine filijs, eodemq; feudo existente in posse Curiæ per sententiam pars dicti feudi fuit adiudicata ipsi Magn. Iacobo per quem, & suos successores fuit possessa tanquam feudū de per se, & reliqua medietas fuit per ipsam Regiam Curiam alteri concessa tanquā feudū de per se, ita quod ex uno feudo facta fuerunt † duo Regiæ destinatione, qui potest non tantum ex uno feudo facere duo, sed ex duabus prouincijs facere unam, & ex una facere duas, per tex. in auth. ut Iudices sine quoquo suffrag. §. illud col. 2. not. expresse glos. in c. & temporis qualitas in fine glos. magnæ 16. q. 1. sicut potest nouas constituere, & creare dignitates, ut dicit Lucas de Penn. in l. vni. C. de metrop. beri. lib. 10. Considerata ergo ista parte feudi, de qua agitur, & quantitate ipsorum fructuum merito omni iure potest dici modicum, & ideo Regni constitutio prædicta locum in eo non habet per supradicta.

Et quamvis per Regiam Curiam dicatur quod de præsenti anno ex territorijs dicti feudi obuenient in partē Regiæ Curiæ tumuli frumenti centrum quinquaginta. Attamen quia di-

QI

**E**t fructus sunt fructus duorum annorum, ex quo ex duobus annis territoria prædicta seminantur uno anno, ita quod ex dictis fructibus medietas obvenit per singulo anno, ita quod quodlibet biennium computatur pro uno anno iuxta notata per glos. in l. diuortio §. quod in anno, & ibi Bart. &cæteri, maxime Alex. ff. solut. matr. taliter quod ex predictis recte potest conclaudi, quod dictum feudum dici debet rusticum, & modicum, & consequenter in eo non habet locum d. Regni Constitutione.

Nec similiter obstat, si dicatur, quod quamvis dictum molendinum, & piscatio sint destructa, attamen Dominus dicti feudi habet ius ea iterum construendi, quod ius est in aliqua consideratione; nam prædicta non sunt in consideratione aliqua, stante quod in processu sicut plene probatum, quod pro constructione dicti molendini, & piscariæ sunt necessarij ducati octingenti, & plus, ita quod si Dominus feudi suis expensis, & industria fecerit meliorationes, & augmenta in d. feudo, illud augmentum cedit feudario, & non Regi, itaque ex hoc non augebitur seruitium feudi; Ita pun-

**B** Etualiter dixit Andr. ¶ in c. 1. §. similiiter de capit. qui cur. vend. Et idem tenuit Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua vers. 131. vbi Bal. in addit. & in versic. 136. & per Andr. in cap. 1. § quod autem de controv. inuest. & per Bar. in l. si merces §. ius maior ff. locati vbi dicit quod augmentum contingens propter diligentiam Coloni, non est causa augendi pensionem per l. primam, & tertiam C. de aluui. & per l. 2. de fund. rei priuat. lib. 11. & per l. fin. de omni agro deser. eodem libro.

Et dato, non tamen concessso, quod feudum prædictum fuisset magnum, & quatenus natum, prout reuera non est; Attamen in eodem bene potest, & debet succedere ipse Magn. Ioannes Baptista; nam quamvis in Collateralibus

per dictam Cōstitutionem, vt de successionebus, sit angustata feudorum successio, attamen quia de prædicto Magnif. Iacobo seniore primo acquirente feudum prædictū fecit transitū ad descendentes, ex eo, ex quo in eo successerunt Magnificus Ioannes Paulus frater d. Magnifici Ioannis Baptista, & filius Iacobi senioris acquirentis feudum prædictum, non solum validit ad descendentes in infinitum sed etiam ad transuersales descendentiū in infinitum, ita punctualiter tenuit Bal. in c. 1. 2. col. vers. Item oppono ad fine huius Capituli de feudo Marchiæ qui dixit, quod quamvis de Iure feudoru succedant Collaterales vsq; ad 7. gradum, tamen si de 1. acquirente feudum transiuit ad descendentes acquirentis, non solum transibit ad descendentes in infinitum dicti acquirentis, sed etiam transibit ad transuersales descendentiū in infinitum, secus tamen erit quando ab acquirente primo loco transiuit ad transuersales ex pacto, vel ex alijs causis, tunc in transuersalibus non transgreditur septimum gradum, secundum eum, sequitur Philip. Dec. cons. 85. 2. col. vers. 2. principaliter 1. vol. & illum d. Bal. sequitur Franc. Curt. in tract. feud. in 3. par. 3. partis principalis q. 1. Incip. successione expedito 1. col. & Affl. in c. 1. 12. col. Imper. Lothar. Ex quibus manifeste potest concludi quod Ioannes Baptista aperto, claroque iure admittitur ad d. feudi successiōnem, & propterea sequestrum ipsius per dictam Regiam Camerā factum, debere reuocari, & ipsi magnifico Ioanni Baptista consignari, prout sic declarari petitum fuit, & ita mihi de iure videtur salvo iudicio potiori, rectius sentientis.

Post suprascriptas allegationes traditas, fuerunt nouæ difficultates causaræ, ideo oportuit iterum in iure allegare; Ideo sequuntur infrascriptæ allegationes.

ADDI-

## ADDITIONES.

**A**D numerum primum cum sequentibus.  
Ad confirmationem eorum quæ scripsit  
meus Aius hic, quod feuda rustica non  
censeatur lura feudi, nec in eis habeat lo-  
cum Constitutio Regni ut de successioni-  
bus, Addo Camerarium in l. Imperiale  
fol. 315. in parua impræssione allegat Lu-  
cam de Penna in l. prima col. 12. de impon-  
nenda lucrativa descriptione, faciunt quæ  
cumulat Vincentius de Franch. decisi. 154.  
num. 4. Capic. decisi. 103. Gram. decisi. 77.  
num. 11. Affl. decisi. 282. num. 3. & 4.  
Vrsill. ad Affl. decisi. 278. num. primo & 2.  
& Affl. decisi. 305. num. 11. & decisi. 243.  
num. 2. & Vrsill. ad Affl. decisi. 255. num.  
primo in eodem num. primo. Ibi attamen  
dicendum est pro confirmatione eorum quæ  
dicit meus Aius hic, addo in punto idem  
voluisse Affl. in decisi. 282. numero 4. & ibi  
Vrsill. num. 1. & 2.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARY.

Hec allegatio tractat de eadem  
materia prout in precedenti al-  
legatione vigesima.

- 1 Quando feudum dicatur qua-  
ternatum?
- 2 Negatiua probatur per inspe-  
ctionem librorum, vel scri-  
pture.
- 3 Adoha soluitur profeudis qua-  
ternatis tantum.
- 4 Feudum à principio nobile, tra-  
ctu temporis mutat naturam,  
et fit rusticum.
- 5 Princeps per inuestituram po-  
test mutare naturam feudi.
- 6 Cursus temporis centum anno-  
rum potest mutare naturam  
feudi sicut Princeps.
- 7 Si res burgensatica permanit  
tanquam feudal is per annos

triginta, mutat naturam suā,  
et efficitur feudal is.

8 Feudum in quo solitum fuit suc-  
cedi iure Longobardorum, si  
fuerit possessum per primogeni-  
tum per annos 30. mutat suam  
naturam, et efficitur feudum  
iuris Francorum.

9 Assensus Regis operatur vim  
concessionis.

10 Principis assertioni non est  
credendum in his quæ cōcernunt  
comodum Principis et dam-  
num aliorum.

11 Quod dicitur excipiendo, non  
intelligitur confiteri.

12 Licet ex confessione feudatarij  
præbetur rem esse feudalem, si  
tamen is qui non possidet feu-  
dum confitetur rem esse feuda-  
lem, dicta confessio non præiu-  
dicat veritati.

## ALLEGATIO 21.

T Ractat de eadem re, prout  
in precedenti allegatione.

 N dicta causa præfati  
Magnifici Ioannis  
Baptistæ Gargani cū  
Regio Fisco super di-  
cto feudo dellis schia-  
ui. + Dico non esse  
dubitandum, quin feudum ipsum nullus  
latenus dici possit quaternatum, stan-  
te quod in quaternionibus Regiae Ca-  
meræ à tempore quondam Incliti Re-  
gis Alphonsi Primi, usque modo, non  
reperiatur modo aliquo descriptum, &  
annotatum propter quod censem suffici.

## ALLEGATIONVM

sufficienter probatum illud non esse quaternatum, per ea quæ notat Bar. in l. Titiaæ textores ff. de leg. 1. qui dixit, quod negatiua bene probatur ex 2 inspectione + scripturæ in quo non appareat descriptum illud, quod negatur, ut si negatur aliquem esse allibatum in Ciuitate, si non reperitur descriptus in libro secundum eum pro quo est bonus tex. in l. fin. C. de rebus creat. vbi legatum non fuisset alicui factum probatur ex inspectione testamenti per illum tex. iuxta glosella in verbo manifestum, & ibi Bal. dicit qd aliquem non esse descriptum in matricula, vel in extimo, vel inter soluentes gabellas, probatur per inspectionem librorum, vbi talia describuntur, & ibi Bar. dicit, quod quando negatiua est coarctata ad aliquam scripturam bene probatur per inspectionem illius scripturæ. Hinc dixit Bar. in l. 2. in fine post glos. C. de errore aduoc. quod ista negatiua videlicet sententiam non esse latam probatur per inspectionem libri, vbi sunt descripsæ omnes sententiæ iudicis, iu quo talis sententia non reperitur, ad quæ multa adduci possent quæ cumulan-tur per lacon. in d. l. Titiaæ textores in 3. not. & an negatiua probetur per inspectionem scripturæ, vide Alex. cons. 113. incipit scriptus Ecclesiasticus col. 10. vers. præterea confirmatio 4. vol.

Et ad prædicta optime deseruit quia pro dicto feudo nunquam fuit solutum adhoa, vel seruitium aliquod præstitum; vt appareat per Cædularios d. Regia Camere in quibus describuntur solutiones adoharum, in quibus nullatenus reperitur descriptum, quo casu feudum ipsum nullatenus potest dici quaternatum, & nobile per ea quæ notat Andreas in cap. 1. S. ille tamen de controu. feud. apud par. ter. qui 3 videtur tenere + quod adhoa solvit vel seruitium præstetur pro feudiis quaternatis tantum, & idem tenuit idem Andr. in c. 1. de Capit. qui cur. vend.

Nec obstat, quod dictum feendum reperiatur descriptum in quaterniopibus quondam Reginæ Ioannæ, vbi etiam apparet, quod pro eodem feudo fuit solutum adhoa Regiæ Curiæ, nam per testes curiæ, & testes d. Magnifici Ioannis Baptista iunctis dictis quaternionibus Regiæ Curiæ excedebitibus annos centum, apparet feendum ipsum fuisse inhabitatum, & pro eonunquam durante dicto tempore annorum centum fuisse solutam adohā, quo casu dato quod feendum ipsum à principio fuisset nobile, per dictum tempus annorum centū, mutauit naturam, & effectum fuit rusticum. Certum est enim quod + feuda per priuilegium Principis, & per pactum speciale appositum à Principe in concessione feudi contra naturam feudi mutant naturam, ita probat tex. in c. 1. & ibi per Doct. maxime Affl. 6. not. de feudo non habente propriam nat. feud. & bonus tex. in c. feendum ea lege, & ibi etiam per Doct. si de feud. fuer. controu. & bonus tex. in c. 1. S. præterea quid sit inuest. Hinc dicit notabiliter Andr. in c. 1. S. ille tamen penul. col. versic. sed si Rex de controu. feud. apud par. term. quod si Rex daret in feudum quaternatum magnum, vel nobile illud quod non erat illud, censebitur feendum quaternatum, + & nobile, quia rei suæ dicit legem, quam vult l. in re mandata C. mand. & ideo videtur sentire idem Andr. in c. 1. S. cæteruna fin. col. quis dicatur Dux. Si ergo per priuilegium Principis feuda quaternata possunt effici rustica, & mutare naturam, ergo per possessionem cētum annorum debent posse mutare eorum naturam, cū 6 possessio + rati temporis habeat vim priuilegij l. 3. S. ductus aquæ ff. de aqua. quot. & est. C. super quibusdam S. præterea de verbo. signif. & hoc procedit etiam in his quæ sunt Principi reser-vata, prout tenuit Alex. cons. 6. 1. col. 1. vol. quem sequitur Franc. Curtius in tract. feudorum in priac. 2. col. in fin.

fin. & plene Decis. cons. 85. column.  
2. vol. 1.

Et quod ex cursu temporis res mutant eorum naturam, optime deserunt not. per Andr. in cap. 1. §. ille tamen fin. col. de controu. feud. apud pares. term. qui dixit, † quod si res Burgenstica, vel allodialis permaneat tanquam feudalis per annos triginta, mutat suam naturam, & efficietur feudalis, & res afficitur tali conditione per tantum tempus, nam & persona per tantum tempus efficere tur seruitus l. eum qui C. de fund. rei princ. lib. 11. & si quis tanto tempore remansit tanquam vassallus praescriptus est secundum eum allegante l. litibus C. de agri. & censit, & idem tenet Andr. in cap. si quis per tringita, 2. col. si de feud. fuer. controu. Et idem tenuit idem Andr. in cap. 1. §. Si vero contigerit de pace iuram firm. Hinc dixit Andr. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus 3. col. de prohib. feud. alie. per Feder. quod si † feudum, in quo antiquitus solitum fuerat succedi iure Longobardorum fuerit possessum per primogenitum morientis tanquam feudum francum per annos 30. videntibus alijs fratribus, qui poterat succedere, & non contradicentibus, mutant naturam, & de Longobardo, effectum fuit francum, nam si personæ conditio tanto tempore mutatur, quia si quis per 30. annos permansit tanquam colonus, prescribitur in eo ius colonie, ita quod efficitur perpetuo colonus, ipse, & filii eius, multo magis tanto tempore mutant naturam rei, secundum Andr. ibi in 4. col. in Addit.

Hinc dixit notabiliter idem Andr. in cap. 1. in princ. col. 2. qui feud. dare possunt, quod quamvis feuda sint ex cadentia, & solita concedi, si tamen post vacationem Dñus vel Prælatus ea tenuerit per 30. annos efficiuntur demania, & desinunt esse excadentia, & sic mutant naturam ex cursu temporis, quia tanto tempore rei na-

tura mutatur, quia etiam per dictum tempus mutatur conditio personæ C. de fund. rei patrim. l. eum qui lib. 11. & tanto tempore etiam acquiritur ius vassallagij secundum cum & dixit Andr. in cap. 1. in addit. magna in final. col. Qualiter vassall. iuram. debe. fidel. quod si bona allodialia multo tempore fuerunt possessa tanquam feudalia, mutant naturam, & efficiuntur feudalia.

Et si dicatur, quod praedicta non procedunt in casu nostro, stante quod in processu nouiter presentato per Regium Procuratorem fiscalem, est quoddam priuilegium Regis Federici, in quo apparet d. feudum fuisse venditum quondam Antonio de Accia, tanquam feudum nobile, cum vassallos, ac reservatione adohæ, & alijs, vt ex dicto priuilegio ponitur contineri; Dico eidem Ioanni Baptista ei non obstatre prius tamen praesupposito, quod ex eodem processu, vt supra presentato apparet, quod satis ante tempus d. priuilegij feudum ipsam cum assensu Regio fuisse obligatum Magn. Iacobo Seniori, pro dotibus sue filie, vt ex capitulis matrimonialibus, & Regio assensu apparet, & tempore d. obligationis, & assensus, feudum ipsum, non erat quaternatum, sed rusticum, vt supra est demonstratum, taliter quod cum tempore d. priuilegij fuisse ius quesitum Iacobo in dicto feudo tanquam rusticó, mediante assensu Regio, qui † assensus operatur vim concessionis, prout dicit Andr. in cap. Imperialem in princ. 2. col. de prohib. feud. alie. per Feder. qui dicit, quod Rex consentiens alienatio ni feudi, vel obligationi, videtur donec l. lege obuenire de verb. signific. & idem Andr. in cap. 1. qui success. tene. & in cap. 1. de prohiben. feud. alien. per Lotha. pro quo facit optimus tex. in l. si liqueat, & ibi Bal. C. de inoffic. donat. ubi vxore donante bona cu assensu viri, videtur vir consenties donare, & nobis uxori. & idem notat Cy. O in l.

in l. neq; de confir. tuto. quamuis ergo post d. obligationem afferatur d. feudum per mortem Francisci deuenisse ad Regiam Curiam, & propterea desuisse esse feudum, prout dicit Andr. in c. 1. ex quib. caus. feud. amitt. Et ipsa Curia Regia potuerit feudum ipsum, quod antea erat rusticū, concedere in feudum nobile, mutando naturam d. feudi, vt dicit Andr. in d.c. 1. §. ille tamen pen. col. vers. sed sū Rex de controu. feud. apud par. term. Attamen d. concessio Regiae Cur. facta Anto. post ius quæsitum d. Magn. Iacobo Seniori, intelligitur facta sine præiudicio & iniuria d. Iacobi, cui prius erat ius quæsitum, ita est tex. in l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico, l. nec auus C. de emancip. libert. Ita punctualiter tenuit Andr. in c. 1. in addit. magna in 2. col. qualiter vassa. iurar. debeat fidel. tenuit Io. Andr. in cap. si motu proprio, de præben. in 6. qui dixit prædicta procedere etiā si Princeps proprio motu alij concedat, & idem tenuit Abb. in cap. 1. col. 10. de Iudic. & ibi per Doctor. multa ad hoc allegantes, ita quod concessio facta præfato Antonio, quo ad Ius dicti Magnifici Iacobi quæsitum debet strixte intelligi, per nota. per Bal. & caseros modernos in l. fin. ff. de constit. princip. Quo casu quamuis per dictum privilegium Antonio cōcessum feudum ipsum mutauerit naturam, intelligitur quo ad ea, quæ spectabant ad ipsum Regem concedentem, non aut quo ad portionem ipsi Iacobi Seniori adiudicatum virtute suorum anteriorum iurium, taliter quod ipsa pars feudi adiudicata ipsi Iacobo, retinuit, & retinet suam naturam per supradicta.

Et licet in eodem privilegio idem Princeps afferat feudam ipsum concedere cum vassallis, ac iurisdictionem, & cum luce soluendi adhoꝝ, & per hoc videatur inferri, quod in feudo erant vassalli, & præcederentur

tur adhoꝝ, quasi Principi, sic dicenti, debeat + plene credi iuxta tex. in Clément. literis de probat. Nam in casu de quo agitur prædicta non procedant, cum tractetur de commōdo Principis, & de damno alterius, quo casu sic narranti, vel afferenti, non creditur; ita tenuit Andr. in cap. sanctimas, quo tempore miles. Vbi Principi diceāti feudum ad se deuolutum propter culpam alterius, non creditur in alterius præiudicium & norat Andr. in cap. 1. ultima col. qui successionean. versic. sed nunquam stabitur, & idem Andr. in cap. 1. §. sed nec alia iustior §. column. versic. sed & si liberaliter, quæ sit prima causa beneficij ammitt. & idem Andr. in cap. primo in fine de controu. feud. apud par. term. Et præsertim quia dicta concessio cum vassallis, & alijs ibi expressis, est de communi forma privilegiorum, quæ intelligitur, si qui sunt iuxta notata per Doctor. in l. si sic, cum vulgar. de leg. primo maxime quia per testes Curiae apparer, & satis ante dictum priuilegium feudum ipsum fuerat sine vassallis, & habitationibus, quo casu de veritate liquet, quæ magis attenditur, quam dicta generalis assertio d. Regis, l. 2. C. de error. aduoc. l. illicitus §. veritas ff. de offic. præsid. l. errore C. de testam. cum similib.

Nec similiter obstat, quod d. quondam Magnificus Iacobus Senior in articulis dicti processus antiqui dixerit, quod quondam Ioannes de Actia pater dicti Francisci seruierit personaliter dicta Regiae Curiae loco adhoꝝ, ex quo dictus Iacobus prædicta dixit excipiendo, vt ex suis exceptionibus poterit videri, & sic non potest dici, quod fuerit + confessus illud quod excipiendo dixit, l. non utique ff. de except. plene Ludouic. in l. cum nullier §. col. & sequent. ff. solvit. matri. & plene Aret. institut. de except. in princ. col. 2 §. Bal. in l. alia C. de his quib. vt indig. & plene Fely.

Fely. in c. cum venerab. 4. col. extra de except. maxime quia d. Magnific. Jacob, tempore quo fecit dictas exceptiones, non possidebat d. feudum, 12. quo casu, quamuis ex confessione fudatarij possidentis feudum, probetur rem esse feudalem, ut per Andr. in c. i. versic. quidam tamen de con- trou. inter mascul. & femin. de benef. & idem Andr. in c. Imperiale s. præterea si inter duas, de prohib. feud. alienat. per Feder. si tamen is, qui non possidet feudum confitetur rem esse feudalem, dicta confessio non præiudicat veritati d. l. 2. C. de error. ad. uoc. cum alijs alleg. Ex quibus puto fuisse fundatam intentionem ipsius Magnifici Ioannis Baptiste agentis, & propterea possessionem dicti feudi si- bi esse restituendam, cum fructibus; & ita mihi de iure videtur.

## M A D I T I O N E S.

**A**d sumerum decimum, quod Principi aliquid attestanti ad sui comodum, & in præjudicium tertij, non sit credendum, nisi aliunde appareat veritas rei, ultra al- legata per meum Auum hic, vide Ioannem Vincentium de Anna in allegatione 52. nu. 61. cum seq. Affl. decis. 14. num. 6. & ibi Vrsill. num. 8. & 9. & 10. num. 11. 22. & 23. & Affl. decis. 305. num. 15.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Venditio non dicitur perfecta, non subsequuta mensuratione.*
- 2 *Locatio non probat dominium, nec possessionem.*
- 3 *Et præcarium, vel constitu- tum, nihil operatur.*
- 4 *Quando res venditur duobus, is præfertur cui prius tradita fuit possessio, non obstante con- stituto, vel præcario.*

5 *Qui est obligatus explicare fa- ctum; intelligitur obligatus in- fra terminum, quo illud com- modè explicare potuisset.*

6 *Quando res venditur duobus diuersis temporibus, quo casu præfertur is cui prius fuit tra- dita possessio, an possit alter pro præcio soluto agere assistenti a contra emptorem, & posse- rem?*

## A L L E G A T I O N E S.

**Q**uod venditio non dicatur perfecta non subsequuta men- suratione.



N causa Magnifi. Hieronymæ Ferrecchiæ agitata in Regia Came- ra Summaria, & coram Magnifico V. I. D. Do- mino Francisco Reuer- terio d. Regiæ Cameræ Præsidente, & cause Commiss. con- tra Magnificum Ioannem Antonium Rechum super certo territorio de lo Guasto, substituendo partes d. Magn. Ioannis Antonij Rechi conuenti, dico esse considerandum.

Quoniam per Instrumentum asser- ta emptionis factæ per quondam Ca- tonem de Mellis, olim virum d. Ma- gnif. Hieronymæ productum in actis per ipsam Hieronymā apparēt fuisse vendita tot lugera territorij prædicti dello Guasto eligenda per ipsum Ca- tonem ab uno latere, & mensuranda in illo loco vbi electio fieret, nec ali- ter per ipsum Catonem fuit facta elec- tio territorij ab uno latere, & subse- cuta mensuratio, nec alter facta tradi- gio ipsi Catoni, ideo nō est dubitandū, & accipit venditio fuit perfecta, nec

O 2 ipse

## ALLEGATIONVM

ipse Cato fuit aliter effectus Dominus dictorum modiorum octo, hoc probatur per tex. formalem in l. quod sepe §. in his ff. de contrahe. empt. & melius in l. si in venditione §. 1. ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi fundo vendito ad mensuram, si ante mensurationem casmate, vel inundatione pereat, non poterit emptor illius nomine agere contra venditorem, ex quo ille periret periculo venditoris, & ibi Bart. dicit, nota quod sicut in rebus mobilibus, non dicitur perfecta venditio, antequam mensuretur, vbi venditio est facta ad mensuram, ita nec in rebus immobilibus, vt ibi per eum, & præsertim quia venditio non fuit facta tanquam de uno corpore postea subiiciendo lugera, iuxta not. per Doct. in c. per tuas extra de donat, & per Alex. in l. Julianus §. si Titius in apostill. de action. empt. sed ipsa venditio fuit facta de octo modijs mensurandis, & eligendis per ipsum Catonem, ita quod ante electionem, & mensurationem, venditor remanet Dominus, & si res periret, periret suo periculo, ita Bar. in d. l. Julianus §. si Titio de actio. empt. & ita tenuit Bal. in rubrica de contrah. emptione in 22. q. qui etiam allegat l. qui fundum §. qui agrum ff. eod. tit. & Paul. de Castr. in l. 2. fin. col. C. de peric. & commod. rei vendit. vers. sed quid in rebus immobilibus. Qui dixit quod facta venditione rei immobilis ad mensuram, si ante mensurationem res pereat, periret periculo venditoris, ex quo remansit Dñus, & hoc per tex. quem dicit singularem in d. l. si in venditione §. 1. de actio. empt. Et idem tenuit Saly. in d. l. 2.

Et quamvis Paul. de Castr. & Saly. in d. l. 2. videantur aliquantum hæsitate, quod in venditione facta ad mensuram ante mensurationem videatur emptor effici Dñus ex ipso contractu emptionis, hoc tamen procedit, vbi post venditionem esset processum ad traditionem ante mensurationem factam, quo casu interueniente traditio-

tione, bene transfertur dominium in emptorem, iuxta tex. in l. traditionibus C. de pact. ita declarat, & intelligit Dec. cons. 179. vol. 1. quod non potest in casu nostro applicari, vbi nulla interuenit traditio.

Et quamvis verbo dicatur quod dicta modia octo fuerunt locata quondam Magni. Marino extandando venditori post dictam venditionem factam per ipsum Catonem emptorem, attamen quando hoc esset per tale locationem non fuisset translatum dominium in ipsum Catonem, nec propterea probaretur ex dicta locatione & possessio dicti Cathenis, ita est tex. in c. inter dilectos de fide instr. extra. & ibi per Doct. Bar. in l. approbationem ad finem C. de probat. & est decisio Sacr. Consil. collecta per Dominum Mazeum 325. & per Bar. in l. qui universas §. qui per colonum, & ibi Alex. ff. de acquir. possess. maxime quia de præsentij non agitur inter contrahentes, sed cum tertio, quo casu per instrumentum primum assertæ locationis non probatur dominium, nec possessio, vt per Doct. maxime Fely. in d. c. inter dilectos in 6. col. in fin. qui allegat rotam decisio 102. in antiquis, & idem tenet Ang. in l. quædam mulier ff. de rei vend.

Nec obstat assertum præcarium, & constitutum in eod. instrumento appositum, nam ante electionem facta, & subsequenti mensurationem & d. præcarium nihil operatur stante venditione, vt prædicitur, facta ad mensuram, & ad electionem d. emptoris, quæ venditio ante electionem, & mensurationem dicitur conditionalis, vt probat tex. in d. l. quod sepe §. in his, & not. Bar. in l. Julianus §. si Titius ff. de act. empt. & Alex. consil. 90. 5. vol. Ita quæ ante electionem, & mensurationem contractus dicitur imperfectus, & consequenter præcarium in eo appositum nihil operatur, ita punctualiter tenet Bar. in l. 3. §. incertam ff. de acquir. possess. vbi de eo qui vendit centum tabulas

tabulas terræ in aliquo prædio eligenda per emptorem, quod si constituit se præcario possidere per tale cōstitutum, non transfertur possessio in emptorem ante electionem, & hoc ratione incertitudinis, ut ibi per eum, quem sequitur Alex. dicens hoc procedere ratione incertitudinis respectu loci, & quotæ, idem etiam tenuit Ang. in l. quæ de tota s. incerte partis ff. de rei vendic. sequitur Philip. Dec. in cons. 226. 1. & 2. col. 2. vol.

Confirmantur prædicta, quia post venditionem prædictam factam per supradictum Magn. Marinum extandardum d. Catoni, fuit venditum territorium, quod de præsenti petitur per ipsam Magnificam Hieronymam, quondam Magn. Constantiæ de Leina, & illud fuit traditum, & mensuratum, & propriea ipsa Magn. Constantia, cui fuit res primo tradita, fuit effecta Dña, & deberet præferri † ipsi Hieronymæ agenti, ita est tex. in l. quotiens, & ibi per Doctor. C. de rei vendic. & in l. quo tibi C. de hæredita. vend. & in l. qui tibi C. de his qui à non Dño manum. cum similibus.

Confirmantur prædicta, nam ex d. contractu venditionis appareat quodd ex magno prædio guasti, quod est modiorum quinquaginta, & plus fuerunt vendita eidem Catoni modia octo eligenda per ipsum Catonem ex uno latere, quo casu ius eligendi dicta modia octo, quod est quid facti intelligitur datum eidem Catoni infra competenter terminum arbitrio iudicis considerandum quo ipse potuisset eligere, & mēsurari facere eadem modia octo, ita est tex. in l. idem erit & in l. interdum, & in l. continuus s. cum ita ff. de verb. obligat. vbi is qui simpliciter est † obligatus explicare factum intelligitur obligatus infra terminum quo illud commode, & verisimiliter explicare potuisset, sed vbi quis habet electionem alicuius rei ex pluribus si infra terminum sibi præfixum non eligat sibi præjudicat, taliter quod si res

illa vendatur à Dño, non poterit ultius eligere, nec aliter molestare emptorem, ita est tex. formalis in l. mancipiorum ff. de optio. legat. vbi legata optione serui, ex pluribus seruis, si legatarius infra terminum sibi datum non eligat, poterit hæres eos vendere, & eis venditis legatarius ultius non auditur, & hoc ne venditio quandcumq; eligente legatario interpelletur, idem probat tex. in l. si optio s. s. & in l. si ribi in princ. eod. tit. sed ipsi Catoni erat data dilatio ad eligendum à iure stante quod ius eligendi est quid facti, ut supra, & debebat explicari quam primum poterat per supradicta, quod quia non fecerat licuit d. Magn. Marino dictum territorium vendere, & cōtra emptorem, vel causam ab eo habentem ipse Cato non habet actionem, sed contra venditorem vel eius hæredes.

6 Nec obstat † illud quod ex aduerso prætenditur, videlicet quod ratione hypothecæ appositorum in d. contractu poterit agi ad consecutionem dictæ Terræ iure assistendi, saltim pro prætio soluto d. venditori, nam d. ius hypothecæ, & obligationis non extenditur ad illam rem in d. instrumento venditionis deducta, nisi specificie, & expresse res illa fuerit hypothecata, & obligata, ita Bar. notab. in l. qui absenti s. 1. in fin. ff. de acquir. possess. qui dixit, quod donans, vel concedens rem cum expressa obligatione, ut eam alteri non vendat, & si alteri vendiderit quod ad eum reuertatur, si donatarius eam postea alienauerit, non poterit donans, vel concedens contra emptorē ad illa agere, nisi fuerit specificie res illa hypothecata, & donatarius, vel concessionarius constitutus ei nomine eam possidere allegat l. si creditor in fin. ff. de distract. pign. pro quo est tex. in l. si ita quis s. ea lege, & ibi glos. ff. de verbo. oblig. & est bonus tex. in l. ea lege C. de condit. ob causam vbi pactum de nō alienando appositum eum emptore rei, vel

## ALLEGATIONVM

vel donatario non afficit rem illam venditam, vel donatam, & ideo si alie natura poterit ad interesse agi contra vendentē, non autem contra emptorem rei secundum glos. ibi præterquam si illa res fuisset specialiter obligata secundum Bal. ibi & Doct. quod etiam sequitur Alex. in d. l. qui absenti, & Imol. in d. l. si ita quis s. ea lege de verbis oblig.

Fortificantur prædicta per nota pér Doct. maxime Alex. & Moder. in l. si filio famil. s. si vir in quinquenniū ff. solut. matr. qui dixerunt quod vbi res locatur pro certo tempore, & cum obligatione generali omnium bonorum, quod in tali obligatione non includitur res locata, nisi dicatur expresse, & ideo cōductor in eo casu quo res ipsa alienatur, non poterit eam retinere pro pensione soluta, sed posset expelli per singularem successorem, & ipse debet agere ad interesse secūdum Doct. ibi contra locantem, quod etiā tenuit Bar. in d. l. qui fundum ff. locati, & in l. emptorem C. eod. tit. Et ad prædicta accedant quia contractus nō operatur ultra intentionem agentis, vt notatur per Doct. in l. quicquid astringende de verbis oblig. cum vulg. sed d. Cato qui emebat voluit dicta modia octo terræ habere iure emptionis, & dominij, & non iure hypothecæ merito illa res vendita non potest dici hypotecata, & ideo ius affendi intentatum per d. Magnificam Hieronymam contra dictos tertios possessores per prædicta non competit, & ita de iure mihi videtur saluo potiori iudicio Regiæ Cameræ.

## ADDITIO NBS.

**N**umero primo, quod venditio non dicatur perfecta non facta mensuratione territorij venditi ad mensuram; ultra allegata per meum Auum hic, vide Affl. decis. 280. num. 2. 3. & 4. & decis. 399. num. 4. Vrsill. ad Affl. decis. 48. num. 1. & ad decis. 289. num. 4. cum seq. & præced. numeris, & ad decis. 58. num. 1. qui omnes concordant cum dictis per meum Auum hic.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 Exceptio præscriptionis quando impedit litis ingressum.
- 2 Quando exceptio dicatur requiri altiore indaginem.
- 3 Durante pupillari etate præscriptio non currit, & an sit opus restitutio.

## ALLEGATIO 23.

**E**xceptio præscriptionis quando impedit litis ingressum.

**I**n causa cuiusdā mulieris pupillæ de Terra Sæti Germani, quæ agitur in Curia dictæ teræ, in qua fuit opposita exceptio præscriptionis ad impediendum litis ingressum, & fui requisitus, vt scriberem utrum dicta exceptio impedit litis ingressum, ideo paucis contentus dico.

Quod quamvis regulariter & exceptio præscriptionis impedit litis ingressum, quando opponitur in vim dicatorie, vt notat Bar. & Doct. in l. fratres C. de transact. & est bonus tex. in l. fin. & ibi hoc notat Bar. & Doct. ff. pro suo, & bonus tex. in l. omnes in vers. moueatur C. de præscript. 30. annor. & ibi Bal. & Saly. attamen illud procedit vbi dicta exceptio est liquida ex solo cursu temporis, vel statim liquidabilis, ita Bal. in l. si is quem per illum tex. C. ne de stat. defunc. sequitur Dec. conf. 22. 3. col. vers. 3. principaliter non obstat l. vol. Felyn. in rub. de præscript. col. 5. vers. obstat l. emptor, & notat Bal. in l. 2. 7. col. vers. decimo quinto opponitur C. de edict. diu qui dixit, quod exceptio præscriptionis est privilegiata, vt admittatur etiam si requirit altiore indaginem,

nem, ut sit litium finis, & excipiens offerat probationes in promptu. Et quando exceptio dicatur t̄ requirere altiorem indaginem, vide Ang. in l. ille à quo s. si de testamento ff. ad trebell. & Alex. cons. 101. pen. & fin. col. 4. vol. & notat Bal. in l. fin. 2. oppos. C. de compens. qui declarat quando exceptio dicatur esse liquida, & qualis terminus debeat dari ad d. exceptionem liquidandam. Atamen ex forma Regiae Pragmaticæ exceptiones dilatoria debent infra tres dies proponi, & allegari, & infra quinque probari, sed dicta exceptio non posset infra d. tempus probari, taliter quod Iudex possit de ea rationem habere, tum quia agens intendit super eam se fundare, & suas defensiones infra dictum tempus facere non posset, tum etiam quia ipsa exceptio in casu nostro, non est ex solo cursu temporis liquida, vt dicit Bal. in d. l. si is quem ex quo ipsa pupilla tempore mortis patris remansit pupilla, & de iure præscriptio non solum non currit contra pupillam, t̄ sed non incipit durante pupillari ætate siue sit præscriptio longi, siue longissimi temporis 30. annorum, casus est in l. sicut C. de præscrip. 30. annorum, contra vero adultos minores 25. annorum non currat præscriptio decem, vel viginti annorum, licet præscriptio triginta annorum contra eos currat, sed datur restitutio, vt est tex. in l. fin. & ibi plenè notant glos. Bar. & Doct. C. in quibus caus. in integrum restit. non est necess. & in l. etiam ei ff. de minoribus, & notat glos. magistra in l. auxilium in principio, in verbo cessabit ff. de minoribus, maxime quarta à dicto tempore, dato quod dicta tempora currissent prout non curren[t] essent detrahenda tempora belli, & pestis, quæ causarunt impedimenta agendi, in quibus temporibus dormit præscriptio iux. tex. in c. ex transmissa, & ibi Innoç. & Abb. in vlt. nota ext. de præscrip. & Bar. in l. naturaliter vlt. col. vers. quarto

an ista vsucap. ff. de vsucap. Ad quæ possent multa allegari quæ in casu de quo agitur non sunt necessaria; Ex quibus omnibus demonstratur, quod dicta exceptio præscriptionis opposita, non est liquida ex solo cursu temporis, vel statim liquidabilis infra tempus Regiae Pragmaticæ, & propterea ea non impedit h[ab]itatis ingressum, & cursum causæ, & ita mihi de iure videtur.

### ADDITIIONES.

**N**onno primo, & per totam . . In hac materiæ præscriptionis, ultra allegata per meum Autum hic, adduco quod omnis præscriptio est contra ius naturale, & naturalem æquitatem, & contra ius gentium, vt in s. habeat in auth. vt ecclesia Romana, firmat Bal. in l. ancillæ C. de furtis Socin. in cons. 86. num. 4. h[ab]et conclusio 1. vol. Cassan. ample in consuet. burgund. de forester rub. 13. num. 7. & in cons. 66. num. 61. hinc est quod præscriptio debet rejici ab arbitrio, qui habet iudicare, vt bonus vir, sicut foret Sacrum Regium Concilium, l. Emilius Largianus cum similibus adductis per Cottam, in verbo præscriptionis Socin. Iun. cons. 141. in 2. parte, vt dicit Vrsill. ad Afl. decis. 13. num. 9. quod hodie in Regno raro causa determinatur per præscriptionem, ex quo quasi numquam requirita interueniunt ex quo mala fides impedit præscriptionem, & heres etiam dicitur in mala fide, quia tenetur exonerare conscientiam defuncti qui fuit male fidei, ac præterea debet deduci tempus minoris ætatis belli, vel pestis, & propterea concludit raro autem nunquam per solam præscriptionem posse causam determinari, que nota pro confirmatione eorum, quæ scripsit meus Auus in his allegationibus. *Abb. Io. Hist. de Mauro.*

### SUMMARIUM.

**I** Vicarius generalis Archiepiscopi, an possit facere generali visitationem.

### ALLEGATIO 24.

**A** Rgumentum prout in Sumario primi numeri.

CONSVL,

## ALLEGATIONVM



ONS VLTVS de po-  
testate Reu. Episcopi  
Aquitensis deputati  
Vicarij in Ciuitate Nea-  
politana, & Archiepi-  
scopatu d. Ciuitatis, &  
vtrum virtute sue cō-  
missionis possit visitationem genera-  
lem facere; Dico quod quamvis gene-  
ralis Vicarius Archiepiscopi, vel Epi-  
scopi ex + generali cōmissione sibi da-  
ta non possit visitare, prout tenuit ex-  
presse latus in c. 2. de officio Vicarij in  
6. quē ibi refert, & sequitur Philip.  
Franc. in 2. col. vers. 3. hmita, & Do-  
minic. ibi finali col. vers. sed an poter-  
rit Vicarius ex generali mandato, di-  
centes quod sicut Capitulum sede va-  
tante non potest visitare vt est glos. in  
clem. 1. de heret. in verb. Capituli, &  
tenet Feder. conf. 290. Ita etiam ge-  
neralis Vicarius virtute generalis mā-  
dati sibi dati minime visitare potest;  
Attamen Reuer. Episcopus Aquina-  
tensis, qui ad Regimen Ecclesiaz Nea-  
pol. fuit propositus, & ad exercitū  
iurisdictionis Civilis, & Criminalis  
non pōt. dici merus Vicarius Archie-  
piscopi, de quo loquitur Latus vbi  
supra, sed delegatus Papæ ad vniuer-  
salem iurisdictionem exercendam, ex  
quo licet alias quando mandatur per  
Papam ordinario, quod subditos cor-  
rigat, videtur exercitare iurisdictionem  
ordinariam per tex. in c. licet in  
corrigendis de offic. ordin. Attamen  
quando in commissione Papa dicit, q  
ordinarius auctoritate Apostolica pro-  
cedat dicitur delegatus Papæ, & non  
ordinarius, ita pūctualiter tenuit Lu-  
dou. conf. 285. incip. omnia ad deci-  
sionem, qui allegat tex. in c. cum ali-  
quibus de rescript. in 6. quem dicit ad  
hoc singularem, hoc etiam videtur te-  
nere Innoc. in c. cum ex officio in ver-  
bo autoritate de præscript. dicens q  
à tali commissario est appellandum ad  
Papam, & non ad Patriarcham, sed in  
commissione præfati Reuer. Episcopi  
dicitur quod ipse libere, & licite pos-

sit exercere iurisdictionem auctorita-  
te Apostolica propterea censetur de-  
legatus Apostolicus, & non simplex  
Vicarius, stantibus ergo prædictis, pu-  
to cōsiderandum, quod in d. commis-  
sione Summus Pontifex exprimit im-  
pedimenta Archiepiscopi, propter quę  
impeditur d. ecclesiæ deseruire, vide-  
licet minor zetas, & eius absentia, &  
propterea eidem Reuer. Episcopo cō-  
misit curam d. ecclesiæ, ita quod pos-  
sit ordinariam iurisdictionem exerce-  
re, ac Pontificalia, & cætera omnia, &  
singula quę Archiepiscopi, qui pro-  
tempore extiterunt, facere potuerūt,  
& consueverunt, nec non delinquentes  
punire, & omnimodam iurisdictionem  
exercere libere, & licite possit,  
quo casu quamvis ex generali cōmis-  
sione facta Vicario exercendi iurisdi-  
ctionem non videantur sibi demandata  
ea quę respiciunt merum, & mixtū  
Imperium, nisi sibi specialiter cōmit-  
tantur c. 2. de offic. Vicarij in 6. Atta-  
men vbi alicui committitur omnimo-  
da iurisdictione, venit omnis iurisdictione  
temporalis, quam eccles. spiri-  
tualis, ciuilis, & criminalis, ita est glo-  
singul. in clem. vnica in verbo omni-  
moda de caus. possess. & proprietatis,  
quę dicit quod sub illo verbo omni-  
moda, quod est verbum generale, eō  
prehenditur omnis iurisdictione, & om-  
nes species iurisdictionis etiam illa  
quę requirunt specialem commissio-  
nem. Idem in specie tenuit Abb. &  
pleniū Fely. in c. conquestus de foro  
competen. & idem tenuit Anton. de  
Butr. in c. super quæstionem in princ.  
in 3. col. de officio delegati, & multa  
possent hic allegari quę omittit tā  
quam non necessaria.

Sicq; cum visitatio sit de lege iuris-  
dictionis, vt est optimus tex. in c. cum  
venerabilis extra de censibus, & ha-  
betur in cap. conquerente de offic. or-  
din. & per glos. in c. dilectus eod. tit.  
vbi de duplice lege Episcopo compe-  
tentia etiam ex forma dictæ commis-  
sionis omnis iurisdictione etiam illa quę  
non

non vénit nisi nominatim cōcedatur, sicut est merū, & mixtum Imperium, iuxta tex. in l. 1. ff. de offic. eius, sit ei- dem Reuer. Episcopo concessa merito visitatio quæ includitur in d. lege iurisdictionis videtur sibi demandata, maxime quia in eadem commissione expresse sibi conceditur generalis ad- ministratio in spiritualibus, & tempo- ralibus Ecclesiae Neapolitanæ, ita q. ipse possit exercere omnia ea quæ om- nes Archiepiscopi, qui pro tempore extiterent gerere, & exercere potue- runt, & consueverunt, sub qua gene- rali commissione non videtur dubi- tandum quin includatur ius visitatio- nis.

Ead hoc accedat, quia in d. com- missione expresse dicitur, quod ipse Reuer. Episcopus possit libere exerce- re omnia prædicta quod verbum libe- re importat, ut sine alterius licentia, vel contradictione prædicta exercere possit, ita est tex. iuncta glos. in ver- bo libere in cap. 2. de arbitr. in 6. per quem tex. ita cōsuluit Franc. de Aret. cons. 76. incip. diligenter vñsis, vbi ad hæc multa allegat. Et optime facit ad prædicta tex. in cap. licet in verbo libere de sepult. in 6. vbi filius famil. potest sibi eligere sepulturam libere, id est sine aliqua licentia patris, & est bonus tex. in cap. cum Episcopus in fine in verbo libere de offic. ordin. in 6. vbi Ioannes Andr. exponit libere, id est sine alicuius contradictione, ad quæ multa possent allegari, quæ bre- uitatis causa ommittuntur, sicq; quā- nis ius visitandi requirat licentiâ spe- cialem Archiepiscopi quia tamen ipsi Reuerend. Episcopo est demandata omnis iurisdictione, etiam ea quæ requi- rant speciale mandatum, non ab Ar- chiepiscopo, sed à Papa propter impe- dimenta Reuer. Archiepiscopi, vide- tur in prædictis includi ius visitandi, licet de eo non sit aliter facta mentio, maxime quia visitatio posset fieri non solum ab Archiepiscopo, sed per aliū loco sui eo impedito, ita est tex. iuncta

glos. in cap. 1. de censib. in 6. & ibi per Doct. & est bonus tex. in c. inter cæ- tera de offic. ordinar. vbi per Doct. & in c. episcopum 10. q. 1. ex quibus po- test recte concludi, quod d. Reueren. Episcop. in Diocesi, & Civitate Nea- politana visitare poterit, & ita mihi de iure videtur.

#### A D D I T I O N E S.

**N**umerico primo in hoc punto. Si Cap- tulum sede vacante possit visitare Dio- cesis; dieo quod Panormitanus in c. cum olim extra de maioritate, & obedientia tenet indistincte quod sic, & idem confir- mat Soccin. in tract. de visitatione colum. 4. & Bonifatius de Vitulonis in clem. 1. nu. 79. de hæreticis, nisi speraretur quod de proximo prouideretur ecclesiæ de succe- sione, vt colligitur ex theorica Innocentij in c. ad abolendam extra de hæreticis, & Felin. in d. c. cum olim sub num. 3. vel ni- si visitatio competeteret Episcopo de iure spaciali, vt quando Episcopus exemptos Sedis Apostolice immediate subiectos au- thoritate Apostolica visitat, iuxta textum in clementina attendentes de statu mona- chorum, vbi Zabarella q. 4. & Federicus de Senis cons. 291.

Et circa punctum principalem allegationis mei Aui hic, quod iste Vicarius Generalis potuerit visitare, hoc erit ea ratione, quia cōmissionem habuit à Sede Apostolica tamquam delegatus, per textum in c. ad abo- lendam extra de hæreticis, vbi Ioannes Andr. & Cardinalis Zabarella, & hæc est communis opinio, vt per Philipp. Franc. in c. vñco de maioritate, & obedientia in 6. & rationem afferunt, quia in talibus potius est supplere vices Papæ, quam Episco- pi, idque confirmare videtur Bellamera in conclus. 166.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Is qui allegat etatem ad iustifi- cationem alicuius actus, de- bet illam probare.
- 2 Numerus testimoniis quando at- tendatur in confusu testimoniis; & qui testes præualeant?


P

Testa.

- 3 *Testamentum factum à muliere impubere, non excedente duo decimum annum non valeat.*
- 4 *Quando testator non potest articulate, et intelligibiliter loqui, testamentum non valeat.*
- 5 *Testamentum factum ad interrogationem Notarij, non valeat.*
- 6 *Testes singulares, vel varij.*

## ALLEGATIO 25.

**D**E testamēto nullo, facto ad interrogationē Notarij per Testatorem non articulatē loquentem.



N causa egregij notarij Troiani Sanmarco, de Castro Sancti Petri in fine, pertinentiarū Sancti Germani, cum Matthæo Papa, de eodem Castro super petita reditione calculi administrationis tutelæ Iustinæ filiæ quondam Notarij Nicolai Sanmarco, ac super eo quod dictus notarius Troianus per viam reconventionis petiit, quod filij d. notarij Troiani tanquam substituti d. Iustinæ declarerent hæredes ipsius Iustinæ defunctæ in ætate pupillari & alijs, ut ex actis dictæ cause latius appareat.

Subtinendo igitur partes d. notarij Troiani conuenti, & reconuenientis, dico, ipsum notarium Troianum debere absolui ab impecitione dicti Matthæi Papæ agentis super positione computi administrationis d. tutelæ, & declarari dictos filios d. notarij Troiani hæredes d. Iustinæ, virtute d. substitutionis.

Prius tamen præsupposito, quod quondam Notarius Nicolaus Sā Mar-

co frater carnalis dicti Notarij Troiani, & Pater dictæ Iustinæ instituta d. Iustina vniuersali hærede ei substituit per hæc verba, videlicet, quod in ogni caso, & cuento, che la predetta Giustina sua figlia, & herede morisse in pupillari, etade, ad essa succeda Albertio, & Lattantio figli di detto Notaro Troiano. Quo casu licet afferat ex aduerso ipsam Iustinam in ætate maiori constitutam fecisse testamentum, & eius vniuersalem hæredem fecisse d. Matthæum, attamen ipse Matthæus qui allegat dictam ætatem maiorem ad iustificationem testamenti ipsius Iustinæ tenetur probare maiorem ætatem & ita probat formalis tex. in l. si minorem C. de integr. restit. mino. & ibi hoc notat Bal. bonus tex. in l. de ætate ff. de minor. Bal. in l. cū te z. col. C. de probat. qui dixit, quod is qui allegat ætatem alicuius, ad iustificationem alicuius actus debet probare ætatem, ut ibi per eum. Et licet ipse Notarius Troianus excipiebat contra testamentum Iustinæ ex capite minoris ætatis teneatur probare ipsam minorem probat tex. in d. l. cum te vbi Bal. dicentem quod vbi quis impugnat actum folum, vel contractum celebratum ab aliquo ex capite minoris ætatis teneatur probare minorem ætatem, alias præsumitur contrahens maior, ut ibi per eum, & idem & plenius tenuit lo. Andr. in reg. infamibus de reg. iur. in 6. in mercuriali, sicque licet dictus Matthæus agens conatus fuerit probare ætatem maiorem, & ipse Notarius Troianus minorem ætatem dictæ Iustinæ dico q̄ debet præualere probatio d. Notarij Troiani ex quo per plures testes numero ac digniores probavit minorem ætatem dictæ Iustinæ tempore conditi testamenti per ea quæ habentur in l. hoc & carmen ff. de testim. vbi glos. & Bar. & plenius Alex. in Apostill. bonus est tex. in c. in nostra, & ibi plenissime Fely. de testim. aliquid per Doct. & maxime Franc. de Arc. in c. 3. ext. eodem titul. & maxime

me quia testes dicti Notarij Troiani reddunt meliorem, & efficaciorē causam scientię, quam testes partis aduerſa, quo casu magis attenditur eorum probatio, & depositiones, ita punctualiter Bal. in l. conuenticula quinta col. vers. item multo fortius C. de Episc. & Cleric. dicens in testibus magis attendi rationem quam dictum, & idem tenuit Bal. in l. data opera col. . . . qui accusare non possunt, notat glos. in l. solam C. de testib. tex. iu auth. de hæred. & falcidia. §. si vero collatio prima. Quia ergo d. Notarius Troianus probauit per multos testes deponentes super 6. articulo, ac per 20. testes deponentes sup 28. 31. ac 33. articulis quod dicta Iustina tempore testamenti, erat annorum i i. ex quo fuerat nata 1521. de mense Augusti, & mortua, ac conditum prætensum testamentum de mense Iunij 1532. & sic non completo undecimo anno dictum prætensum testamentū redditur nullum stante ætate minori dictæ Iustinæ 3 iuxta tex. in l. qua ætate, & vbi per Doct. ff. de testam. & in §. præterea instit. quibus non est permis. facere testamentum, & licet asseratur per actorem, quod ipse probauerit maiorem ætatem d. Iustinæ per octo testes deponentes super 14. articulo ipsius actoris, tamen quia dicti prætensi testes sunt numero pauciores testibus d. Notarij Troiani, ac non ita concludenter redentes causam scientię sicut testes ipsius Notarij Troiani, suntque viliores testibus dicti conuenti propteræ dicta probatio ipsius conuenti debet præualere.

Et ultra prædicta puto considerandum quod de prætenso testamento nulla debet haberi ratio stante ipsius notoria nullitate ex quo non appareat aliquid de voluntate dictæ Iustinæ tempore dicti asserti testamenti, stante quod per multos testes ipsius Notarij Troiani deponentes super 14. art. & si gnanter per tricesimum primum testem super 14. art. deponentem, ac

etiam per 49. testem super eodem, & sequenti articulo, ac etiam per quinquagesimum primum testem, & per 59. testem super eodem, & sequenti articulis optime probatur quod dicta Iustina tempore prætensi testamenti, non solum non poterat articulare, & intelligibiliter loqui, & sed nullatenus loqui poterat taliter quod testamentum condere non poterat, iuxta tex. in l. iubemus C. de testam. Qui nimo ipsa sic semimortua existens, & loqui non valens, probatur quod fuit interrogata per quandam mulierem ibi existentem nomine Brigantam, si vellet testamentum condere, & hæredem instituere d. Matthæum, & ad relationē d. Brigantis, notarius scripsit testamentum prædictum, quo casu etiam si dicta Iustina interrogata, & vt supra respondisset quod sic dictum testamentum esset nullum, ita punctualiter tenuit Paul. de Castr. in l. hac cōsultissima §. at cum humana 2. col. C. qui testamento fac. poss. dicēs, quod si coram testatore fuit lectum testamentum scriptum per notarium, & interrogatus testator si vellet disponere prout in illo testamento, & ipse respōdeat, quod sic, quod tale testamentum non valet. Idem expresse tenuit Io. Andr. qui multa allegat in addit. Specul. in tit. de testam. §. in primis, qui dixit quod hoc accidit in testō vxoris Bulgari ex quo secundum eum si testamenta hoc modo fierent daretur materia falsum committendi, quod est improbatum à iure iuxta tex. in l. fin. C. de fideic. Idem expressius tenuit Maria. Socci. consil. 229. incipit in primo aspectu 5. col. versic. sexto, aduertendum 2. vol. vbi multa allegat & exp̄sse Ludou. consil. 306. incip. præterea consultatio 2. col. vers. quo ad sī qui notabiliter tenet, q̄ si testator existens in extremis, & non valens articulate loqui, interrogatus si velit talēm hæredem instituere, respōdeat q̄ sic, testamentum non valet, de quo est formalis decis. S. C. 143. que incip. vtrū

## ALLEGATIONVM

testamētum Martini &c. stante igitur nullitate asserti testamēti, d. Mathæus fundans se ex testamento d. Iustinæ sic nullo, debet à dicta hæreditate excludi, admissis dictis Albentio, & Lactantio ac d. notario Troiano eorum patre tanquam proximioribus circumscriptis probationibus de ætate d. Iustinæ; Et licet nonnulli testes d. Matthæi videantur deponere quod d. Iustina tempore d. prætensi testamenti dixerit, quod instiuebat hæredem dictū Matthæum, ut in prætestamento est scriptum, attamen, dicti testes sunt ad iuicem contrarij, & discordantes in multis, & signanter, quia notarius Ioannes Acicianus, qui fuit rogatus de testamēto qui est 17. testis, super 10. articulo, dicit, q. Iustina fuit interrogata per quendam Ioannem Acetorro de Primarola, si volebat condere testamentum, & ipsa dixit, quod eius bona volebat relinquere Matthæo Papæ, quibus verbis intellectis, ipse testis scripsit, quod d. Iustina fecit hæredem d. Matthæum, 24. testis nomine Loisius Maxarius super eodem articulo dixit, quod dicta Iustina fuit interrogata per notarium si volebat cōdere testamentum, & ipsa Iustina dixit, ego volo condere testamentum, & reliquo hæredem Matthæum, 25. testis nomine D. Ferdinandus de Iacobuzo super eodem articulo dicit, quod d. Iustina fuit interrogata per quendam mulierem, & ipsa respondit ut supra, 30. testis nomine Nicolaus Thosomarius dicit, super eodem articulo, quod d. Iustina fuit interrogata per quendam Ioannem Baptistam, cui volebat dimittere eius bona, & si volebat eadem bona relinquere Matthæo prædicto, & ipsa respondit quod sic; & multi alij testes in prædictis ad iuicem contradicunt quia unus dicit ipsam fuisse interrogatam ab uno, & aliis ab alio, & quilibet dicit notariū scripsisse verba ad interrogationem prout quilibet testis dicit, & similiter contradicunt in ver-

bis prolatis à dicta Iustina, quia unus dixit ipsam dixisse uno modo, & alius alio, taliter quod cum ipsi producantur ad probandum vnum testamen-  
6 tum, ita quod non possit esse plura te-  
stamenta, eodem tempore facta ab ea-  
dem, dici debet, quod aut ipsi censem-  
di sunt ad iuicem & contrarij, aut sin-  
gulares, tali singularitate, quæ testi-  
monium infringit, ita punctualiter di-  
cit Bal. in repet. legis, de quibus 15.  
col. versic. & nota quod situs, &c. ff.  
de legi. qui dixit, quod vbi testes sunt  
producti ad probandum vnum, & cer-  
tum factum si tale factū est ita vnum,  
quod non possint esse plura, diuersitas  
depositionum redit eos contrarios, &  
consequenter non probant, si autem  
possent esse plura facta, tunc ex diffe-  
rentijs depositionum fiunt singulares  
ut ipse dicit, & certe minima differen-  
tia in depositionibus testium habet  
imaginem contrarietatis sc̄cūndum  
eum, taliter quod testes non probant,  
& ad hoc accedant notata per Doct.  
maxime Anton. de Butr. & lo: Andr.  
in c. ad nostram ex. de testibus, qui  
dixerunt quod vbi duo testes contra-  
dicunt iuicem, neutrum dictorum  
valet, quod maxime procedit in casu  
nostro, vbi sunt plures testes examina-  
ti pro dicto Matthæo, & unus contra-  
dicit alteri, tam in personis à quibus  
dicunt Iustinam fuisse interrogatam,  
quam in verbis, & ad hoc accedant no-  
tata per Doct. maxime Panormit. in c.  
cum tū 2. col. versic. nota 2. ext. de  
testib. qui dicit quod vbi potest appa-  
rere testes deposuisse de uno actu si  
sunt ad iuicem contrarij, non redu-  
cuntur ad concordiam, & ideo eorum  
probatio remanet inutila, exemplo  
testium Susannæ allegat glos. 3. q. 9.  
c. nihilominus. Et ad prædicta opti-  
me deferebunt notata per Soccy. cons.  
77. incip. 1. aspectu 3. col. 2. vol. qui  
ad propositum nostræ difficultatis  
multa considerat circa diuersitatem  
depositionum testium de testamento  
deponentium, concludens quod va-  
rietas

rietas depositionum reddit eos inhabiles, ad quod accedant nota per Io. Andr. & alios post eum in c. 1. de arbit. in 6. in nouella qui dixit, quod ubi agitur de probando certo actu, puta quod res fuit vendita pro decem, & unus dicit quod fuit vendita pro decem, & alius pro 15. tales testes sunt singulares, & non probant, de quo multa allegat Alex. cons. 118. incip. In causa, & lite vertente 2. col. vers. unde sicut 1. vol. Et ad predicta optime deseruiunt notata per Ant. de Butr. & Abb. in c. nihil obstat de verb. signif. qui dicunt quod testes deponentes de testamento etiam si sint varijs in verbis non probant.

Quoniam ergo omnes testes d. Matthei deposuerunt de uno testamento eodem tempore facta, & quilibet testis deponit de diuersis interrogatoribus, ac diuersis responsionibus à dicta iustina factis; ideo nec testes probant, nec ad concordiam reduci possunt, per supradicta, & consequenter praetensum testamentum in quo se fundat pars aduersa, non reperitur probatum, & consequenter d. Matheus à dicta hereditate excludi debet per supradicta, & ita mihi de iure videtur dicendum, salvo potiori iudicio Magnifici cause Commissarij, ac Sacri Consilij.

#### ADDITIO N E S.

**A**d numerum quintum, quod tale instrumentum factum ad interrogacionem Notarij non valeat, ultra allegata per meum Auum hic. Adduco decisionem Sacri Concilij, de qua per Affl. decis. 143. num. 2. & 3.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

#### S V M M A R I V M.


1. Quando confirmatio dicatur facta in forma specifica, vel comune.

2. In in priuilegio requiratur causæ cognitio, seu citatio partium.
3. An donato castro videatur dominata iurisdictio super castro?
4. Et an merum imperium.
5. Concessio territorio, videtur concessa iurisdictio.
6. Concesso castro, vel villa, censetur concessa iurisdictio.
7. Concessa uniuersitate, cum territorio, veniunt vassalli.
8. Et an hæc iurisdictio extendatur in causis appellationum.
9. Quando Princeps donat feudum, vel castrum, & non dicit in feudum, libera est donatio, & burgensatica, & num. 11.
10. Prælati Ecclesiæarum tenentur præstare homagium domino temporali pro bonis concessis Ecclesiæ in feudum.
11. Princeps non potest revocare priuilegium alicui concessum sine causa, & num. 14.
12. Princeps nunquam præiudicat iuri tertij, & num. 14.
13. Rescriptum, vel priuilegium superioris, non purgat spolium.
14. Quomodo probetur spolium.
15. Dicitur fieri aliquid violentum, quando fit propria auctoritate, vel per potentem. Decisum fuit secundum istas allegationes in fine.

ALLE-

## ALLEGATIO 26.

**P**rinceps non reuocat priuilegium alicui concessum sine causa.



N causa Illustrissimi Cardinalis Durantis Episcopi Cassanensis Provinciae Calabriæ cum Illustriss. Principe Bisigniani super causis appellationum à sententijs causarum ciuilium Terræ Miromanni latis per officiales d. Terræ deputatos per ipsum Reuerendissimum Episcopum, ac super officio Portulaniæ in d. Terra, & alijs, ut ex processu, & actis agitato in Sac. Cons. & coram Magnifico I.V.D. Domino Ioanne Thomæ de Minadois Regio Consiliario, & cause Commisario.

Sustinendo partes dicti Reuerendissimi Episcopi appellantis à sententia reintegrationis status d. Illustrissimi Principis, quæ pronunciauerat dictas causas appellationum spectare, & pertinere ad dictum Dñum Principem, & similiter, dictum officium portulanii dico male fuisse iudicatum per dictum reintegratorem, & bene fuisse appellatum per ipsum Reuer. Epum.

Prius tamen præsupposito, q̄ per priuilegium quōdam Vgonis de Claramonte appetet dictam Terram Miromanni fuisse simpliciter donatā ecclesiæ Cassanensi, & Episcopo tunc existenti & futuris in dicta ecclesia vna cum suo territorio & districtu, quæ donatio postmodum reperitur confirmata per Regē Alphonsū primū qui exprimendo, & referendo dictam terram Miromannialias fuisse donatā dictæ ecclesiæ per d. Vgonem donationem ipsam expresse confirmavit, quo casu talis confirmatio dicitur facta in forma f specifica, ita per illum tex. tenuit Abb. in cap pen. in 1. nota. extra de confirmat. vtili, vel inut qui

dixit, vbi exprimitur tenor rei confirmatæ alio nō expresso videtur Princeps cōfirmare ex certa scientia. Idem punctualiter tenuit Bal. in l. ex placi-to col. 2. C. de rerum permūt. versic. si autem quæratur qui dixit quod quando confirmatio producit rem in esse, ita quod dat originem causæ tunc eorum firmans dat, allegat l. qui in prouincia S. diuus ff. de rit. nup. Inferens quod vbi Papa confirmat statuta Spoleri tanquam causa specifica pūta quod pater possit relinquere spurijs, tunc tale statutum ratione d. specificæ confirmationis dicitur Papale, ita q̄ transgressor statuti Papalis transgressor dicitur, idem tenuit Alex. cons. 123. incip. scripsit eccles. col. 7. versic. premitto quod confirmatio est duplex 4. vol. & dixit Bar. in l. more col. 2. vers. tu dic Clarius de iurisdictione omniū iudicium, quod vbi quis confirmat id quod esset nullam tunc confirmans dat. allegat l. adoptio ff. de adoption. & l. legata inutiliter de leg. 1. & ibi eum sequitur Alex. & ceteri, & quæ dicatur confirmatio in forma communi, & quæ in forma specifica, vide Abb. & ibi glos. in c. quia diuersitatem in glos. in verbo sub forma communi extra de concessi. præben. Sed quamvis dicta donatio tempore quo fuit facta valuerit absq; aliquo assensu Regis, quia eo tempore Reges non erant in Regno, & donās erat absoluus Dñus, attamen quando dicta Terra non potuisset donari iux. tex. in c. 1. S. donare, & ibi per Docto. qualiter olim feud. pot. alie. Rex postea specificè confirmingando dictam donationem videtur ipse donare dictę ecclesię; & licet glo. in c. 1. in verbo exorta extra de confirmatio. vti. vel inut. dicat, quod ad hoc. vt confirmatio dicatur facta in forma specifica, requiritur quod Princeps adhibuerit causæ cognitionem, & ibi hoc sequitur Anto. de Butr. & ceteri, & Alex. in d. cons. 113. col. 8. Attamen illa glos. & Docto. loquuntur in his, quæ respiciunt præiudicium tertij,

tertij, & alterius, quam confirmantis, secus tamen est quando confirmatio, vel concessio tendit solum ad præiudicium concedentis, quia alia cause cognitio, & vel alicuius citatio non est necessaria, ita Bal. in l. nam ita diuus col. 2. de adopt. qui dixit quod non est de more, nec de iure, quod vbi priuilegium conceditur, aliquis citetur, ex quo est donum superioris, & idem Bal. in l. fin. C. quib. res iud. non noc. & tenet Ludou. cons. 369. incip. circa primum in 5. dubio circa finem, & plene Felyn. in c. cum olim col. 6. de re iudic. quia ergo talis confirmatio donationis non poterat alij præjudicare, nisi Regi confirmanti, & ipse ex certa scientia exprimendo donationē factā per Vgonem Ecclesiæ Cassanensis, eandem donationem confirmauit, propterea ipse conformā videtur donare per supradicta, sicq; d. terra Miromanni dicitur donata d. ecclesie simpliciter, non solum per Vgonem, sed per Regem confirmantem, quo casu per donationem dictæ terræ videtur etiā donata eius iurisdictione in eadem terra, & homines ipsius, ita punctualiter tenuit Bar. in l. Vrbis appellatio ne in princ. ff. de verbo. signif. qui dixit, & quod si Imperator cōcedit mihi Ciuitatem, intelligitur concedere cum omni sua iurisdictione, allegat tex. iuncta glos. in l. 1. S. cum urbem ff. de officio prefec. vrb. Idem in specie tenuit Bal. in cap. 1. in prin. col. 3. vers. item scias de Capit. qui curiam vendidit, qui dixit quod in generali donatione Castris per Principem facta, & transfertur merum Imperium, ex quo beneficiū Principis debet largissime interpretari l. hac saluberrima C. de princip. agen. in rebus lib. 12. idem tenuit Lud. consil. 444. & plene notat Lucas de Penna in l. 2. col. 2. de bonis vacan. lib. 10. notat las. in l. fin. col. 2. vers. an autem si Princeps ff. de constit. Princip. & idem las. in l. 1. penult. & fin. col. ff. de iurisdict. omn. iudic. nos. Ioan. Andr. in addit. Specul. in

rub. de feud. in 1. q. vbi se remittit.

Confirmantur praedicta ex his quæ notabiliter dixit Andr. de Iser. in cap. Imperialem S. præterea si inter duas col. 15. & 16. de prohib. feud. alien. per Feder. qui dixit quod Dñus Terræ erit Iudex inter vassallos de quibuscumq; rebus burgensticis vertatur lis inter eos, maxime secundum ipsum si terra est concessa Dño cum territorio cui coheret iurisdictione, nā concedendo & territorium, videtur concedere iurisdictionem, l. pupillus S. territorium ff. de verb. signif. idem videtur tenere Iacob. de Beluis, in authen. de quæstor. S. si vero forsitan qui per illum tex. dixit, quod Dñs inter suos vassallos est Iudex competens, & ad hoc optime deseruit tex. in l. 1. S. initio ff. de offic. prefec. vig. vbi commissa alicui simpliciter Ciuitate videtur etiam cōmissum territorium cui coheret iurisdictione & per quem tex. dicit ibi Bar. quod concessio castro, vel villa simpliciter videtur etiam concessa iurisdictione. Hinc notabiliter dixit Innoc. in c. ex literis extra de iure parro. quod appellatio Castris continet in se iurisdictionem.

Nec obstat, quod in tali donatione d. terræ nulla fiat mentio vassallorum, de quorum iurisdictione agitur, quia cum fuerit donata dicta terra Miromanni cum territorio, cū eadem universitate donata, veniunt vassalli, & ita punctualiter tenuit Bal. in l. 2. C. de donat. & idem Bal. in c. 1. S. ex eadem lege Corradi de lege Corradi idem Bal. in l. 2. in fine principij ff. solu. matrim. & in specie Ludou. cons. 26. incip. pro decis. eorum in fine.

Cum ergo ex praedictis appareat qd. ecclesia Cassanensis habeat virtute dictæ donationis iurisdictionem in homines, & vassallos dictæ Terræ taliter quod officiales d. Reuer. Episcopi potuerunt, & possunt tanquam ordinarij formare processus, & sententias ferre, iuxta notata per Anto. de Butr. & cæteros Doct. in c. super quæstionem

num in princ. ff. de offic. delegat. Dico non esse dubitandum ipsam ecclesiam habere dictam iurisdictionem, etiam 8 in causis appellationum, † nam licet alias quando appellatur à Dño feudi debeat appellari ad superiore mediatum etiam si Dñus feudi sit persona ecclesiastica, & mediatus superior sit laicus iuxta notata per Innocen. & Abb. in cap. ceterum vlt. col. extra de Iudic. ad hoc allegat tex. cum glos. in c. romana §. debet de appellat. in 6. & plene Fely. in c. cæterum præallegato sibi. col. ex quo Dñus feudi, concedendo feudum, videtur sibi reseruare ius superioritatis, & per Doct. in locis præallegatis; Attamen prædicta locum non habent, quando ecclesie do- natur Terra vel Castrum, seu Ciuitas, ex quo talis donatio videtur facta ple- 9 no iure, † & donans non videtur sibi aliquid reseruare, ita punctualiter te- nuit Ioannes Andr. in addit. Specul. in tit. de iurisdit. omn. Iud. in addit. incip. vidistis duas opiniones, vbi di- cit quod in donatione valida, quæ per Imperatorem facta fuit, vel fit ecclesiæ per quam translatæ expresse vel nō expresse merum, & mixtū Imperium nulla ipsorum iurium adhesio rema- net penes donantem, vel Imperiuim, secus tamen in donatione facta laico, vel inferiori ecclesiæ quia tunc rema- net penes donantem ius superiorita- tis, ita quod causa per appellationem delata ad ipsum poterit per ipsam ecclesiam exerceri, idem in specie tenuit Angel. in l. 1. §. qui mandata in fine ff. de offic. eius cui mand. est iu- risd. qui dixit quod si ecclesiæ con- ceditur Ciuitas, vel Castrum, & de Im- perio tamquam de iurisdictione fit mentio, transit Imperium in Ecclesia, & nihil remainet concedenti, vnde se- cundum eum à sententijs latis in Ci- uitate Bononien. non posset appella- re ad Principem, nec à latis in Vrbe Romana, secus si concederetur alteri, nam licet transiret iurisdictionio, & im- perium quæ coheret territorio, iuxta

tex. in l. pupillus §. territorium ff. de verbor. signif. attamen iurisdictionio, & imperium manent salua apud conce- dentem, vnde à sententijs latis per do- natarium appellari potest ad conce- dentem secundum eum, & ad hoc op- time deseruit illud quod notabiliter dixit Abb. in cap. veniens 2. col. extra 10 de accus. qui dixit, † quod Prælati Ecclesiæ tenentur præstare homa- gium Dño temporali pro bonis con- cessis ecclesiæ in feudum, iuxta tex. in c. verum de foro competenti, & in c. solitæ de maior. & obed. secus tamen est quando bona temporalia simplici- ter essent concessa ecclesijs, & non in feudum, quia tunc Dñus temporalis in aliquo non recognoscitur, ad quod dicit facere tex. in c. nouerint 10. q. 1. & ad hoc accedant notabiliter dicta per Innoc. in cap. solitæ de maioritate & obed. qui dixit quod ab Episcopo appellandum sit ad Regem, quod cre- dit verum in rebus feudalibus, quia tunc cognoscit Episcopus quasi ciuilis Iudex, vt in d. c. veruna de foro com- pet. si autem alias sint dicatae ecclesiæ non spectat ad Regem, & super bonis illis non appellabitur Rex, vt ibi per eum, sed dicta Terra Miromanni, non fuit donata, vel concessa d. Ecclesia Cassanensi in feudum, immo fuit sibi 11 simpliciter donata, † quo casu vide- tur libere donata, & non in feudum per ea quæ notanter dixit Andr. de Iser. in c. 1. §. huius autem generis fin. col. in Addit. ex quib. caus. feud. am- mitt. qui dixit quod si Rex simili- ter concessit feudum non dicendo in feudum, censetur libere datum, alle- gat l. si quis ædes ff. de seruit. urbano. prædit. & est bonus tex. in c. 1. quod incipit sciendum de consuet. rest. feu. & ibi Andr. in princ. dixit, quod tunc est feudum, quando Dñus dixit, te- neas nomine feudi, seu inuestituram fecit de feudo, ex quo inuestitura est substantiale in feudo, secus si simplici- ter dixit, teneas talem rem, vt ibi. Et ad hoc accedat tex. in d. c. 1. q. inci- pit

pit Obertus in fine, ex quibus caus  
feud-ammitt. qui dixit, quod tunc cō-  
cessio censemur feudalis, qñ ita sit, &  
res datur vt proprietas remaneat pe-  
nes dantem, vſus vero ad accipientem  
transeat vt ibi in tex. & idem Andr. in  
c. i. de feud. nō haben. nat. feud. dixit,  
quod ad hoc vt res censeatur in feudū  
data, debet per cōcedentem exprimi,  
quod in feudum dat, & dixit notanter  
Oldrad. cons. 1 59. q̄ si donatur Prin-  
cipatus, non tñ dicitur in feudum erit  
douatio simplex, non autem infeuda-  
tio, & ibi ēt tenuit, quod si donatur, &  
non dicatur in feudum, quod sit dona-  
tio, & non feudum, sed in priuilegio d.  
Vgonis donantis dicitur simpliciter,  
Ego Vgo de Claramōte dedi, & obtu-  
li Episcopatui S. Marię Cassanensis, &  
Saxoni Episcopo, suisq; successoribus  
in perpetuum miromannam cum per-  
tinentijs suis, & nullum verbum in d.  
priuilegio apponitur, quod importem  
concessionem feudalem, sed meram  
donationem, Rex autem simpliciter  
confirmat dictam donationem nil sibi  
reservando de iuribus suis, vt dixit  
Andr. in c. i. in princ. per quos fiat in-  
uest. propterea d. terra censemur ple-  
no iure, & libere donata, ita quod pe-  
nes douantem nil remansit, maxime  
quia fuit donata pro anima, & pro re-  
missione peccatorū, quo casu vñ ple-  
no iure donata, vt dicit lo. Andr. in d.  
addit. Specul. in d. tit. de iurisd. omn.  
Iud. merito ad eandem ecclesiā & suos  
Prælatos tanquam dominam est ap-  
pellandam, non autem ad dictum Ill.  
Principem, per supradicta.

Nec obstat q̄ in priuilegio d. Dñi  
Principis ipse cōstituitur Capitaneus  
in d. Terra Marimanni, cum iurisdi-  
ctione ciuili, & criminali, & ēt in causis  
appellationum; talis n. concessio po-  
steriori loco facta, nullatenus præjudi-  
dicat, seu præjudicare potuit iuri ec-  
clesiæ per prius quæsito, tum quia in  
priuilegio prædicto d. Dñi Principis  
expresse dicit iuribus alienis semper  
saluis, tum etiam quia si hoc nō fuisset

expressum, adhuc non esset derogatū  
iuribus ecclesiæ antea quæstis per ea  
qua dicit Franc. de Aret. & cæteri in  
c. nouit col. 3. de Iudic. qui dixerunt q̄  
12 † priuilegium cōcessum per Principē  
subdito, per q̄ fuit trāslatum dñium,  
non pōt per Principem reuocari sine  
causa, ex quo dñium in aliū transla-  
tū est de iure gent. contra quod Prin-  
ceps non dispensat sine causa, vt aufe-  
ratur ius alteri quæsitū, idem not. In-  
noc. & cæteri in c. quæ in ecclesiarum  
de constit. Idem notanter tenuit Bal.  
in c. i. in princ. de nat. feud. qui dixit,  
quod 2. priuilegium non tollit primū,  
ex quo non est in potestate Principis,  
sed est factum priuati iuris, allegat no-  
tata in c. i. de constit. in 6. & auth. pri-  
uilegia C. de sac. san. eccl. ad quod ac-  
cedat illud q̄ dixit Bal. in l. i. col. i. de

13 consti. Principū, qui dixit, † quod vbi  
Princeps dat, vel cōfirmat, semper de-  
bet intelligi saluo iure alterius, allegat  
l. authoritate C. vnde vi, & idem tenet  
Bal. in tit. de pace Constant. in verbo  
plus consueverunt, qui infert. ad con-  
cessiones aquarum publicarum à Prin-  
cipe factas, vt intelligantur saluis iuri-  
bus eorum, quibus per prius fuerant  
concessa, ad quæ infinita possent alle-  
gari, quæ breuitatis causa ommitto,  
tanquam non necessaria, maxime quia  
dicta donatio fuerat per prius facta Ec-  
clesiæ, & sic fuit per Principē confir-  
mata, vt supra & consequenter non  
subditò concessū priuilegiū, quo casu

14 tale priuilegiū dicit † cōtractus, & sic  
nō potuit reuocari, ita punctualiter te-  
nuit Innoc. in c. nouit, in verbo Theo-  
dosius. & ibi per omnes maxime Abb.  
extra de ludi. quem sequit Fely. in c. i.  
2. col. de pbatio. Præcipue quia Prin-  
ceps p d. Priuilegiū d. Ill. Principi con-  
cessū, non solū noluit derogare priuile-  
gio ecclesiæ, & eius iuribus, sed exp̄sse  
dixit iuribus alienis sēper saluis, quæ  
clausula, ēt si nō fuisset apposita adhuc  
subintelligeretur, quia Princeps in du-  
bio non videt velle iuri alieno deroga-  
re, maxime de eo nō facta aliqua men-

Q

tione.

tione C. super eo de offi. deleg.c. quāuis de rescript. in 6. l. nec auus C. de emancip. liber. l. impuberi ff. de administr. tutor. l. 2. l. merito, & l. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico.

Nec asserta concessio d. Dño Principi facta, cognoscēdi de causis appellationū à s̄titijs in causis ciuilibus lati, ac de pertinentijs ad officium Portulani in aliquo præjudicat ipsi ecclesiæ, stante q̄ dicta ecclesia antiquitus fuerat in possessione secundarū causarū, in causis ciuilibus, ac d. officij Portulaniæ, & d. Dñus Princeps, seu alius p̄ eo propria authoritate, & de facto eadē ecclesiam spoliauit dicta iurisdictione secūdarum causarum, & Portulaniæ, quo spolio † stante d. priuilegium d. Dño Principi cōcessum dictarum secundarum causarum, & officij Portulaniæ, nihil operatur in præjudicium d. ecclesiæ, ita probat tex. in l. authoritate C. vnde vi, & ibi Bar. dicit q̄ occupans aliquā terram, vel possessionem, si faciat eam sibi concedere à superiore, nō prodest sibi quin spoliatus sit restituendus, & concessio forte non valet s̄m eum sequitur Alex. cons. 3. in 2. col. vers. octauo, quia si isti &c. 5. vol. hinc dixit Ang. il l. 2. C. de fund. & salti. rei. domi. lib. xj. q̄ Ciuitates, & Tiranni occupantes Terras, & Castra aliquorum Comitum, nō possunt petere confirmationē à Papa, vel à Princepe, nisi eas præscribere prætextu cōfirmationis prædictæ, ēt spatio longissimi tēporis, q̄ ēt tenuit Bal. in l. 1. in princ. C. de carb. ædic. sequitur Bal. in c. 1. de nat. feud. quod etiam tenuit expresse Fely. in cap. postulasti col. 2 1. vers. circa 4. & vltimum extra de rescript. & las. in l. clam possidere l. quia ad nundinas ff. de acquir. possess.

Quod autem d. ecclesia Cassanen. & ipsius Prælati fuerunt spoliati possessione dictæ iurisdictionis secundarum causarum, & officio Portulaniæ, satis appareat ex processu, in quo clare probatur quod d. ecclesia Cassanensis antiquitus fuerat in possessione prædi-

starum iurisdictionum, vsq; ad annos 25. vel 30. retro, à quo tempore infra fuerunt prædicta occupata per quondam Ill. Alphonsum Sanseuerinū nomine d. Dñi Principis, & administrata per certos factores ipsius, quo casu, cum pro parte d. ecclesiæ probetur antequam possesso, & q̄ post dictam anteriorē possessionem illa peruenierunt ad d. Dñum Principem, re ipsa censemtur † probatum spolium, ita pūctua-liter tenuit Bal. in l. pen. col. fin. C. si à non compet. Iud. qui dixit q̄ afferens se spoliatū probando antiquiorem possessionem, & quod de pñti illa possessio reperitur penes aduersariū; re ipsa videtur p̄basse spoliū, sequitur Alex. cons. 6. col. 3. vers. & ad hoc ostendum 3. vol. & idem Alex. consil. 199. incipiente viso, & discussio processu l. col. 2. vol. & firmat Philip. Det. consil. 136. incip. in causa Reuer. in fin. 1. vol. & tenuit Innoc. & Doct. in c. sepe extra de restit. spoliat. & Lapus alleg. 52. incip. Letatus sum, & notat Abb. in c. cum ad sedem de restit. spoliat. & idē Abb. in c. olim el 1. per illū tex. eo. tit.

Nec obstat si dicatur, quod d. l. authoritatem & oīa prædicta loquuntur in spoliatore, seu occupatore violēto, quæ qualitas violentiæ non vñ aliter probata, nam satis censemtur probata qualitas violentiæ, stante quod d. Ill. Princeps, seu d. Ill. Alphonsus Sanseuerinus, qui erant in loco admodum potentes, propria authoritate occupaverint dictas iurisdictiones, absq; aliqua voluntate Prælati d. ecclesiæ, quo casu satis dñ violenter † factū, illud q̄ à potente fit propria authoritate, ita probat tex. formalis in l. extat. ff quod metus causa; vbi etiam dicit quod aliquid videtur violenter captum, quod quis propria authoritate accipit etiā sine armis; & ad hoc accedant ea quæ in particulari tenuit Roffred. Beneuen. in rubr. de constitut. si quis in tantum col. 9. versic. quæritur quomodo intelligitur num. 35. in parua impressione qui dixit, quod violenter

lenter intelligitur fieri etiam illud q̄ fit propria authoritate, nec curat ipse si interuenerunt arma, vel ne.

Et notabiliter hoc tenuit Bal. in l. si quis in tantum col. 3. vers. decimo quæritur hic vbi tenet quod quando clam conuertitur ad vi tunc habetur, ac si pallam expelleretur allegat tex. in l. clam possidere s. qui ad nundinas ff. de acquir. possess. inferens ad statutum puniens aliquem expellentem de possessione, quod includit illum qui inuasit possessionem, & possidens nō erat ibi corporaliter, sed animo possidebat, & reuertentem non admittat, dicens etiam quod aliquis tribus modis expellitur videlicet quando expellitur corporaliter à possessione, & quando rediens non fuit admissus, & quando metu non reuertitur, in quo casu satis dicitur expulsus taliter q̄ habet locum lex si quis in tantam, & idem Bal. in ead. l. si quis in tantam pen. col. vers. quid si clam. dicens quod si qui clam ingreditur possessionem si reuertentem non admittit, dicitur violentus inuasor allegat glosam in d. l. clam possidere s. qui ad nundinas & in l. sequen. ff. de acquir. possess. & ad hoc accedat quod per nonum testem, ac per 13. super 9. articulo d. Reuer. Episcopi probatur, quod officiales d. episcopatus expresse prohibuerūt Partritium, qui exercebat officium Portulanus in d. Terra, ac in dictis secundis causis se intromittebat nomine d. Dñi Principis quod in prædictis nullatus se intromitteret, quo casu is qui facit aliquid contra prohibitionem alicuius videtur facere violenter ita est tex. formalis in l. 1. s. quid sit vi factum & s. sequenti, & ibi Bar. ff. q̄ vi, aut clam.

Ex quibus euidenter apparet, quod d. reintegrator perperam, & male iudicauit & bene fuit pro parte ecclesie appellatum, & Magn. cause Commissarius consideret, quod hodie homines faciliter occupant bona ecclesiastū non curantes de conscientia, nec

iactura anime q̄ permitti non debet.

In hac causa fuit per S. C. referente predicto Magn. Io. Thoma de Mendoza iudicatum male fuisse iudicatum per reintegratorē, & bene appellatū.

### A D D I T I O N E S.

**A**D numerū primum quod ista confirmatio dicatur facta in forma specifica.

Vltra allegatum per metum Auum hic. Addo Bar. Angel. Imol. & Alexandr. in l. 3. in princ. ff. de acquir. poss. Annam in Allegat. 35. nu. 13. & 14. & nu. 20. vbi plura, & in allegat. 47. num. 20. cum pluribus sequi.

Abb. Io. Hier. de Maure.

### S V M M A R I V M.

1 Priuilegium Principis, vel donatio Principis transfert dominium.

2 Verba enūciatiua in antiquis an probent?

3 Vassallagiu qualiter probetur.

4 Dominium, & possessio semel acquisita per Ecclesiam nunquam vacat.

Etiam mortuis Prælatis.

5 Possessio generalis iurisdictionis acquiritur, etiam si unus actus iurisdictionis exerceatur & num. 6.

7 Secus alio possidente alios actus iurisdictionis.

8 Princeps nunquam præiudicat iuri tertij per clausulas gñales.

9 Secundum priuilegiū non tollit primum, quia non est in potestate Principis præiudicare iuri alteri quæsto.

10 Priuilegia quando stricte sunt interpretanda.

Q 2 ALLE.

## ALLEGATIONVM

## ALLEGATIO 27.

**P**riuilegium per Principē Ecclētiz concessum, sit perpetuum, & nūnquam repocatur.



N causa venerabilis monasterij Sancti Laurentij extra mēnia Ciuitatis Auerse constructi, cum Magistris Domitio Caracciolo de Neapoli Barone Catalis Frignani maioris pertinenteru[m] Cipriatis Auerse super exercitio iurisdictionis ciuitatis, & criminalis in vassallos d. monasterij, vt ex processu, & actis dictæ causæ verentis in Sacr. Consil. & coram Magn. I. V. D. Dño Marino Freccia Reg. Consiliario & causæ Commiss. latius apparet, puto debere iudicari in fauore d. monasterij, & d. Magn. Baronem conuentum debere condemnari, ad desistendum ab exercitio d. iurisdictionis.

Prius tamen presupposito quod d. monasterium demonstrauit per priuilegium Regis Guglielmi, de concessione facta dictæ Ecclesiæ Sancti Laurentij hominum de domo Zaccarellis existentium in dicto Casali, cum iurisdictione ciuili, & criminali in eosdem hominibus de Zaccarellis, ac in omnes vassallos d. monasterij, & tenentes bona à monasterio prædicto, sub redditibus, vt ex ipso priuilegio sub data 1172. clare apparet per quā concessionem ipsa iurisdictione fuit ipse ecclesiæ pleno iure queſita, per ea quæ notāter tenuit Bal. in plud. feud. col. 7. vers. sed in priuilegijs, qui dixit q[ui] in priuilegijs t[ame]n eo ipso quod Princeps dat, transfert dñum, allegat l. bene à Zenone C. de quadrien. præscrip. & dixit Bal. in c. ad audientiam extra de præscrip. ibi probari quod etiam sine possessione queritur ius ex priuilegio, & concessione Principis. Hinc no-

tabiliter dicit Angel. in l. officium circa suem ff. de rei vendi. quod per solum instrumentum continens donationem Principis probatur dominū, quia Princeps habet potentiam transferendi dñum ad libitum voluntatis, secundum eum. Præsupposita ergo concessione d. iurisdictionis, & illius acquisitione in vassallos d. ecclesie, & tenentes bona à monasterio sub redditibus.

Dico optime fuisse probatum pro parte ipsius monasterij, homines de quorum iurisdictione agitur, fuisse, & esse vassallos d. monasterij.

Primo per dictum priuilegii Guglielmi, in quo donantur ecclesiæ villa[n]i de Zaccarellis, quo ad ipsos de d. domo, per quod priuilegium probatur vassallagium, ita est constitutio Regni probationum defectu, & ibi Andr. plene, & in conflit. si dubitatio, & ibi similiter Andr.

Secundo quo ad dictos de Zaccarellis, & ca[er]eros de Casali in actis expressis, probatur per priuilegium incliti Regis Alphonsi primi in quo narratur quod illi de domo de Zaccarellis, & de domo de Curtis, & aliarii domorum in actis expressarum sunt vassalli d. monasterij, & tanquam vassalli monasterij eximuntur ab angariis durante fabrica d. ecclesiæ quo casu stante antiquitate d. priuilegij verba ipsius priuilegij, licet enunciatiue + prolata probant ipsos esse vassallos monasterij, per ea quæ notanter tenuit Bal. in l. cum aliquis C. de iure deli. vbi dixit quod verba enunciatiue prolata in instrumento antiquo licet inter alios, & de alio confessio probant enunciatum, & idem in specie tenuit Soccin. consl. 187. col. 2. 2. vol. qui dixit, quod iurisdictione loci probatur per instrumenta inter priuatos confessio, & idem Socei. consl. 14. eod. vol. + maxime quia d. priuilegium est adeo antiquum quod est annorum centum, vel circa, quo c[on]su[m]tu indubitanter probant verba enunciatiue

ciatiua propt: tenuit Philip. Dec. cons. 13. col. fin. vers. nec obstat si dicatur 1. vol. maxime quia de eodem vassallagio hominum dictarum familiarum de Zaccarellis de familie Sardi, & Cartis, ac alijs familijs apparet instrumentum antiquissimum excedens annos ducentum, in quo extant depositiones multorum testium examinatorum, de ordine Regis deponentium quod homines de dictis Casatis erat, & sunt vassalli dicti monasterij, & quod eisdem tanquam vassallos monasteriu ipsam in omnibus tractauit, exercendo in eisdem iurisdictionem ciuillem, & criminalem, quorum testium depositionibus, & assertiōibus indubitanter creditur, non solum respectu vassallagij, sed etiam respectu iurisdictionis, stante antiquitate temporis, per nota. per Bal. in d. l. cum aliquis & per Doct. in c. illud de presump. & maxime quia stante antiquitate temporis d. instrumentum presumitur sollempniter factū, ut per Innoc. Host. & alios in c. albericus de testib. & tenet Franc. de Aret. consil. 36. incip. casus talis est, & Alex. in l. sciendum de verb. oblig. Idem Alex. cons. 79. incip. circa primum col. 3. vers. vtrum autem 1. vol.

Probatur etiam eos esse vassallos dicti monasterij ex præstatione servitorum ab ipsis facta monasterio, & Abbatibus ipsis, ac monacis tanquam dominis, & quod in iuditio tanquam vassalli conuenti fuerunt tam in ciuibib, quam in criminalibus, vt depo-  
sunt testes examinati in d. instrumen-  
to antiquo, ac etiā quod dicti vassalli  
tenuerunt, & tenent terras, & domos  
à monasterio sub diversis redditibus.  
Per quæ omnia probatur ipsos esse  
vassallos monasterij. Ita punctualiter  
declarat const. Regni probationum  
defectum, & ibi Andr. hoc plene de-  
clarat. Et idem probatur in confit. si  
dubitatio, & ibi similiter Andr. taliter  
quod ex d. priuilegio Galielmi pro-  
batur non solum donatio hominum

de familia Zaccarellis, sed concessio iurisdictionis ciuilis & criminalis in omnes vassallos, & tenentes bona sub redditu à monasterio, & ex prædictis probatur prædictos homines fuisse, & esse vassallos d. monasterij, & consequenter ipsos Abbatem, & monacos iurisdictionē habere in eodem, quæ probationes prosunt in causa petitorij, ut dicit ibi Afflictus.

Et quia igitur de exercitio d. iurisdictionis in eisdem vassallos, & per dictum instrumentum antiquum, & testes ibi examinatos plene apparet, quod Reuer. Abbates, & officiales d. monasterij exercuerunt iurisdictionē ciuilē, & criminalem in homines dictarum familiarum sequitur quod d. monasterium acquisivit dominium, & possessionem d. iurisdictionis in prædictos vassallos, quo casu dominium, & possessio semel t̄ acquistata per ecclesiam nunquam vacat, sed semper remanet penes ipsam ecclesiam etiā mortuis quibuscumq; Prælatis ipsius Ecclesiæ, ita punctualiter tenuit Innoc. in c. in præsentia col. 2. vers. in præbendis extra de probat. qui dixit quod quamvis præbendæ vacent, iura tamen pertinentia ad præbendam nunquam vacant, immo possidentur ab ecclesia, etiam dum vixit præbendarius, ex quo ipse præbendarius viuens dicitur ea possidere nomine ecclesiæ quem sequitur Bal. in l. 3. col. 1. in fine C. de edict. diu. Adr. & idem tenuit Paul. de Cafr. in l. si sorori col. 1. C. de iure delibe, qui etiam allegat Innoc. ad hoc in c. cum super extra de causa possess. & propri. faciunt notat. per Bar. in l. sicut l. 1. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. Vide etiā Guid. Pap. decis. 355. incip. vtrum Præla-  
5 tus nouus, qui tenet quod nouus t̄ Prælatus, eo ipso quod habuit posses-  
sionem ecclesiæ censemur omnia bona ecclesiæ possidere sine alia noua appre-  
hensione, ex quo talis possessio & do-  
minium bonorum post acquisitionem  
illorū semper fuerunt penes ecclesiæ.

Et

Et quamvis ex aduerso asseratur q[uod] monasterium prædictum, & illius Ab-bates, & officiales non exercuerint iurisdictionem criminalem in eosdem vassallos; Attamen dato, & non con-cesso, quod non probaretur de exer-citio iurisdictionis criminalis post d. instrumentum antiquū negari tū non potest, quin Abbates, & officiales de-putati per ipsos Abbates nō exercue-rint iurisdictionem ciuilem in eosdem vassallos deputando Capitaneos in eodem Casali, & eos carcerando, & contra eos procedendo prout non so-lum per testes d.ecclesiae, sed per mul-tos testes partis aduersae demonstra-tur, quo casu cum vniuersalis iurisdi-ctio Ciuilis, & Criminalis fuerit ipsi ecclesiæ quæsita in eosdem vassallos per exercitium iurisdictionis ciuilis, conseruatur ciuilis, & criminalis, seu vniuersalis iurisdictionis semel quæsita, ita punctualiter tenuit Innoc. in c. di-lectus col. 2. extra de Capell. mona-  
6 qui notabiliter dixit, + quod possessio generalis iurisdictionis acquiritur si vnum actus iurisdictionis exerceatur, puta quia cognoscatur de una causa siue ciuili, siue criminali, & idem est secun-dum eum quicquid aliud faciat quod ad iurisdictionē pertineat, dummodo intēdat vti iure suo quo ad iurisdictionem vniuersaliter sīm eū, & paulo infe-rius dicit, q[uod] apprehensa una possesso-ne in uno capitulo iurisdictionis, & in omnibus capitulis iurisdictionis apprehē dere intelligitur, q[uia] omnia capitula iu-risdictionis contigua intelliguntur, hoc idem punctualiter tenuit Ludou. conf. 291. incip. cum istis fratres col. 3. vers. & quidem dicendum est, qui dixit, quod quamvis cum agitur de vniuersali iurisdictione ab initio que-renda, non sufficit vnum actum solum iurisdictionis exercere in una specie iurisdictionis, attamen vbi agitur de vniuersali iurisdictione quæsita con-seruanda, sufficit vnicum iurisdictionis actum exercuisse, vt ipsa vniuer-saliter conseruetur, allegat l. una est

via ff. de seruit. rust. prædior. &c. si stillicidium l. fin. & l. si in parte ff. quemadmod. serui. ammict. Hinc di-cit notabiliter Innoc. in c. dilecto fi-lio in fine de offic. archid. quod vbi quis vtitur aliquo iure sibi competēti vtendo vno iure, alia omnia sibi eodē iure competentia retinere videtur, & dixit notabiliter Abb. in c. 1. vltimo not. extra de relig. domi. ibi probati, quod per exercitium vnius juris, seu articuli comprehensi sub vniuerso, infertur ad possessionem iuris vniuer-salis, inferens, quod possessio vnius articuli extenditur ad possessionem vniuersalem totius iurisdictionis, idē per illum tex. in d. cap. 1. tenuit Abb. conf. 82. col. 4. 1. vol. qui dixit quod per exercitiū vnius actus ab Episcopo facti in Ecclesia quæ non cōstat in cu-  
jus diocesi est, vel dubitat, p̄sumit illā ecclesiam ad eum in totum pertinere.

Et si dicatur quod prædicta proce-dunt vbi iurisdictionis competit de iure communi, tunc per exercitium iurisdi-ctionis in una specie conseruat om-nem iurisdictionem, in quibus termi-nis loquuntur prædicti Docto. Dicitur quod idem est, vbi vniuersalis iu-risdictionis competit ex priuilegio, ita punctualiter tenuit Felyn. in c. audi-tis colum. 8. & 9. extra de præscript. versi. prima declaratio, qui sequendo Bar. in l. 1. l. si quis hoc interdicto ff. de itine. actuq; priu. dicit quod si ha-bens iurisdictionem ab eo, qui habet ius concedendi, vtitur iurisdictione in uno actu, retinet eam in omnibus, se-quitur Cassan. in consuet. Burg. car. 20. col. 1. in fine, quia ergo monas-terium ipsum habet concessionem iu-risdictionis ciuilis, & criminalis à Re-ge in dictos vassallos, merito per exer-citium ciuilis conseruatur criminalis per supradicta, tanto magis, quia per instrumentum prædictum antiquum apparet de exercitio ciuilis, & crimi-nalis iurisdictionis, vt supra est dictū.

Nec obstat si dicatur, quod præ-dicta procedunt vbi alias non reperi-tur

7 ritur † in possessione iurisdictionis criminalis, tunc per exercitium ciuilis conseruatur iurisdictione criminalis; sed alio possidente criminali iurisdictionem per exercitium ciuilis, non conseruatur criminalis ab alio possessa, ita punctualiter tenuit Innoc. in d.c.dilectus de cappel. monac. col. 2. vers. & hoc est verum, notat expresse Abb. & ceteri scribentes in c. auditis penul. col. vers. oppono quanto, & ip c. cum olim pen.col.vers. ex his, & ex tex. nota. de prescript. not. Alex. consil. 68. incip. & viso, & dudum discussio penul. col. vers. ad predicta bene facit 2.col. 2. vol. Cappel. Tholos. q. 323. nam predicta procedunt vbi agitur de iurisdictione vniuersali quærenda præscriptione, vel aliter, tunc acquirens possessionem in uno capite iurisdictionis alio possidente non acquirit eam in alijs, ita punctualiter tenuit Bar. in l. i. §. si quis hoc interdicto ff. de itin. actuq; priua. & plene Soccin. conf. 35. incip. in controvrsia fin.col. vers. postremo non potest qui allegat Bar. in d. §. si quis hoc interdicto, & Bar. in l. si publicanus in fine ff. de public. Sed vbi agitur de vniuersali iurisdictione quæsita per priuilegium illius qui eam concedere potuit, conseruanda, tunc per exercitium vnius capitis d. iurisdictionis conseruatur omnis iurisdictione; ita punctualiter dixit Bar. in d. §. si quis hoc interdicto, & notat Felyn. in c. auditis de præscrip. & per alia supradicta maxime quia monasterium predictum post concessionem d. priuilegij, & iurisdictionis, eandem iurisdictionem ciuilem, & criminalem possedit per annos fere centum, vt ex d. instrumento antiquo pleno appareat, quo casu asserta possessio d. Magn. Baronis, & suorum predecessorum, quæ fuit recens, & nouissima fuit & est clandestina iuxta notata per Doct. in c. licet causam de probat. cum alijs vulgar.

Et predicta confirmantur, quia me-

galibus, & sine speciali concessione Principis exerceri, & haberi non possunt, ita est constitutio Regni ea quæ ad decus speciale, & tenet Luc de Penna in l. quicunq; C. de fund. limitro. & tenet Andr. in tit. quæ sive regalia in vers. potestas constitue magistratum, sed d. Magn. Bar. ad iurisdictionem in predictos illos d. monasterij, nullam habet concessionem ex quo priuilegium demonstrat quod Magn. Pirrus Alofius Garganus supplicauit Inclito Regi Catholico, vt sibi concederet iurisdictionem in quindecim Casatis vasallorum, quos habebat in d. Casali, & in eosdem d. Inclitus Rex concessit dictam iurisdictionem quo casu limitata petitio, & concessio limitatum, producit effectum l. in agris ff. de acquir. rerum dom. l. age, & ibi per Doct. C. de transact. notat Felyn. in c. Petrus colum. 3. versic. secundo declara, extra de homi.

Et ad hoc accedat, quod priuilegiū Principis debet in dubio intelligi sine damno, † & priudicio tertij, l. 2. §. merito & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publ. etiam si Princeps tale priuilegium concedat motu proprio, ita Ioannes Andr. in cap. si motu proprio de preben. in 6. quem sequitur Abb. in cap. 1. 10. col. extra de iudic. Hinc dixit notabiliter Bal. in c. 1. col. 1. apud quem vel quos controu. feedici debet. Quod Principis voluntas præsumitur talis, qualis est lex scripta, & ratio naturalis, & dixit Bal. in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupill. quod mens superioris præsumitur talis, qualis esse debet, & ideo quælibet eius dispositio censemur facta sine alterius priudicio maxime quia ex forma priuilegij apparat evidenter & intentio d. Incliti Regis concedentis, fuit non priudicare alicui ex d. concessione, quia expresse præcepit Illusterrimo Viceregi, quod se informaret si dicta cōcessio præjudicabat Vniuersitati Auersæ, & in eo casu quod non

nō præiudicasset ipse Inclitus Rex volebat, quod eidem concederetur iurisdictio taliter quod euidenter apparet non fuisse suæ intentionis præiudicare alicui.

Fortificantur prædicta ex his quæ notabiliter dixit Bal. in c. 1. in princ. 9 de natura feudi, & qui dixit qd secundum priuilegium non tollit primum, quia nō est in potestate Principis tollere priuilegiū primo loco concessum, ex quo est factum priuati iuris allegat notata in c. 1. de constit. in 6. & auth. priuilegia C. de sacr. san. eccl. inferens quod Imperator Federicus qui fecerat commune Papie Comitem, in certis Castris non poterat ipse, nec eius successor reuocare illud sine causa, & ad hoc accedit id quod dixit Bal. in l. 1. col. 1. de constit. princip. qui dixit, qd vbi Princeps dat, vel confirmat, semper debet intelligi saluo iure alterius, allegat l. authoritatem C. vnde vi, & idem tenet Bal. in tit. de pace Constantie in verbo amplius cōsueuerunt, qui infert ad concessiones aquarū publicarum à Principe factas, vt intelligitur saluis Iuribus eorum, quibus prius fuerant concessæ ad quæ infinita adduci possent, quæ tanquam non necessaria, & notorie ommitto.

Nec similiter obstat quod d. Magnificus Pirrus Aloisius petijt sibi Iurisdictionē conendi in Casali prædicto, & ita fuit eidem cōcessa, ex quod illud petijt respectu suorum vassallorum, & quo ad dictos suos vassallos sibi concedi mandatur, ita quod vltra ipsos sedicta Iurisdictionē nou extendit per ea quæ habentur in l. si de certa C. de transact. vbi clausula generalis, & generalia verba apposita in transactione extenduntur ad specificata tantum, & idem tenet Bar. in l. emptor S. Lutius ff. de pact. & probat. tex. in l. aurelius S. Sticho de liber. legat. & adduci possunt nota. per Doct. maxime Fely. in c. sedes ext. de rescript.

Confirmantur prædicta, nam d. priuilegium d. mag. Pirro Aloisio cōces-

sum, fuit concessum ad postulationem 10 ipsius, quo casu debet & stricte interprætari, ita probat tex. in l. si aliquando C. de operib. publi. per quam l. ita dicunt Cyn. & Ang. in l. fin. ff. de constit. princ. & tenet l. Andr. in c. 2. de immuni. eccles. in fine, & ibi Abb. in penul. col. vbi dicunt quod priuilegia Principis concessa motu proprio sunt seruanda sicut sonant, secus si per partem sunt obtenta, quia tunc stricte interpretantur.

Et ad hoc accedit quod vbi Priuilegium Principis est, vel esse potest tertio præjudiciale, tunc stricte interpretari debet, ita probat tex. in c. ex tuarum ext. de author. & vsu palij, notat In hoc. & Doct. in c. cum dilecti de donat. & in c. olim tibi de verbo. sign. Bart. in l. si quando el. 1. C. de bonis vac. lib. 10. & bonus tex. in l. cum filius in fine ff. de testamento militis, nec etiam obstat quod in Priuilegio d. magnifici Pirri Aloisij concedatur iurisdictionē in homines, & vassallos, ac habitantes in d. Casali, & afferuntur, qd d. homines de quorum iurisdictionē agitur sint habitantes d. Casalis, & consequenter comprehensi in priuilegio ex quo d. priuilegium fuit expeditum per Illustrissimū Viceregem virtute commissionis d. Incliti Regis, quæ commissio fuit respectu vassallorum d. mag. Pirri Aloisij tantum iux. forma supplicationis d. Mag. Pirri Aloisij quo casu concessio prædicta respectu habitantium, aut fuit contraformata mandati, & est nulla l. diligentes ff. manda, & l. is qui instit. eo. tit. & plene notatur per omnes in c. cum dilecta extra de rescript. & per Iaso. in l. transactionis C. de transact. aut d. cōcessio quo ad habitantes est citra mandatum, & similiter est nulla ipso iure ita tenuit Barba. consil. 44. col. 3. l. vol. maxime quia dicti homines diétarum familiarum seu casatarum nō habitant in d. casali tanquam cæteri habitantes, sed tanquam vassalli d. monasterij tenentes domos, & bona d. monasterij

maſterij ſub redditibus diuerſis Ex quibus appetet, quod aſſerta poſſeffio d. iurisdictionis ex aduerſo allegata cum fuerit ſine tit. aliquo, & clandeſtina, inſcijs Reu. Abbatibus, & mona- cis d. monaſterij, immo ſemper quod ad horitiam monaſcorum peruenit, q̄ d. Baro proceſebat contra vassallos monaſterij, iſum prohibebant, quod non intromitteret ſe cum vassallis d. monaſterij, & ipſe Baro acquieſcebat, vt dicunt reſtes etiam pro parte Ba- roniſ examinati, nullum ius tribuit d. Baroni in p̄dictis, & propter ea de- bet in fauorem d. monaſterij proua- ciari.

## ADDITIONES.

**A**d numerum quintūm, & ſextūm, quod poſſeffio generalis iurisdictionis acq- uitur, ſi unuſ actus iurisdictionis exerceat- tur, uirta tradita per meum Auum hie, addo teſtrum, & ibi Alex. in l. 3. ff. de ac- quir. poſſ. Innocentium in c. dilectus col. t. verſ. poſſefforium de Cappellis monach. plene Dec. conf. 270. in caſu. ſecunda col. num. 6. verſ. quia poſſeffio, & ibi apotil- lam lit. B. & in conf. seq. Aymon Craueſta conf. 55. Vincentius de Franch. decis. 397. quin. 6. & num. 13.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARYM.

- 1 Lex, vel conſtitutio quando trahatur ad p̄terita negotia.
- 2 Quid ſi lis pendebat.
- 3 Conclusio in caſa habet vim iudicati.
- 4 Perempta instantia, an, et quando acta percant.
- 5 Er quid importet inſufflacio ſpi- ritus vite.
- 6 Perempta instantia, an valeat

priuilegium impetratum, du- rante lite.

- 7 Commodans, eḡ deponens ſem- per retinet poſſeffionem ciuilem, eḡ naturalem.
- 8 Qui continuaſ ſuam poſſeffio- nem, non dicitur ſpoliare.
- 9 Qui propria auſthoritate ingre- ditur poſſeffionem, eḡ recuperat naturalem, non dicitur ſpolia- re.
- 10 Quando Rex eſt desperatus de Regno, priuilegia facta non valent.
- 11 Sic in Officiali priuando, vel in fine officij exiſtente.
- 12 Vbi dominium eſt queſitum, ſubdito per viam contractus, Princeps illud auferre non potest.
- 13 Non creditur Principi aſſe- renti ad ſui commodum.
- 14 Maior pars Ciuitatis quando p̄ciudicet minori.
- 15 Consensus Capituli debet fieri collegialiter, capitulo congre- gato.
- 16 Exceptio Regie Pragmatica editæ thori non obſtat habenti- bus cauſam ab iſdem Regibus, vel eorum p̄deceſſoribus.

## ALLEGATIO 28.

**Q**VANDO Princeps priuile- gium ſuum reuocare non poſſit.

R Quod



V O D exceptio Regiae  
Pragmat. opposita pro  
parte Reuer. Episcopi  
Auersani contra ipsam  
Ciuitatem Auersam in  
causa super gabella, ut  
in actis, non obstat ipsi  
vniuersitati, demonstratur ex infra scri-  
ptis. Quamuis enim regulariter lex, &  
vel constitutio edita respiciat futura  
negotia, ita quod ad præterita non trah-  
atur l. penul. que incipit diua memorie  
in fine . de decur. lib. 10. cap.  
si eo tempore de elect. in 6. l. compa-  
rationes in fine C. de fid. i. strum. &  
per Doct. in cap. tices canon. cod. rit.  
de elect. in 6. istudq; non procedat,  
vbi in lege, vel constitutione expresse  
dicitur, quod ad præterita trahatur,  
vel sit taliter edita, quod non possit  
vniuersitate respicere. c. fin. in fin. ex-  
tra de constit. c. sic quidam 10. quæst.  
i. c. cum in cunctis l. inferiora in fine  
de elect. cum alijs vulg.  
Possitq; dici, dictam pragmaticam  
suisse editam pro concessionibus, &  
alienationibus factis per inclytos Re-  
ges Alphonsum, & Ferdinandum au-  
te editionem ipsius Regiae pragmati-  
cae, & sic necessario debere respicere  
præterita, & non futura.

Attamen quia de gabella, de qua  
agitur satis ante promulgationem d.  
Regiae pragmaticæ fuerat mota lis  
per Reuerend. Episcopum Auersanum  
contra ipsam vniuersitatem, & tem-  
pore promulgationis ipsius Reg. prag-  
maticæ d. lis pendebat, non potest di-  
ci modo aliquo, ipsam pragmaticam  
se extendere ad dictam item penden-  
tem, & cu de ea in eadem Regia prag-  
matica nihil dicatur. Ita est formalis  
tex. in l. leges. la 2. in fin. C. de legib.  
& ibi Doct. l. vnica in fin. C. de rei vxor.  
act, bonus tex. in auth. vt cu de appelle-  
lat. cognosci. in princ. & tenet expresse  
Barbin. l. omnes populi ff. de iust. & iu-  
re per tex. cum rubr. in auth. in medio  
litis saec. iuss. non fieri, & notat Abb.  
in d. c. fin. de constit. & tenet Ang. in

auth. de non eligen. secu. nub. f. fin.  
Quinimo si in eadem Regia pragmati-  
ca diceretur, quod ad præterita, & pene-  
dientia traheretur, prout non dicitur,  
adhuc ad dictam item non solum pe-  
dentem, sed iam conclusam, & in qua  
plures fuerint partes citatae ad audiendam  
sitiam non extenderetur, ita pene-  
qualiter tenuit Compost. in c. 2. ex. de  
constit. qui dixit, quod vbi in lege vel  
in constitutione edita expresse dicere-  
tur, qd ipsa trahatur ad præterita, ipsa  
nō extenditur ad cām in qua facta fuit  
conclusio. Allegatex. in auth. vt cum  
de appellat. cognos. in princ. quod di-  
cit, esse mirabile, idem tenuit in termi-  
nis Card. in d. c. fin. de constit. per d.  
tex. vtcu de appellat. cognos. quicquid  
dixerit ibi Imol. ex quo sicut lex, vel  
constitutione non extenditur ad lites per-  
sententiam decisas l. causas C. de tran-  
fac. ita nec extenditur ad causas cōclu-  
sas; nam vt eleganter & dixit Ioan. Mo-  
na. in cap. 2. de restit. in integr. in 6. pa-  
ria sunt in causa esse iudicatum vel esse  
conclusum, sequitur Bal. in l. error in  
4. col. C. de iur. & fact. ignor. & est bo-  
num tex. in c. pastoralis de causa possess.  
& proprie. per que, & multa alia idem  
tenuit Felyn. in d. cap. fin. 5. col. ver.  
limira secundo de constitut. taliter qd  
stantibus predictis d. Regia pragmati-  
ca ad casum nostrum se non exten-  
dit. Nec obstat si dicatur, quod tempo-  
re editionis d. Regiae pragmaticæ in-  
stantia d. cause erat perempta, quo ca-  
su non potest dici item pendere, ex  
quo per peremptionem instantiæ di-  
cebatur lis mortua. l. cum lite mor-  
tua ff. iudi. sol. & superueniens prag-  
matica, que reperit instantiam pe-  
remptam, videtur effectum habere  
quoad gabellam per ea, que notat  
Innoc. & Abb. in cap. fin. extra vt lite  
pendente, qui dixit, quod priuilegium  
imperiatu, lite peneante, nō facta men-  
tione de lite, si postea perit inst. iudi-  
cij valet, nā ex processu appetet, qd fa-  
tis ante editionem ipsius Reg. prag. in  
caula erat facta publicatio, & cōclusio-  
& licet

¶ licet postea fuerit elapsū trienniū, attamen postea fuit insufflatus spiritus vita in d. causa, per quam insufflationem lis, & instantia predicta fuit reducta ad pristinum statum, prout erat 4 ante dictā instantiam peremptā. Et sic dicta lis mortua postmodum fuit resuscitata, ita dixit Glos. in Lab. hostiis s. sed quod simpliciter in verbo restitutionis ppe finē. ss. ex quib. caus maior de qua meminit Paris. in iudicatu in verbo sententia in c. restat. vnum aliud, & dixit Bar. in l. fin. C. eod. tit. ex quib. caus. mai. q̄ talie insufflationis spiritus facta per Principem est, sicut Naturales dicūt de lez̄na, quæ parit frusta carnium, & per clamorem, quem facit super ea, inspirat in ea spiraculum vi- tæ, & vivificantur, taliter quod per dī. Etiam insufflationem spiritus instantia fuit reducta ad pristinū, prout erat ante peremptionē. Et ad hoc accedat, nō licet perempta instantia pereant acta ordinatoria iudicij, vt in d. l. cum lite mortua, nō intelligi⁹ quo ad effectus futuros post instantiam peremptā, sed effectus causati ex actis factis licet mortuis adhuc durant, licet instantia sit perēpta. Ita tenuit notāter Innoc. in o. causamq; ei 1. ext. de testib. & te- nuit glos. Bar. & Bal. in l. properandū s. r. C. de iudic. & tenuit Bar. Bal. Paul. de Castr. in l. iis apud quem C. de eden. siq; ex actis factis ante peremptionē instantiaz ipsa Gabella effecta erat vi- tio litigiosi, & ipsis Episcopus constitu- tis in malafide, & multi alij effectus causati ex ipsis actis, qui adhuc durabunt, licet instantia fuisset perempta. Quinimo ius, & dominiu⁹ ipsius vniuer- sitatis d. Gabellæ durabat, perepta instantia, & acta respicientia decisionem cause, sicut sunt priuilegia, testiū depo- sitiones, & aliae probationes durabant etiam post peremptā instantiā l. iube- mus C. de libe. caus. l. cum ante a s. fin. C. de arbit. l. fin. C. de test. per quæ iu- ra ita tenuit Bar. in d. l. cum lite mor- tua in princ. & ibi Albe. notat. Bal. in hiz. C. de eden. & idem Bal. in d. l. pro-

peradū s. r. & ibi Alber. & Franc. de Aret. Parēpta igitur instantia, cum ad- buc durauerit ius dictæ vniuersitatis super ipsa gabella, & acta, & scriptura respicientia decisionem cause adhuc durabant, ex ipsa peremptione instantiæ Episcopus non acquisivit nouū ius super ipsa gabella, sed tantum ius re- spectu actorū ordinatoriorū, quæ rep- ressabant mortua, quæ acta, insufflato spiritu vita, reuiuiscerunt, & ad pristi- num redierunt per supradicta, maxime quia ad instantiā Episcopi fuit in suffla- tus spiritus vita, & ex eisdē actis ipse Episcopus psecutus fuit eandē causā. Nec dicta p. Innoc. & alios in d. c. fi. ut lice pēden, obstat in aliquo, sū quia Innoc. & alij loquunt in priuilegio à cō dñō obtento, lice pendente, q̄ pri- uilegiū non p̄iudicat liti motæ, & pen- denti, sed tm̄ valet quoad futuram li- tem; ynde oportet q̄ lis, seu instantia excepta finiatur diffinitiva sūtia, vel sal- tem absolutoria ab obseruatione iudi- cij, vel q̄ pars renunciet liti expreſſa, vel tacite, impetrando alios indices non subrogandos in liti, vel instantia, sed in cognitione tm̄ ex noua instantia. Verba sunt formalia Anto. de Butr. in d. c. fi. & sentit Innoc. ibidem, & q̄nus dicat Innoc. & alij, quod perempta in- stantia, t̄ valebit priuilegium impetra- tum, durante liti, intelligitur, & ita di- cunt prefati Docto. si eadem instantia perempta, aliud nouū iudicium inten- tatur, tunc in illo novo iudicio valebit priuilegiū, sed ubi perempta instantia insufflatur spūs vita ex eadem cau- sa, & non alia. l. cum queritur, & l. & an eandem de except. rei iudic. per quæ iura ita punctualiter tenuit Alb. in d. l. properandum col. 6. vers. sed nunquid renouata instantia; taliter q̄ in eadem causa priuilegium non præ- iudicaret, tum etiam quia in casu, de quo agitur non superuenit priuilegiū, sed constitutio, seu lex noua, quæ non præiudicat liti motæ iam conclusæ per- tex. in d. l. leges, & alia supra adducta.

R. 2 Con-

Confirmantur praedicta, nam ipsa Reg. Pragmatica tuetur possessores honoris, qui tempore editionis ipsius Reg. Pragm. reperiebantur in possessione ipsorum bonorum, ut expresse colligitur ex verbis ipsius Reg. Pragmaticae, & maxime ubi dicitur Ac propterea lites contra presentes eorumdem possessores essent moturi, & infra subditur sic teneri, & sine aliqua innovacione obseruari debeant, veluti viuentibus illis tenebantur, & tenet Aff. in decis. 396. sed d. Reuer. Episcopus, & eius ecclesia tempore dictæ editæ pragmaticæ non erat in possessione d. gabellæ, immo ipsa possidebatur per ipsam vniuersitatem virtute restitutio[n]is sibi factæ à Rege Ferdinandō Secundo, merito quoad causam præsentem Régia pragmatica se non extendit.

Nec obstat, si dicatur, quod dicta vniuersitas possidebat Gabellam cum vitio spolij, & sic ipse Episcopus quoad ipsam vniuersitatē habebatur pro possessore, nam non solum dictus Episcopus nunquam habuit possessionem d. gabellæ, sed semper ipsa vniuersitas possedit eandem ciuiliter, & naturaliter, ex quo Rex accepit eandem gabellam ab ipsa vniuersitate in commo-  
6 datum, & quo casu commoda[n]s retinet possessionem ciuilem, & naturaliem, ita est rex. formalis in l. rei commoda[n]tæ possesso[n]is commoda[re] est bonus rex. in l. licet s. rei ff. de posit. ubi reidepositate possesso[n]e remanet penes deponentem, quo casu Rex, qui solū percipiebat redditus, & introitus d. gabellæ pro fiscalibus functionibus, ad quæ tenebatur dicta vniuersitas, videbatur nomine vniuersitatis possidere l. quod meo ff. de acquir. possess. l. fin. ff. de preclar. Cum ergo dicta vniuersitas tanquam commoda[n]s retinebat possessionem naturaliem, & ciuilem potuit ingredi possessionem eius l. i. s. municipes ff. de acquir. possess. & tanquam possidens

potuit continuare suam possessionem, ille autem, qui continuat, non spoliat, nec spoliq[ue] conueniri potest c. olim il primo & c. cum venissent extra de restit. spoliat. & ibi per omnes Docto. Cum ergo apud Regem non fuerit aliqua possessio, ut supra, ipse eam possessionem non potuit tradere, vel transferre in Episcopum, quam nō habuit. nemo plus iuris ff. de regul. iur. cum vulgar.

Quinimo si naturalis possessio fuit  
8 set translata penes Episcopum, & potuit d. vniuersitas d. gabellæ cōmodatæ authoritate propria ingredi, & recuperare naturalem, & non dicitur spoliasse, quamuis spoliauerit naturaliter possidentem, glo. est in l. i. C. unde vi, & ibi eam sequitur Bar. & est glo. in s. retinendæ instit. de interdic. Bar. in disputatione accusatus de vi turbativa, & sequitur Ang. in l. vt vim ff. de iust. & iure per quas authoritates ita tenuit Alex. cons. 99. incip. vi. s. processibus vers. & ad offendendū s. vol. & est communis conclusio in l. clam possidere s. qui ad mandatis ff. de acquir. possess.

Nec similiter obstat, si dicatur, q[uod] in priuilegio praedicto dicitur, quod ipsa vniuersitas cessit, & tradidit d. Dño Regi dictas gabellas, nam in d. priuilegio dicitur cōmodauit, taliter quod illa verba cessit, & tradidit intelliguntur tit. commodati, ex quo cessio de per se requirit titulum, vt per Bart. & Bal. in l. p[er] diuersas C. manda. & in l. i. de alien. iudi. & in l. i. ne licet potent. propterea dicitur contractus commodati, & non aliud. Stantibus igitur praedictis d. vniuersitas ante tempus Reg. pragm. & eo tempore, & post legitime possidebat, & non vitio spolij. propterea d. Régia pragmatica non obstat in aliquo, præsertim quia d. vniuersitati fuit d. gabella restituta per inclytum Regem Ferdinandum Secundum, qui erat versus Rex, qui tanquam commodata[re] restituit ipsi vniuersitati d. gabellam

Iam prout deponunt multi testes ipsius Vniuersitatis, quo casu ipsa Vniuersitas reintegrata per ipsum Regem ad Gabellas ipsas, quas semper possederat, non dicitur spoliasse dictum Dominum Episcopum, qui nunquam habuerat veram possessionem ipsius Gabellae. s. fin. in fin. ff. quod met. casu per quem tex. ita dicit Imo. in l. a. diuino pio s. in vendit. & ibi Alex. 2. col. ff. de re iudic. & habetur per Abb. in c. sollicite extra de restit. spoliat.

Nec obstat quod d. Rex fuerat desperatus de Regno, & propterea d. restitutio censetur nullam argu. l. filiae etate emancipatae ff. soluti. matr. quia predicta procederent quando Rex ex aliqua causa iusta per verum Regem fuisset expellendus à Regno per ea quae inorabilititer ditit Ang. in l. prædonis ff. de petit. hæred. qui dixit quod ubi beneficiatus ex aliquo criminie potest beneficio priuari, si interim ante priuationem percipiat fructus, & deinde priuetur, tenetur tanquam prædo ad restitucionem fructuum, & idem tenet Ang. Paul. de Gaftr. & Moder. in l. 2. C. de his quibus, vt indig. per quas Decisiones ita tenuit Dec. in cōs. 118. Viso instrumento coi. 1. versi. & in casu nostro 1. vol. & dicit Paris. in suo Sindicatu in verbo pena versi. iuxta p. 20 dicta quero, quod si officialis in fine officij sciens se amouendum ab officio in fraudem successoris remittat personas, talis remissio est nulla tanquam in fraudem facta, sed d. Inclitus Rex Ferdinandus Secundus erat verus Rex, & de Iure de Regno expelli non debebat, & quatenus Regnum fuerat à Gallis iuasum, illud tyraunicie siebat, propterea gesta per eum tanquam versus Regnum rata habenda sunt, maxime quia post expulsionem à Regno illud recuperavit, & nunquam d. restitutio contradixit, sed eam ratam habuit, exigendo fiscales functiones ab ipsa Vniuersitate. Stantibus ergo predictis ipsa Vniuersitas cui fuerat Gabella restituta per Regem, & eam ante, & post

editam d. pragmatica possidebat, non posset dici, quod vitio spoliij ipsam posideret, sed legitime; propterea superueniens pragmatica quæ intenit, Vniuersitatem possidere bona sua, non patrocinatur d. Episcopo non possidenti tunc temporis per supradicta, & ideo d. exceptio Regiae Pragmaticæ in casu nostro non obstat, statim maxime quia inter ipsam Vniuersitatem, & d. Etiam Episcopum fuit expressæ conuentum, quod Iura petitorij d. Gabellæ discutiantur, & utram ipsa spectent ad ipsam Vniuersitatem vel ad ipsum Reuer. Dñum Episcopum, cui conuentioni maxime iuraz tenerur stare d. Reuerendus Episcopus l. vbi pactum, & ibi Doct. C. de transact. cum vulgar.

Quia ergo apparet expresse ex privilegio, & actis, quod d. Gabella integræ erat d. Vniuersitatis, & eam d. Rex detinebat ex contractu commodati, nos potuit ipse Inclitus Rex partem d. Gabellæ, & ipsam, ac ipsius possessionem interuertere l. si quis conduxionis C. locat. l. fin. C. de acquir. possess. l. rem alienā ff. de contrah. empt. cum vulg. & talis alienatio sic facta non tenuit in præiudicium ipsius Vniuersitatis, quæ ab antiquo habuit d. Gabellas à retroregibus huius Regni, vt ex eiusdem emolumentis solueret fiscales functiones, et mænia d. Ciuitatis aptaret, vt ex privilegio Incliti Alphonsi Primi ad car. 400. apparet, quo casu dicta Gabella videtur concessa per viam contractus ipsi Vniuersitati; ita Bart. in l. qui se patris 7. col. C. vnde liber. Franc. de Aret. et ibi plene scribentes, ubi Fely. in c. nouit de Iudic. Alex. in l. omnes populi, et ibi Bart. 10. col. versi. circa primum de inst. et iure.

Constat autem, quod ubi dominus est quæsitum etiam subditò per viam contractus, tunc Princeps etiam de plenitudine potestatis illud tollere non potest sine iusta, et rationabili causa; ita Bart. in proem. strū. qui mouetur per tez. quoniam dicit nobis inueniri meliorum

liorem in l. venditor s. si constat s. communia prædio. & tenet innoc. in c. quia pleriq; de immunit. Ecclesia. rum, & tenuit lo. Andr. in regula quod ob causam de reg. iur. in 6. & Ludou. consl. 345. incip. circa primum col. 4. vers. ex his igitur, sequitur Fely. in e. quæ in ecclesiarum col. 15. vers. secundum vero membrum de constit. Venditio ergo prædicta per Regem facta non præjudicavit ipsi vniuersitati, que erat Dña per prædicta.

Et licet d. Inclytus Rex asseruerit se dominum d. gabellæ in priuilegio d. venditionis quia tameo ex actis, & ex priuilegio d. Incliti Regis Ferdinandi Primi recipientis gabellam incommodatum apparet contrarium, & assertio prædicta respicit utilitatem Regis, 12. non creditur Regi dicenti se dñm d. gabellæ per ea, quæ notabiliter dixit And. de Iser. in c. sanctius in fine principij, quo tempore mille. repet Franc. de Aret. in consl. 165. & tenuit Lucas de Penna in l. 2. C. de colo. patri. lib. 11. & plene & in specie Andr. de Iser. in c. 1. antepen. col. versic. sed nunquid stabitur soli dicto Regis, qui success. tene. & in specie Andr. in c. 1. fin. col. vers. sed quid si dicat Rex de controv. feud. apud pares ter. qui dixit, quod licet Rex dixerit in concessione feudi existētis in terra Baronis, quod feudum spectat ad suam collationem, non creditur sibi, etiam si dispositiue hoc dixerit, ex quo testifica- tur in causa propria, maxime si ipse teneretur ad euictionem, vt ibi per Andr. & idem Andr. in c. 1. s. similiter potest col. 9. vers. sed sibi soli de capit. qui cur. vendid. & tenet Abb. in cap. quæ in ecclesiarum, in fine de constit. qui dixit, quod Principi attestanti, q; vassallus commisit delictum, ex quo venit feudo priuandus, non creditur, & sentit Ludou. consl. 352. incip. Spixitus Sancti gratia &c. in fin. & quamvis assertioni d. Incliti Regis esset credendum, non esset exclusa probatio in contrarium, ita tenet Glos. in clem. li;

teris in verbo fecisse de proba. & Fely. ip c. cum à uobis col. 3. versic. cætera die de testi. Sed per multos testes examinatos per vniuersitatem, & per priuilegium ipsius Regis fuit demonstratum cōtrarium, propterea d. assertio. ni Regis de suo commodo tractantis, non creditur, licet sit facta cum inter-venientu Procerum.

Nec obstat illud, quod pars aduersa jam animose asserit, & in eo se firmat, quod d. gabella fuerit data in excambium fiscalium functionū per vniuer- sitatem d. Inclito Regi, quia multis annis hoc probatur, ex quo nullus testis hoc dicit, quod postquam d. gabella fuit cōmodata Regi fuerit ipsi data in excābium ex coto pro fiscalibus fun-ctionibus, sed tantum pars aduersa se fundat in depositione Magn. Galeatij de Siluestris, qui hoc non dicit, sed tantum dixit, quod d. Dñus Rex dixit sibi, quod volebat d. Gabellam restituere vniuersitati, verum tamē vor- lebat numerare focularia d. Ciuitatis, & iuxta numerationem exigere fiscāles functiones ab ea, & ipse recusavit hoc facere, nam d. vniuersitas ab antiquissimis temporibus habuit, & ha- bet priuilegia retroregum, vt non te- nentur solvere fiscalia iura, nisi pro fo- cularibus mille, & ducentis, in cuius possessione vel quasi ipsa Ciuitas fuit, & est, vt attestatur Rationalis Regis Gamere Summariae, & quia oblatio d. Dñi Regis tendebat in derogationem priuilegiis d. vniuersitatis præfatus Magnificus Galeatius, & alijs ele-cti qn̄ recusassent d. Gabellā recipere cū d. conditione, vt noua numeratio fieret prudenter fecissent, ne cogere- tur ipsa vniuersitas amittere priuile-gium pro recuperatione suorum bo-norū, merito in tali depositione pars aduersa se fundare non potest. Et quā-uis aliqui testes examinati ad instan- tiā Magnifici Iacobi Gargani hoc vi- deantur deponere, attamen ipsi non probant, tamq; via inter alios recepti, tam cū d. Gabella fuerit, & sit d. vni-uersitas.

versitatis, distractio seu permutatio d. gabellæ pertinebat ad totam vniuersitatem, quæ quando disponit + de rebus proprijs, debet congregari ad sonum campanæ in loco solito, & ea cōgregata, illud, qđ disponit maior pars ipsius, debet attendi, & obseruari, ita punctualiter tenet glo. in l. sed & si ex dolo l. in verbo facere pñt ff. de dolo, notat Aag. in l. omnibus ff. ad Trebell. glo. notab. in l. aliud l. referatur ff. de reg. iur. vbi omnes concidunt, quod quando vniuersitas intendit de rebus proprijs disponere, debet congregari ad sonum tubæ, vel campanæ, & tunc ea congregata, attenditur illud, qđ à maiori parte ipsius factū fuerit, l. quod maior. ff. ad mun. l. nulli ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine l. nominationum C. de decur. lib. 10. & plene Capic. decis. 4. sed de congregatione vniuersitatis, & deliberatione ipsius circa consignationē d. gabellæ faciendam Regi pro fiscalibus functionibus nihil apparent, & nō mirum, quia hoc nullatenus factum fuit, quod apparent, quia post restitutioinem gabellæ ipsi vniuersitati facta semper soluit vsq; hodie fiscalia iura, ut apparent ex fide Rationalis Regie Cameræ in actis producta, merito de predicta allegata conventione nulla ratio haberi debet.

Et licet d. Magn. Galeatius afferatur + quod tunc. temporis erat electus Ciuitatis, ipse de per se, immo omnes electi de per se, non congregata vniuersitate, non possunt disponere de rebus ipsius, ita tenuit Fely. in c. cum omnes 5. car. col. 2. vers. amplia etiam de constit. notant Doct. maxime Abb. in c. tua de his, quæ fiunt à Prælato sine consen. capit. Vbi alienatio Prælati, in qua requiritur consensus Capituli, non valet, nisi Capitulum fuerit congregatum, & assensus præstitus Capitulo congregato, tanto magis in casu nostro, vbi nullus de vniuersitate interuenit in predictis, propterea de predictis ex aduerso allegatis nulla est

habenda ratio, & debet in fauorem vniuersitatis declarari, & pronunciari. Et ultra predicta quod d. exceptio d. Regiæ pragmaticæ locum non habeat, nec militet, + optime deseruit, quod ipsa vniuersitas habuit d. Gabellam à predecessoribus Regibus dicti. Incliti Regis Ferdinandi videlicet ab Inclito Rege Alphōso, vt apparet per priuilegiū ipsius Regis Alphonsi præsentatum ad car. 400. quō casu d. Regiæ pragmatica non obstat ipsi vniuersitati habenti titulū d. gabellæ à predecessoribus Regibus, vel ab ipso Rege. Ita puctualiter tenuit Ludou. in cons. 298. incip. circa prēmissam dubij consultationem. Ex quibus merito concludendum videtur, debere declarari. exceptionē d. Regiæ pragmaticæ non obstat, & ipsam gabellam esse restituendam ipsi vniuersitati.

Iac. Ant. de Mauro.

#### A D D I T I O N E S.

**A**D numerum secundum cum pluribus sequentibus numeris, addo pro confirmatione dictorum per meum Auum hic, quod hæc Pragmatica edita thori respicit futuras causas c. 2. l. fin. extra de Constitut. Bar. in l. omnes populi ff. de Iustitia, & Iure, & Pragmatica non trahitur ad causas pendentes, in auth. vt in medio litis sacr. iussi. l. super hoc & in ant. vt cum de appellat. cognos. in principio, Affl. pun. Qualiter decis. 396. vbi Ursill. Bal. & Salic. in l. testium C. de testib. Anna in allegat. 49. num. 2. 3. 4. & hæc pragmatica edita thori non obstat ei, qui possidebat tempore rüpturæ Aripaldz. Idem Anna in c. 1. au. 212. in tit. de vassallo decrepitæ etatis, vbi habes decisionem Regie Camere Summariz.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

#### S V M M A R I V M.

**1.** Regia Pragmatica edita thori non obstat, quando iam lis erat, vel quando non possidebat, qui opponit, et quandotam actor,

- actor, quam reus se fundant in titulis illorum Regum; quod tunc cessat pragmatica.
2. Lex bene à Zenone cum l. omnibus C. de quadrienn. præscript. non habet locum, quando uterque se fundat in concessione Principis.
3. Privilegium impetratum, lice pendenre, quando valeat.
4. Spiritus insufflatio quid operetur.
5. Restitutio trahitur retro, etiam in præjudicium iuris quæsiti, quando tractatur de acquisitione, quæ sit ex l. dispositione.

## ALLEGATIO 29.

**T**ractatur de eadem materia, prout in præcedenti allegatione.



Primum allegatum est, pragmatam non obstat, tum quia lis erat, tum etiam quia Ecclesia tempore pragmaticæ non possidebat, ut haberetur etiam ex decis. Affl. 396 & ista opinio semper fuit obseruata, & ut extant processus inter quondam Comitem Potentiaz, & Marchionissam Montis Herculis, & quondam Salvatorem Zurulum super gabella setæ; quos processus vidi, quando causa Comitatus quondam Ioannis fuit ventilata, in qua si lis fuisset bene fundata, ut bene sciunt Domini de Consil. qui in illa causa interuenerunt, iam fuisset pronuntiatum, pragmatam non obstat.

Et in casu isto tanto fortius pragmatica non obstat, quia factum Regis

Ferdinandi Primi non remansit firmum ex quo Rex Ferdinandus Secundus reuocauit, & gabellam restituuit: Ciuitati, & per consequens habet dispositionem Regis. Audiui n. à quondam Magn. Colutio Coppula, Francisco de Afflichto, Thomasio de Capua, & Nicolao Mariconda, dum tractatur inter Comitem Sanctæ Seuerinæ, & illum de Clauer, quod alias fuerat decisum, & obseruatum in multis causis in S. Cons. quod quando tam actor, quam reus fundassent se in titulis illorum Regum, quod cessabat pragmatica, & ego dum predicta ad intellectum pragmaticæ considerasse, solitus sum & allegare Curtium Iuniorum in cons. 143. ubi late firmat, quod l. oes, & l. bene à Zenone C. de quatt. præscript. non habent locum, quando uterque se fundat in concessione Principis, & in casu isto nedum adest concessio, sed restitutio, & possessio, ut sic sucedat quod noluit Rex Ferdinandus Secundus, quod gabella haberetur pro capta à Rege Ferdinando Primo l. non videtur ff. de reg. iur. & l. aliud cum concordan. ff. de verb. signif. & videtur reuocasse gesta per eum, ut sic pragmatica, quæ vult ita teneri, & obseruari, prout illis viuentibus obseruatur, iam apparent, quod viuentibus Rege Ferdinando Secundo, & Federico non obseruabatur teneri per curiam, vel alium habentem causam à curia. Nec timor belli Caroli Octavi est in consideratione, quasi quod esset de Regno desperatus, quia ultra quod Carolus fuit inuasor, ut notorium est, & deducitur in decis. Affl. 77. tamen stetit Rex Ferdinandus in continua recuperatione, prout demum recuperavit, ut habetur in d. decis. & sic cessante illo bello, Rex Ferdinandus perseveravit in sua deliberatione, & restitutio gabellæ, & per consequens cessat illa ratio, ut habetur in l. 2. C. quod met. cauf. & quia tempore peremptionis instantiae gabella erat penes uniuersitatem & pariformiter tempore insufflationis

tōnis nō erit dubitandū de opī. Innoc.  
 in c. fin. vt līte pendēte, qā licet loquač  
 circa validitatē, vel inualiditatē priuile  
 gij. s. an indistincte, & indifferenter, &  
 3 pro omni t pē t priuilegiū līte pendēte  
 impētratū à cōi Dño sit inualidū, & cō  
 cludat q pendēte līte nō valet, sed lata  
 s̄nia diffinitiua, vel ab obseruatione iu  
 dicij bene incipit valere, si lis esset de  
 nouo inchoanda, sed effectū q priuile  
 giū praejudicet, ipse cōcludit q non pē  
 iudicat, itē loquit̄ in priuilegio nō aut  
 in l. noua siue consti. immo Anto. de  
 Butr. ibi col. 2. dicit q lex noua, siue cō  
 stit. nos praejudicat, itē loquit̄ q̄ est se  
 cuta s̄nia diffinitiua, vel ab obseruatio  
 ne iudicij, quo casu de nouo esset incho  
 anda lis. & nimirū si valeret priuilegiū,  
 quānis ibi impugnetur illa opinio per  
 Gemin. in vers. sed hoc dictū, tñ in casu  
 nō cessat difficultas quā potuisset ad  
 aptari q̄n esset mota lis cōtra ecclēsiā  
 superuenisset pragm. demū ēt pērēpta  
 instantia, sed sumus in casu contrario,  
 quia t pē litis mota cōtra vniuersitatē  
 nō aderat pragm. superuenit demum,  
 ipsa vniuersitate possidente, & demum  
 insufflatus fuit spiritus vitæ, & sic fuit  
 restaurata prima lis, cū qua pragm. non  
 obstabat. & dñ lis continuata non noua  
 incepta, vt sic si pprie essemus in casu  
 quo ecclēs. possedisset, & superuenisset  
 pragm. quā nō operabatur in ipsa līte,  
 quāvis esset demū pērēpta instantia si  
 postea restaurata non posset opponi de  
 pragm. hæc alias fundabā t nā ista re  
 stauratio fit ex iuris dispositione, quia  
 lex tribuit hoc beneficiū, non aut fit ex  
 grā, est. n. prouiso Reg. pragm. & quā  
 quam potenti imparitur q̄n l. impedimentū  
 fuit illatū à parte refectis expē  
 sis qūq; ēt non petenti ipso iure fit in  
 sufflato, vt si facto iudicis, & sine ex  
 pēnsarum refectione, vt late congerit  
 Curt. sen. cons. 24. & probat tex. prag.  
 Regis Ferdi. I. quo stāte insurgit Doct.  
 decis. in l. gallus s. & quid si tñ, & late  
 ibi Galiaula ff. de lib. & post. t pē restitu  
 tuo trahitur retro, ēt in praejudiciū iuris  
 quāsiti, q̄n tractat de acquisitione quā  
 fit ex legis dispositione, vt probat tex.  
 5

in l. siue libertus ff. de iure patron.  
 in princ. vbi liberto vel prōno deporta  
 to, deinde restituto ius pōatus, ac ius  
 petendæ bonorū possessionis cōtra ta  
 bulas recuperat, ēt q̄ ammissū esset, &  
 acquisitū alteri, ex ipsa mera condēna  
 tione quā trahat effectū ammissionis,  
 & ibi plura similia cōgerunt moderni,  
 & exp̄sse voluit Andr. in c. 1. col. 3. de  
 vaxa. decr. etat. dicēs q̄ si vaxall. cōmi  
 sit delictū pp q̄ feudū reuertit ad dñm  
 immediate si sit restitut⁹ per Principē  
 recuperat tale feudū, hoc v̄r ēt probari  
 nā restitutio in integrū quā dāt minor  
 rib⁹, & maiorib⁹ ēt cōceditur ex mera  
 iustitia, vt notat Bar. in l. cū quis s. si q̄  
 1. col. vers. responde quādā est restitu  
 tio ff. de solyc. & inde recuperat bona  
 & fructus acquisita, vel acquisitos, vt in  
 l. q̄ si minor s. restitutio de minor. cum  
 simil. & sic ad terminos n̄os si dicam⁹  
 per peremptionē instantiæ fuisse acqui  
 sitū ius q̄ v̄r acquisitū ex legis dispōe &  
 iuris ministerio l. properandū C. de iu  
 dic. sequitur q̄ per insufflationē, & resti  
 tutiōne instantiæ quā sit ēt ex legi dis  
 positione virtute pragm. tale ius tolli  
 tur, tanto fortius cum hoc ius non dēt  
 esse amplius quam à lege tribuatur per  
 peremptionē, habetur hoc s. q̄ perimāt  
 instantia cū hac qualitate. vt non per  
 imatur ius, & q̄ reficiantur expē  
 ntu extentionis juris & actionis, si igit  
 eccl. dicat, q̄ fuit pērēpta instantia, &  
 ppa dicat sibi ius quāsiti vtens bene  
 ficio legis de peremptione instantiæ lo  
 quentis debet illo vti cū suis qualitati  
 bus vt nō perimatur ius, in tm & si vel  
 let. vti tali beneficio legis contendens  
 extinctum esse ius, instantia non ce  
 seretur perempta propter praejudiciū  
 irreparabile, vt dixit Aret. in dicta l.  
 properandum colum. 1. & in individuo  
 q̄ restitutio aduersus lapsum instantiæ  
 competat ex mera iustitia, & ex legis  
 dispositione probat tex. in l. & si sine s.  
 item in heremodisjff. de minor. dum  
 dicit tex. constat aut omnis ætatis ho  
 minibus restitutionē heremodicij pre  
 stat

## ALLEGATIONVM

flare debere, q̄ quidē verbum debere necessitatē importat l.3. & ibi Bar. C. de pign. in tantū q̄ talis restitutio, restauratio & insufflatio negari non pōt serua-  
ris terminis s. refectionē expensarum,  
et cā dat Princeps viuus ex dispositio-  
ne legis promulgata à retro Regibus  
huius Regni mortuis iuxta nota. in l. ab  
hostibus S. fia, ex quibus caus. maior.  
quāto magis, quia vt dixi sumus extra  
terminos, postquam nec tpe perēptionis,  
nec insufflationis ecclesia nō possi-  
debat, et postquam lis erat mota cuius  
effectus durabat, et sic concluso nulla-  
tenus pragm. in hoc casu obstat.

Io. Angelus Pisanelles.

## ADDITI O N E S.

**N**on indiget additionibus, quia tractat de  
eadē re, prout in p̄cedenti allegatione.

## SUMMARIUM.

- 1 *Vna de causis licitis alienandi,  
seu infeudandi bona ecclesiae est  
propriet̄ remunerationem ser-  
uitiorum, nedum Pr̄clato, sed  
Ecclesie pr̄stitorum, vel pr̄cla-  
to contemplatione ecclesiae.*
- 2 *Et hec concessio remuneratoria  
non videtur pura donatio.*
- 3 *Prohibit⁹ donare, non videtur  
prohibit⁹ pro seruitio remune-  
rando aliquam rem donare etiā  
de bonis ecclesiae.*
- 4 *In tantum quod donatio facta  
per Regem in maximum pr̄iu-  
dicum Regni in remunera-  
tionem seruitiorū nō pōt revocare.*
- 5 *Donatio, quæ fit cōtemplatione  
seruitiorum, oportet, quod equi-  
ponderet meritis, vel non sit in-  
fra dimidiā iusta censuræ, seu  
mensuræ.*

6 *Clericus in egritudine constitu-  
tus, de qua postmodum decessit,  
potest aliqua largiri his, qui si-  
bi seruierunt, siue consanguinei  
fuerint, siue extranei, secundū  
seruitij meritum.*

7 *Si per Papā causa est commissa  
duobus, decretum ab uno latū  
videtur nullū, tanquam latum  
contra formam rescripti.*

8 *Quādo videtur electa industria  
personæ.*

9 *Delegatus à Pr̄cipe potuit alijs  
committere motum animi sui.*

10 *Delegatus à Pr̄cipe quando  
possit subdelegare.*

11 *Sentētia antiquitus lata valet,  
licet non reperiatur acta.*

12 *Terra sterilis nemorosa, q̄ in-  
cult a parui redditus, pōt ad me-  
liorandum alienari, q̄ concedi  
per ecclesiā sine sollemnitatibus.*

13 *In casibus, in quibus non requi-  
ritur decretum, si interuenit q̄  
nulliter, non vitiatur concessio.*

14 *Extimatio Terra debet attēdi,  
prout valebat tempore contra-  
ctus, non prout valet hodie ad  
sciendam lāsionem.*

15 *An concessio pro uno nummo  
singulis annis rei ecclesiae ma-  
gni valoris valeat, et quando.*

16 *Talis alienatio p̄ebet iustum  
causam prescribendi.*

17 *Assertioni Summi P̄ontificis  
de facto non gesto cum ipso, non  
creditur.*

ALLE.

## ALLEGATIO 30.

**A**N teneat concessio facta per Ecclesiam rei Ecclesiaz pro tareno vno in emphiteosim in remunerationem seruitiorum .



VONIA M per Apostolicum rescriptum impetratum per Abbatissam, & moniales Monasterij Sancti Blasij, & per Antonellum de Angelis directum quondam

Reuerendo Paulo de Parisijs, & archidiacono Hortonensi, ac per aliud rescriptum Apostolicum directum Reu. Paulo de Donato Commissario deputato super affractatione Terræ, de qua agitur, apparet, q[uod] terra, de qua agitur fuit concessa per Monast. predictu S. Blasij d. Antonello in emphiteosim pro tareno vno quo liber anno soluendo p[ro] ipsu Antonellu eidem Monast. pro censu d. Terre, & q[uod] d. concessio fuit facta pro remuneratione seruitioru prestitoru per ipsum Antonell. eidem Monast. non v[er] dubitandum de iuribus d. concessionis tanq[ue] facte in casu a iure permisso, ita probat tex. for malij in c. p[ro] tuas ex. de donat. per que tex. dixit ibi Abb. in 2. notabili, q[uod] una de causis flicitis alienadi, seu infeudandi bona ecclesiaz est p[ro] remuneratione seruitioru: nedu Eccl. sed prelato ipsius prestitoru contemplatione eccl. & ibid. Abb. in 1. gl. dicit, q[uod] concessio remuneratoria nō v[er] pura f[ac]tio, & p[ro]pa dicit, q[uod] prohibitus donare non v[er] prohibitus pro seruitio remunerando aliquā rē 3. donare, tñ bona eccl. p[ro]hiben[ti] donari vel infeudari, vt in c. 2. de feud. & in c. nulli de rebus Eccl. non alien. & tñ ibi infeudatur p[ro] seruitia prestita eccl. & dicit notāter idem Abb. in rub. eiusdē tituli de donat. allegando Bar. in p[ro]hem. sforū. q[uod] donatio, que fit cā remunerat. non est vera donatio, sed potius est que dā permutatio, seu cōpensatio seruitij, vt ibi per eū, & verē hoc dicit Bar. in d. proh. sforū in vlt. col. pro quo optimē deferunt tex. in l. Aquilins Regulus, ff.

de don. ibi defendi nō merā donationē esse, verū officiū magri quadā mercede remuneratū regulū, idem probat opt. tex. in l. sed si leg. l. cōsuluit in fi. ibi, & velut genus quodā hoc esse p[er]mutatio[n]is ff. de petit. h[ab]red. idē tenuit Abb. in cons. 3. incip. nitar in p[ri]nti cā penul. col. ver. præterea, & 3. habito respectu &c. 2. vol. q[uod] per d. l. Aquilus Regulus tenuit, q[uod] donatio facta per Regem in 4 maximū præiuditū + Regni in remunerationē seruitiorū non p[ot] reuocari, quia illa non fuit propria donatio, sed potius meritorū remuneratio, & Alex. in cōs. 2. i. 5. nec arguendi sumū l. col. vers. sedita est &c. 2. vol.

Quod autem d. Antonell. fuerit procurator eccl. & Monast. prædicti per longissimum tempus, & usq[ue] ad eius mortē, hoc articulatur per d. Monast. in multis eius artic. & signanter in 5. art. & quāuis pro parte Monast. dicatur, quod eidem Anton. dabantur pro ipsius salario tumuli x. grani, & vegea vna vi[n]i rubei, at tñ pro parte d. Ant. conuenienti d[omi]ni, q[uod] d. salarium erat lōge minus, eo q[uod] merebatur d. Anton. stante qualitate personæ ipsius Ant. qui erat nobilis, & persona qualificata, ac quātitate & qualitate seruitiorū ipsius, prout deponit test. ipsius Monast. & signanter 2. test. d. Monast. super 14. art. ipsius Monast. car. 175. Et similiter 3. test. eiusd[omi]ni. Monast. super cod. art. car. 177. & 4. test. eiusd[omi]ni. Monast. super 10. art. ipsius Mon. car. 178. qui optimē deponit, taliter q[uod] prædictis non obstantibus monast. prædictū erat obligatum remunerare d. Ant. iux. quātitatem seruitiorū. Per ea, que notanter dixit Bald. in auth. ex. de test. col. 2. vers. sed contra hoc facit &c. C. de collatio, q[uod] dixit, q[uod] oportet, q[uod] donatione, que fit pro remuneratione seruitio s[ecundu]m etiā equiperdet meritis, & vel non sit infra dimidiā iuste ceasure, seu mensura s[ecundu]m ipsum, quem sequit ibi Rom. & idem tenuit idem Rom. in l. si donatione, C. cod. tit. de collat. & ad hoc accedunt notabiliter dicta per Salic. in l. petens in 6. col. in 4. quæst. in fine C. de pac. qui dixit, quod quamvis usurpare de iure sint

S a pro-

prohibite, si tñ creditor, qui eas recepit pro pecunia mutuata obligat se debitori soluenti ad aliquid equale vice mutua, q̄ tunc non erūt nomine usuræ illicitæ, sed vice cuiusdā permutationis Taliter q̄ Saly. considerat equalitatem obligationis creditoris, & usurarum & illud d. Saly. sequitur, & summè cōmen dat ibi l. s. in 7. col. ver. 3. nota &c. Quā nis in eo, q̄ postea subdit Sali, q̄ si promissa per creditorem ascendunt usq; ad dimidiā usuraru, hoc sufficiat: hoc impugnetur à multis, & ad hoc optimè deseruit rex. in c. relatum, el 2. in ver. iux. seruitij meritum conferatur &c. extra de test. per quē rex. dicit ibi Abb.

6 q̄ cleric⁹ in egritudine cōstitutus, † de qua postmodū decepsit pōt aliqua largiri his, q̄ sibi seruierunt sive consanguinei fuerint, sive extranei secundum seruitij meritū, vt ibi per eum, ex quib. demonstratur aperię, q̄ d. concessio fuit facta eidem Ant. iure licito, & in casu à iure permisso. Et in hac concessione interuenit authoritas Sumi Pontificis & decretū cōmiss. Apost. in actis præsentatū, qua authoritas Sum. Pōt. et decretum Cōmiss. Apost. habetur pro omni sollemnitate requisita in aie patione honorū eccl. Ita punctualiter tenuit Abb: cons. 41. col. 2. nu. 3. vers. item omni sollemnitas 1. vol. & idem in spē teauit Dec. cons. 174. col. 2. vers. similię, nec sollemnitas 1. vol.

Nec obstat illud, q̄ ex aduerso allegatur, v3. q̄ in eodem rescripto apparet, q̄ causa erat cōmissa Archidiacono Hortonensi. & Paulo de Prassitijs, cum clausula, q̄ coniunctim procederet, & propterea videbatur data forma procedendi, taliter quod decretum ab uno latum videbatur nullum tanquam latū contra formam † rescripti C. cum dilecta ex. de rescript. & ibi per Doct.

7 Nam ex dictis verbis non est modo aliquo data forma procedēdi. Tunc n. vñ data forma procedendi qñ Papa in rescripto diceret de legato, q̄ persona liter exequatur negotium, vel diceret 8 cōfidentes de industria † tuas personæ, vel per te ipsū procedas, in his casibus

videſ electa industria psonæ & data forma procedendi, ita punctualiter tenuit, Abb. in c. fin. §. is āt 1. & 2. col. vers. sed quāro pro intellectu, & vers. 2. quāro &c. ex. de off. deleg. & ibi Felyn. in tertia columna pro quo est rex. in l. fideicommissa §. fin. & ibi per Doct. ff. de leg. 2. Bar. in l. inter artifices, ff. de solutio. quā verba non reperiuntur apposita in rescripto, propterea nō videt data forma procedendi, & d. Archidia. Hortonensis, qui erat delegatus à Papa potuit subdelegare cām in personam d. R. Pauli de Prassitijs, prout subdelegavit, & in decreto hoc dicitur, Ita est rex. in c. pastoralis in princ. ex. de off. deleg. bonus rex. in l. à iudice. C. de iudi. & in spē tenuit Bal. in l. cum magistratus col. 2. vers. modo quārēt C. qñ prouoca. nō est necess. q̄ dixit, q̄ delegatus à Principe pōt alij committere motū animi sui, † & idē tenuit Bar. in l. si vni, ver. 8. quāro &c. ff. de re iud. qui dixit, q̄ delegatus à Principe sicut pōt subdelegari, ita pōt alteri cōmittere animi sui mo- 10 tū †, quicquid dixerit glo. in l. sicuti ff. de arbitr. quā procedit in arbitris, & non hēt locū in delegato, prout dixit Bal. in d. l. cum magistratus. & Bar. in d. l. si vni, sicq; dictū decretum latū à d. Dño Paulo tanquam delegato, & subdelegavit ritē, & legitimè latū p̄ supradicta. Et licet in rescripto apponātur illa verba, conscientiam vestrā oneramus, & per hoc videatur electa industria personæ, & consequēter subdelegare non poterat, per ea, q̄ notat Io. Andr. in c. 2. de test. in 6. vbi dixit, q̄ verbū conscientiae tuæ impedit substitutionem, at tñ contrarium tenuit Abb. in c. cū in veteri in prin. de elect. qui dixit, q̄ per illa verba conscientiā tuam oneramus, non est electa industria personæ, & ideo is, cui sic committitur pōt subdelegare, & ita dicit consuluisse. Idem tenuit Ang. in auhen. ad hac C. de iudi. qui dixit q̄ perfalia verba, non videtur electa industria personæ motus inter alia, quia expressio eorū quāst, tacite insunt nihil operatur, sed omnino intelligebat, q̄ delegatus iudicaret salua cōscientia, ergo

ergo &c. Idem tenuit Abb. in d.c.f. & is aut de off. deleg. & ibi plenè Felyn. col. 3. in princ. in ver. vtrum per ista verba, qui refert opiniones diuersorum, & tandem adhaeret opinioni Abb. & Dominorum de Rota in decis. per eū allegata. Nec obstat qd de d. subdelegatione facta per Archid. Horton. in persona d. Pauli de Prassicijs nihil apparer, nam cum d. sntia fuerit, & sit antiqua & d. subdelegatio enuncietur in eadē sntia, ipsa præsumit adhibita, ita punctualiter tenuit Bar. in l. admonendi in x. col. vers. sicut 12 dicim⁹ de scntia antiquitus lata, † qd valet, l3 non reperiatur acta. ff. de iur. iur. qui allegat Innoc. in c. cum in iure peritus de off. deleg. tenuit Alex. in l. scendum in 6. col. vers. item fallit d. regula, nisi in actu appositi esset Iudicis decretum ff. de verbo. oblig. & tenet Corne. conf. 333. col. 4. post mediū lib. 1. vbi tenet, qd credit sntiae antiquæ, l3 acta non producantur, maximè si in eadem sntia enuncientur acta: Idem, & clarius voluit Gozad. in conf. 96. col. fi. vers. 6. adduco, vbi tenet, qd psumit pro sntia qud ad citationē lapso tpe ad appellandum, quāvis de citatione in sntia mentio non fuit, & in spē Felyn: in c. qm 9. col. 23. vers. quinimmo est unus casus, ex. de probat. qui dixit qd in decreto antiquo præsumuntur adhibitæ oēs sollemnitates, l3 decreto non sunt d. sollemnitates enunciatae, allegat Petr. de Anch. conf. 130. incip. ex consilijs excellentium Doct. qui loquitur de decreto interposito super alienat. bonorum eccles. qui allegat inter alia legem si filius C. de petitio. heredita. & tenuit Ias. in l. 4. §. condemnatum col. 2. circa medium ff. de re iudi. vbi tenet, qd pro sntia præsumitur, à qua non fuit appellatum, qd interuenerit citatio, l3. de ea non fuit mentio in sententia.

Ex dato, non tñ concessio, qd ex illis verbis appositis in rescripto v3. coniunctim procedatis, esset data forma procedendi, prout nullo iure hoc substineri pōt, at tñ vbi forma in rescripto esset data ad utilitatem partium, pōt Iudex non servata d. forma procedere, partibus tacit.

tē, vel expresse consentientibus, ita tenuit puctualiter Innoc. in c. prudentiā, ex. de off. deleg. & idē Innoc. in d.c. fin. §. is aut, & ibi plenius Abb. in 2. notab. eod. tit. qui ad hoc allegat glo. notabile in c. cum olim el 1. eod. tit. sic limitans c. cum dilecta ex. de rescript. &c. venerabili eod. tit. de off. deleg. & idē tenuit Felyn. in d.c. fi. §. is aut col. 2. vers. 3. opponitur, sed ambæ partes, v3. tam Abbatissa, & Moniales, quā ipse Antonell. passæ fuerunt decretum prædictum interponi à d. Dño Paulo tanquam delegato, & subdeleg. & post d. decretum tacuerunt per annos circa sexaginta, propterea in præsentiarum non pōt dici de nullitate d. decreti per supradicta. Et dato, non tñ concessio, qd d. decretum fuisset nullum: prout omni iure est validū, & ritè latum: at tñ d. concessio præfato Anton. facta remanet valida, & efficax stante qualitate d. terræ, quæ erat sterilis, nemorosa, & inculta, ac nullius utilitatis, prout deponunt multi testes examinati pro parte conuentoru super 3. art. qui deponunt, qd tempore d. concessionis d. Terra erat nemorosa, & inculta, & ex ea d. Monasterium nullam percipiebat utilitatem, qud casu yere dici poterat, & debebat Trulā, stāte ipsi 12 si sterilitate: † taliter qd succedit disposicio capituli Trulās 12. q. 2. qd disponit, ac dicit trulās, aut vineolas exiguae, & eccl. minus utiles &c. posse alienari per Ep̄m sine consil. capituli, & sic sine sollemnitatibus alias requisitis in alienatione bonoru eccl. qd ēt tenuit glo. eadē cā 12. q. 1. in summa, & tenet glo. in c. Abbat. eadem cā, & q. & tenet Innoc. & Ant. de Butr. post glo. ibi in c. 1. ex. de his, quæ fiunt à Præla. sine cōsenſu cap. & tenet Io. de Imol. ibidem, & tenet idē Imol. in c. vt super de rebus eccl. non alien. Et qm in tali concessione nō requirebatur aliqua sollemnitas, aut auctoritas Papæ, vel decretū Apostolicorū Cōmis. si tale decretum fuie nulliter interpositum, non vitiatur cōcessio † p ea, quæ notanter dixit Bal. in l. & si sine C. ad Trebell. qui dixit, qd qm in causa potest procedi sine libello, vel sum.

summariè, & de plano, & tñ proceditur ordinariè, & inepte, q per hoc non viatiatur processus, & idem tenuit Ang. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de off. pro cōs. & ad hoc accedant dicta per Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver. figura, circa medium, qui dixit, q in casibus, in quibus non requiritur libellus, si offeratur, & minus legitime, q per hoc nō vitiatur iudicium, de quo plenè per Fely. in c. examinata, col. 9. in princ. ex. de iud. taliter q omni iure dicta cōcessio dicenda est legitimè tanquam facta in casu à iure permisso.

Nec similiter obstat illud quod pars aduersa allegat, in quo se multum fundat v3. q dicta cōcessio facta fuit pro vno tarenō annuo, & sic cum maxima læsione eccl. Nam Terra de qua agitur consideranda est, pro ut erat tempore concessionis, & non prout est de præsentि, 14 ita probat tex. in c. cum causa, quæ inter Iconomum in princ. ex. de testi. Bonus tex. iuncta gloſ. in ver. tunc valentem in c. cum dicti ex. de emptio. & venditio. tex. in l. si voluntate propeſib⁹ C. de rescindenda vend. tex. in l. 3. §. diuī fratres, ibi ex præsenti venditione ff. de iure fisci, notat Bal. in l. 2. eot. penul. vers. & his apparet C. de reſcin. vendit. & Melius col. antepenul. in fine, qui dixit, q extimatores terre, vel testes debent se referre ad tempus contractus, non autem ad pñs tempus, ita q si tempore contractus erat sterilis, & nunc culta, vel erat aratoria, & nunc sunt vites, debet extimari, prout erat tempore contractus, & non prout est de pñti, sed per multos testes examinatos ad instantiam dicti conuenti apparet q dicta Terra, tam ante concessiōnem factam Antonello prædicto q eo tempore, & post fuerat nemorosa, sterilis, & inculta, & ex ipsa terra Monaster. nullos percipiebat fructus propterera siue considerentur fructus dicti Terræ, qui nulli erant tunc temporis, siue iplius valor, non fuit Monasterio ipsum lesum ex dicta concessione, hat ito etiam respectu ad illud, ad quod monasterium prædictum te-

nebatur dicto Antonello pro remuneratione seruitiorum ipsius, & ad hoc accedant notata per Bald. in Authen. qui rem, col. 2. versic. iuxta prædicta queritur. C. de sacro sanc. eccles. qui sequendo opinionem Petri, dicit, quod concessio in emphiteosim rei valentis mille marcas pro vno nummo benè va 15 let † in emphiteosi licita, prout ista, de qua agitur, allegat. tex. in authen. de non alien. in §. itaq; & idem ibi Bart. tenet in emphiteosi eccles. idē videtur tenere Bald. in l. ædem col. 3. vers. sed nunquid pro vno nummo C. loca. idem in emphiteosi ecclesiastica tenuit Speculator in tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. sexto, & idem Bald. in l. cum allegas in 7. oppo. C. de vſur. & non potest esse, quia solutio nummi constituti pro censu fit pro recognitione dominij directi. non autem pro fructibus, ita declarat Bart. in l. 1. C. de iur. emph. Fortificantur prædicta nā ex prædictis apparet, quod dicta concessio fuit facta in casu permisso à iure, ac auctoritate Apostolica, quo casu à principio ipsa concessio fuit valida, & licet in ea interuenisset aliqualis læsio Ecclesie, pro ut non interuenit, adhuc fuit valida, et 16 præbuit cām præscribendo † concessiōnaria, ita pūctualiter tenuit Hostien. quem ibi sequitur Anto. de Burr. in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. motus per tex. notabilem in c. cura de iure patro. Et quod concessio facta in casu permisso, licet cum læsione Ecclesie teneat, et sit valida tenuit gloſ. 12. q. 2. in summa in fin. & in spē Guid. Pap. decis. 159 qui etiam tenuit, quod alienatio facta per solum prælatum in casu permisso 13. sine sollemnitatibus valet, quamuis ad illius rescissionem sit necessaria restitutio, & talis alienatio præbet iustum causam præscribendi, de quo est optimus tex. & ibi hoc notat Innoc. & Ant. de Burr. & cæteri in d. c. 1. de his quæ fiunt à Prælatis, & idem in spē tenuit Philipp. Franc. in cap. 2. in 1. not. de reb. eccl. non alie. in 6. & idem pūctualiter tenuit Hostien. in cap. fin. ne sede vacan. idem tenuit gloſ. in c. 1. in glo.

glos. penal. de restitu. in integr. quia ergo dicta cōcessio fuit valida à princ. & legitimè, ac sollemniter facta, & ipsa terra fuit mediante valido, & sollemni titulo possessa, tam per Antonellum prædictum, quam successuè per ipsos conuentos non solum spacio 40. annorum quod tempus sufficit ad præscribendum contra ecclesiam, ut in cap. de quarta, & ibi per Docto. de præscript. sed etiam fuit possessa per annos 60. taliter quod omni iure ipsi conuenti fuerunt, & sunt effecti domini dictæ terræ per supradicta.

Nec obstat, qd in prædicto rescripto impetrato super concessione prædicta dicitur, qd terra prædicta erat partim culta, & partim inculta, & propterea assertatur, qd d. concessio fuit facta cum lafione eccles. pro d. tareno anno, nam d. verba sunt verba assertiva Pontificis apposita in d. rescripto, quibus verbis plenè non creditur maxime in prædictum dicti conuenti tertij possessoris, ita punctualiter tenuit Franc. de Areant. cum à nobis in 2. col. & sequ. ex. de testib. & melius in cōf. 163. incip. sicut Ioannes dicit col. 3. vers. 2. ratio, vbi reget quod assertioni Sum. Pont. de facto non gesto coram ipso non creditur, & tenet expresse Dec. cons. 198. incip. in causa vertente inter Magno. Comites fina. col. 1. vol. & expresse Calde. cons. 2. in si. in tit. de priuileg. vbi tenet, quod tex. in clem. 1. de probat. non procedit, nisi narratio Principis respiciat factum proprium ipsius Principis, & idem tenuit Corn. cons. 22. col. 3. lib. 3. maxime quia ipse Anton. conuentus plenè probauit per multos testes, quod tempore d. concessionis factæ d. Anto. dicta terra tota, & integra erat sterilis, nemorosa, & inculta, quo casu stari debet. probationibus ipsius conuenti, magisq; assertioni dicti rescripti, maxime quia in decreto alterius Commissarij deputati in affrancatione d. terræ sit fidès per d. Commiss. quod ipse cepit informationem per multos testes, per quam probatur, quod d. terra erat tempore concessionis tota sterilis, & inculta,

ta, taliter quod ex testibus d. Anto. & ex d. declaratione d. Commiss. plenè probatur quod dicta terra integra erat sterilis & inculta tunc temporis.

Et dato non tñ concessio, qd illud assertur per partē aduersam v3. qd ex dicta terra erant reducta ad culturam tria modia; Dico qd adhuc d. concessio fuit legitimè facta; nec poti dici ipsam cessisse in lesionem d. Monast. nam in probationibus d. Ant. conuenti fuit probatum, qd quodlibet modium sterile d. terræ valebat carolenos x. & ad altius quindecim tempore concessionis, ita qd deductis d. modijs tribus, quæ pars aduersa assertit fuisse reducta ad culturam, alia modia xij. inculta valebant ad altius duçatos xiij. cum dimidio, & illa modia tria, vt assertitur cultuata tunc temporis ad altius poterant valere duçatos nouem ad rationem duc. trium pro quolibet modio, taliter qd tota integra dicta terra valebat duc. xxv. cum dimidio, de quibus ipse soluit pro affrancatione ipsius terre duc. x. vt appareret ex instrumento d. affrancationis reliqui duc. xv. cedebat in remunerationē seruitiorum dicti Anton. præstitorum d. Monaster. per annos ferè sexaginta. Cui Anton. Monast. ipsum debebat sat plus pro tantis seruitijs tanto tempore præstitis, stante qualitate personæ ipsius Ant. qui erat nobilis, & vir qualificatus, & propterea debet declarari partem terræ executam ad instantiam Monasterij prædicti esse restituendam ipsi. Ant. vna cū fructibus, & rebus ad ipsū Monast. peruentis ex d. terra, seu parte ipsius executā.

### M D I T I O N E S.

**A**gitur hic de donatione in remunerationē seruitiorū, quo casu dicit hic meus Autus posse donari, vel infeudari bona eccl. ad cuius confirmationem addo, qdcessat presumptio fraudis, qd de seruitijs cōstat: Neapod. in consuet. Et si testator in verbo disponere relatus per Afflict. decis. 370. nu. 15. maxime si probetur seruitia, & merita, vt voluit Bar. in l. si forte s. de Castelli pecu. & glo. & Doct. in l. si donatione C. de collat. & Alex. cōf. 55. in 1. vol. Capic. decis. 103. nu. 3. Doe. cons. 26. & 132. licet merita debent esse aequivalētia

ria & in eo, quod excedit. non valet. Lopus  
in repet. c. per vestras nu. 25. de donat. inter  
vir. & vxor. quæ oia concurrunt in facto hu-  
ius allegationis factæ per meum Auum pro  
Antonello de Angelis, & suis successoribus,  
seu habentibus causam ab ipso.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

### SVMMARIVM.

1. Bona Eccl. regulr prohibentur alienari nisi in quatuor casibus.
2. Et in alienatione debent adhiberi solemnitates à iure statute.
3. Prelatus pōt sine aliqua solemnitate concedere alicui bona occupata per potentem, ut recuperentur per aliun potentem, & recognoscatur ab Ecclesia.
4. An Prelatus possit remunerare Amicum de bonis Ecclesie.
5. Quid in territorio solito cōcedi, an requiratur sollemnis?
6. Et an credatur assertioni plati est territoriū sit solitum concedi?
7. Et qualiter probetur q̄ res sit solita concedi, an per unū, vel per binum actum? & quando res dicatur solita concedi per ecclesiā.
8. Quid in facto antiquo?
9. Quando bona solita concedi per ecclesiā semel deuenierunt ad ecclesiam, non licet Prelato iterū illa cōcedere sine legitima causa & solennitatibꝫ à iure requisitis.
10. Maxime si eccl. nō est ita diues
11. Et consensus Capituli debet fieri collegialiter, nec sufficit subscriptio particularium.
12. Præsumptio, quæ sumitur ex an-

tiquitate temporis, cessat per inspectionem instrumenti ubi nulla fit mentio de tractatu, & consensu Capituli.


13. Licet alias præsumatur pro senectetia in facto antiquo quod fuerit rite, & recte lata; attamen qn̄ per inspectionem actorū apparet, quod acta nō fuerunt rite confecta, cessat dicta præsumptio ex inspectione actorum.
14. Nec potest causari præscriptio ex contractu nullo.
15. Quando excluditur præscriptio ex contractu nullo, an excludatur præscriptio centū annorum?
16. Et quādo quis præsumatur esse in mala fide.
17. Malefidei possessor nō iuuatur præscriptione centum annorum de iure canonico quod seruatur.
18. Quando quis dicatur in mala fide, ad impediendam præscriptionem.
19. Quæ mala fides authoris nocet successori.
20. Quid si successor non vult uti accessione temporis sui autoris, sed vult inchoare, & perficere præscriptionem in tempore suo.
21. Et quid si emphiteuta alienauit sine assensu ecclie partem, an perdat totum.
22. Vassallus qui alienauit partē feudi, totum ammicit.
23. Iuramentum transit ad hæredes.

24 Empbi-

- 24 *Emphiteuta alienans rē emphiticā, vel partem nulla facta reseruatione assensus directi domini, cadit in totum ab emphiteosi ipso Iure sine dubio.*
- 25 *Cursus Centum annorum quando causet titulum.*
- 26 *Procurator non potest donare, quia donare est perdere, eī numero 27.*
- 28 *Permutatio quando permittatur ecclesia.*

## ALLEGATIO 31.

**D**E requisitis necessarijs in alienatione bonorum Ecclesiæ prohibitorum alienari.



N causa Reuerend. Archiepisc. Capuani contra Excellentem Comitem Altavillæ super vindicatione territorij, & aliorum introitum in processu deductorū agitata in S.C. & coram Mag. V.I D. Dño Ioanne Andrea de Curtis Regio Consiliario & causæ Commissario, & demum coram Magn. Antonio Orefice in causa reclamationis Regio Consil. & causæ Commiss. substituendo partes dicti Reuerend. agentis, dico d. Excellentem Comitem debere condemnari ad petita per prædecessorem Archiepiscopum nomine d. Ecclesiæ ex infrascriptis.

Prius tñ presupposito quod in facto ambæ partes conueniunt, quod d. territorium & alia petita alias fuisse maioris ecclesiæ Capuanæ, & q̄ in præsenti bona ipsa tenetur per ipsum Excellentem Comitem.

Item etiam presupposito t̄ quod

bona Ecclesiarum regulariter prohibentur alienari, præterquam in qua tuor casibus notatis per glos. 12. q. 2. in summa, & per Abb. in c. nulli col. 2. vers. aduerte ad duo, & in c. vt super, extra de rebus Eccl. non alien. notant Doct. max. Philip. Franc. in c. 1. cod. tit. in 6. col. 7. notat Bal. in authen. hoc ius porrectum 4. col. versic. subsequenter venio ad causas C. de sacro: san. eccl.

Alio etiam presupposito, quod vbi Prælatus alienat bona ecclesiarum, tenetur in tali alienatione adhibere sollemnitates t̄ iure statutas, & signanter consensū capituli capitulariter congregati, prout notat Fely. in c. cū oēs 5. car. col. 2. vers. amplia etiam de constitut., & ante ipsam alienationem adhibere tractatum ipsius capituli, de quib⁹ sollemnitatibus habetur in c. sine exceptione 12. q. 2. & in c. tua, & ibi per Doct. maxime Abb. & ceteros extra di his quæ sunt à Prælato sine consens. capit. notat speculator in tit. de locat. I. sequitur versi. & scias vbi ponit formam tractatus, & ibi Ioannes Andr. in addition. notat glo. in c. 1. in verbo tractatus, & ibi per Doct. extra de rebus eccl. non alien. in 6. & expresse Alex. cons. 17. incip. viso instrumento locationis col. 2. vol. 4. qui dixit q̄ semper debet fieri instrumentum de tractatu de per sè, & separatim ab instrumento locationis, & notat Bal. in auth hoc ius porrectū col. 3. vers. ult. riuius in ista materia C. de sacr. san. eccl. & expresse Philip. Dec. cons. 142. col. 2. vers. est ergo vidēduin 1. vol. qui dixit, quod in alienatione bonorum ecclesiæ duo copulatiue requiruntur via delicti forma, idest sollemnitas & iusta causa alienationis, vt ibi per cum, & idem tenet Abb. in c. ad nostram in gl. 2. super verbo enorme ext. de reb. eccl. non alien. per illā glos. vide Abb. in c. quæ in ecclesiārum vlt. nota. vers. ex quo infertur, extra de constitut. qui tenet quod debet interuenire sollemnitas & iusta caus.

T

Quia

Quia ergo ex instrumento dictæ concessionis apparet quod dicta alienatio & concessio medietatis d. territorij, ac gabellæ, & piscariæ, ac vassallorum fuit per Prælatum facta extra omnes casus à iure permisso, ex quo siue aliqua necessitate ecclesiæ, & cum ipsius evidentissima læsione, nullaq; adhibita sollemnitate, merito dicta alienatio fuit ipso iure nulla, ita est tex. in cap. 1. extra de his quæ fiunt à Prælat. sine consen. capit. & ibi per Doctor. bonus est tex. in cap. 1. de rebus eccl. non alien in 6. & ibi per Doctor. optimus tex. in clem. 1. eod. tit. vbi inter alia dicitur, quod alienans in casu non permisso à iure, & absq; sollemnitatibus incurrit ipso iure penam suspensionis ab officio, nec ex concessione ipsa recipienti ius aliquod acquiritur, & licet ille tex. loquatur in Religiosis, attamen procedit etiam in clericis, vel Prælato seculari, ita tenuit Ioannes de Imo. in d. clem in glos. in verbo religiosus, qui allegat Zenze. & Laude hoc tenere, & in specie hoc tenet Abb. in c. nulli col. 2. vers. & concludo, de reb. eccl. non alien.

Fortificantur prædicta ex his quæ dixit Ang. in l. cum ij §. eam transactionem ff. de transact. qui dixit quod vbi ecclesiastice rei vel minoris alienatio sit in casu à iure non permisso, est nulla ipso iure, non obstante quod conditio ecclesiæ vel minoris efficiatur melior, idem tenuit Philip. Dec. in c. quæ in ecclesiarum col. 2. num. 9. extra de constit. & idem tenuit Fely. in c. causam quæ col. 5. num. 8. extra de iudi. & Iason in d. lege eam transactionem quicquid dixerit Bal. in eodem §. eam transactionem, & idem Bal. in l. contra iuris ff. de pactis.

Nec obstat si ex aduerso dicatur quod d. concessio facta fuit dicto Domino Bartholomeo pro recuperatione dictorum bonorum à manibus Petri, & Francisci de Ebulo, qui ut asseritur detinebant occupata, quo in

casu Prælatus potest bona ecclesiæ taliter occupata de iure concedere potenti, vt ea recuperet & ab ecclesia recognoscatur, ita est formalis tex. in c. 2. in fin. extra de feud. notat Bal. in cap. primo in 4. col. in versic. consuetudo qui feud. dar. possunt, & Imol. in d. cap. 2. & tenuit Paul. de Castr. consil. 153. Francisc. Curt. in tract. feud. quest. 19. secundæ partis principaliſ car. 15. nam ille tex. procedit in feudo ecclesiæ alias solito concedi in feudum, quando tenetur per alium occupatum, Iesus tamen est in rebus non feudalibus ecclesiæ iniurias per alium, nam ea Prælatus alijs concedere non potest vt recuperentur, ita punctualiter tenuit Abb. in d. cap. 2. dicens ita consuluisse Io. Andr. qui dixit, quod si hoc procederet in rebus non feudalibus ecclesiæ per alium occupatis, de facili posset committi fraus, quia Prælatus volens amico, vel consanguineo rem in feudum concedere, permitteſet rem illam inuadi ab aliquo potente, vt sic possit postea eam infeudare vt illam recuperet, sequitur Iacobinus in tract. feud. in verbo in feudum col. 4. vers. addo vobis aliam pulchram limitationem car. 23. in parua impression. Hinc notabiliter dixit Vdalricus Zafjil. in tract. feud. in 6. par. principaliſ car. 41. quod ad hoc vt dispositio illius cap. 2. de feud. locum habeat, ne collusio fiat cum potentibus, vel fraus aliqua debet ecclesia vel Prælatus prius diligentiam possibilem facere pro recuperatione rei occupata per potentem implorando superiorem, vel censuris ecclesiasticis agendo, & si tyrannus sit notorie, qui prædicta contendat, tunc procedit dicto cap. 2. sed ex processu seu vel scripturis nihil apparet quod bona prædicta fuerint feudalia, & tanquam feudalia fuisse alias solita concedi, nec etiam de aliqua diligentia adhibita per Prælatum tunc existente circa recuperationem ipsorum bonorum, pro

propterea cessat dispositio d. cap. 2. Quin immo ex instrō d. concessionis apparet quod ipsa bona erant in posse ecclesie eo tempore quo fuerunt concessa d. Dño Bartholomeo, & sic dicta bona erant recuperata à posse dictorum de Ebulo propterea cessat dispositio d.c.2.

Nec obstat si dicatur quod prædicta bona fuerunt recuperatae fauore, & presidio d. D. Bartholomei, & quod ex causa dicti presidij ecclesia tenebatur eum remunerare, ex quo quando prædicta apparerent, prout nihil de prædictis apparet, pro tali remuneratione non poterat Prælatus & distrahere, tam magnum territorium, tot yassallos, & introitus, & eidem concedere prædicta, pro tā minimō censu, ita punctualiter tenuit Bal. in l. iubemus 3. & 4. col. de sacr. san. eccl. C. vers. deinde vides hic qui dixit, quod quamvis Prælatus teneatur remunerare amicum de beneficijs collatis ecclesiæ, intelligitur non per modum concessionis alicuius alienationis dominij, sed per modum concessionis fructuum, ad modicum tempus, & idem tenuit Ioannes Andr. in addit. Specul. in rub. de rebus eccl. nō alien. facit tex. in c. relatum el 2. de testam. & in c. hæc huius placiti & in c. charitatem, & in c. quicunq; suffragio & c. sequenti 12. q. 2. & bonus tex. in c. fin. de pecul. cleric.

Nec obstat tex. in c. per tuas extra de donat. vbi pro beneficio factō prælato, qui tempore scismatis fuerat saluatus, dantur ei qui saluauit Prælatū in feudum quatuor iugera terræ substinet enim talis infeudatio propter modicitatem rei in feudum datæ, pro ut est tex. in c. terrulas 12. q. 2. & tenet glo. in summa ead. causa & q. & glo. in cap. Abbatibus ead. causa, & quæst. & tenet Bal. & Saly. in auth. hoc ius porrectum C. de sacr. sanct. eccl. & dixit notanter Oldra. consil. 226. quijdam Episcopi col. 4. quod licet Prælatus possit donare propter

merita donatarij cap. ad hæc, & c. relatum el 2. de testam. non tamen in magna quantitate, vt ibi per eum.

Nec similiter obstat si dicatur quod d. territorium alias fuerat solitū concedi, & tanquam solitum concedi, potuit per Prælatum dicto Dño Bartholomeo concedi, iuxta tex. in d. c. 2. de feud. & in tali alienatione non requirebatur alia sollemnitas, quæ alias requirebatur in cōcessione bonorum ecclesiæ, vt per Doctor. communiter in d. c. 2. per illum tex. in verbo literæ, & tenuit Ludovic. in cons. 70. incip. visis temate Calder. cons. 1. in tit. de his qui fuerit à Prælat. & cons. 11. in tit. de feud. nam quod dicta bona fuerint solita concedi per prius nō appetat aliter quam per assertionē Archiepiscopi tunc concedentis, cuius assertioni & non creditur cū ipse fuerit de personis prohibitis alienare iuxta nota. per Bar. in l. si forte ff. de Castren. pecul. notat Bar. & alij in auth. si quis in aliquo C. de edend. notat Alex. cons. 17. incip. viso instrumento col. 2. vers. nec obstat quarto vol. & idem Alex. cons. 101. col. 4. & 5. 1. vol. maxime quia aliter non appetat, quod dictum territorium fuerit aliter rite, & legitime concessum, quo casu, esto quod appareret de præcedenti concessione prout non appetat, si non esset præcedens concessio rite, & legitime facta & non posset dici res solita concedi, ita punctualiter tenuit Andr. de Iser. in c. 1. in princ. de his qui feud. dar. poss. & ibi Iacob. de Belu. in princ. post glos. dicit quod ad hoc vt res dicatur solita concedi per ecclesiam, & tanquam solita possit concedi, absq; aliqua sollemnitate requiritur spatium 40. annorum infra quos saltim bis fuerit concessa per ecclesiam, & idem tenet Ioannes de Imol. in c. ex parte in princ. ultimæ car. extra de feud. in casu ergo de quo agitur non appetat aliquid quod ante concessionem factam d. Dño Bartholomeo fuerint d. bona concessa alteri,

nec de tempore quo durauit d. concessio, esto quod de ea appareret, propterea non licuit d. Archiepiscopo, tunc cōcedenti eadem bona absq; aliqua sollemnitate concedere tanquam solita concedi.

Et si dicatur prædicta non procedere in facto antiquo, † per ea quæ habentur in c. peruenit, vbi glo. de empt. & vendit. & per Doct. in c. illud de præscript. & in c. Albericus de testib. & per Doct. maxime Alex. in l. sciendum ff. de verb. obli. notat Alex. in cons. 79. incip. circa primum col. 3: vers. vtrum autem 1. vol. Dicitur q̄ omnes prædicti loquuntur respectu sollemnitatis, ita quod stante temporis antiquitate sollemnitas alias requifita in talibus alienationibus præsumatur in dubio interuenisse, sed quod antiquitas temporis operetur quod res censeatur alias solita concedi ex sola assertione prælati concedentis, hoc non dicunt Docto. nec videretur posse dici, quia ex hoc resultarent duo specialia in eodem actu videlicet quod prædicta bona alias præsumerentur legitime concessa, & quod in 2. concessione interuenerint debite sollemnitates contra tex. in l. 1. C. de dotis promiss. & per Doct. in l. singularia ff. si cert. pet.

Et dato, non tamen concessso quod ex temporis diuturnitate Prælato sic dicenti credatur, & quod demonstretur, quod ante dictam concessionem d. Dño Bartholomeo factam dicta bona fuerint legitime concessa, ex quo tempore d. concessionis factæ d. Dño Bartholomeo, bona ipsa peruererant ad ecclesiā, & erant in posse ipsius ecclesiæ, non poterat d. Archiepiscopus sic absolute eadem bona concedere d. Dño Bartholomeo, sed ita de-

9 mum † si fuisset expediens d. ecclesia quod dicta bona concederentur, ita punctualiter tenuit Abb. in c. vt super 2. col. versic. ego crederem de rebus eccles. non alie. qui dixit quod vbi bona ecclesiæ fuerunt primo loco con-

cessa legitime ex aliqua causa legitima, pura quia bona erant in culta, & concessa fuerunt ad hoc vt ad culturam reducerentur, si eadem bona sic ad culturam redacti ad ecclesiam revertantur, non potest prælatus absq; alia legitima causa, & debitissimis sollemnitatibus ea de novo concedere, ita etiam probat tex. in d. c. 2. in verbo si videris expedire quod. verbum denotat arbitrium boni viri secundum ea quæ notantur per Abb. in c. 1. col. 5. in glo. fin. de constit. qui ad hoc allegat tex. in l. fideicommissa s. quamquam ff. de leg. 3. & notat Bar. in l. si sic in princ. ff. de leg. 1. Sed non potest aliquo modo dici expeditissimæ ecclesiæ quod dicta bona tanti reditus, & utilitatis cum tot vassallis, & redditibus, ac punctione Sturionum gabella, & alijs expressis in d. instrumento postquam peruererūt ad ecclesiā de novo concederentur præfato Dño Bartholomeo pro 15. carlenis annuis cū tā evidenti detimento ecclesiæ, propteræ d. cap. 2. locum non habet in casu de quo agitur.

Maxime quia postquam bona tantæ utilitatis peruererant ad ecclesiā, Prælatus tenebatur ea acquirere ecclesiæ, sicut vxor viro, per ea quæ tenuit Bal. in l. cum ipse col. 1. C. de contrah. empt. notat Innoc. in c. cum in officijs de testam. & plene Ludou. consil. 159 præsertim quia tempore quo bona prædicta peruererat ad ecclesiā Capuanam ante cōcessionem factam d. Dño Bartholomeo, ipsa ecclisia † non erat ita locuplex quod debuisset rem tante utilitatis pro tam modico censu ita concedere, sed potius ea debebat pro se retinere, esto quod ista res alias tuisset solita concedi, ita punctualiter tenuit Jacob. de Beluis. Nicola. de Neap. & Laudensis in c. 1. in princ. de his qui feud. dar. poss. allegat tex. in auth. vt determinat. sit numer. cleric. & bonum tex. in d. cap. 2. in verbo si videris expedire quod etiam sequitur Andr. Barb. in d. cap.

**d. cap. vt super de reb. eccl. non alien.**  
**Vide Abb. in c. bonem memorie el 2. in**  
**8. col. vers. & per illum tex. dixit ibi**  
**Bar. extra de postulat Prælat qui dixit**  
**quod si bona fuerint deuoluta eccle-**  
**sia, & tempore deuolutionis ecclæsia**  
**non erat ita dues, prout erat tempo-**  
**re concessionis, Prælatus non potest**  
**compelli candem rem concedere hæ-**  
**redibus primi concessionarij:**

Ex quibus optime videtur posse co-  
 cludi quod d. concessio fuerit nulla  
 tanquam facta in casu non permisso  
 à lute, & absq; debitibus solennitatibus,  
 & presertim sine tractatu, & absq; cō-  
 sensu capituli capitulariter congrega-  
**i**ti, ita quod non sufficit subscriptio +  
 canonorum particularium facta iux-  
 ta notat. per glos. in c. 1. in verbo tra-  
 ctatus, & ibi Philip. Francus de reb.  
 eccl. non ali. in 6. & tenet Abb. c. 1.  
 col. 2. de his quæ fiunt à Prelat. vbi  
 dixit quod consensus Capituli requi-  
 situs in alienatione bonorum ecclæsæ  
 debet interuenire Capitulo congrega-  
 to, ita quod non sufficit particula-  
 ris subscriptio Canonorum, & est  
 bonus tex. in cap. 1. & ibi per Doctor.  
 maxime Deci. de postul. Prælat. &  
 tex. in c. in terra de elec. in cap. cūt  
 ecclæsia sutrina de cā possess. & propr.

Nec obstat si dicatur quod ex an-  
 tiquitate temporis præsumuntur di-  
 cē sollemnitates adhibite per tex. in  
 d. cap. peruenit, vbi glos. de empt. &  
 vendit. & Doct. in l. sciendum de verb.  
 oblig. & alij supra allegati, nam talis  
 præsumptio tollitur per inspectionem  
**ii** instrumenti + vbi nulla sit metio de  
 tractatu, & de consensu Capituli, quo  
 casu dictæ sollemnitates non presu-  
 muntur adhibitæ etiam stante anti-  
 quitate temporis, quia si fuissent ad-  
 habitæ, fuisset in instrumento expres-  
 sum, ita tenuit Paul. de Castr. in conf.  
 48: incip. in causa quæ vertitur col. 5.  
 tenuit Alex. cons. 13. incip. super 1.  
 dubio 1. vol. notat Cy. in l. si certis an-  
 nis 10. quæst. C. de pact. notat exp̄sse  
 Bar. in l. si qui ad ciuilia 1. col. in fin. &

sequenti in princ. C. de appell. & ex-  
 presse Alex. consil. 1. fin. col. in princ.  
 vers. præterea ex inspectione 4. volu.

**13** Et ad hoc accedat + illud quod no-  
 tāt Io. Andr. Ant. de Butr. & Abb. in  
 c. quoniam contra de probat. qui di-  
 xerunt quod quamvis pro sententia  
 maxime antiqua præsumatur, attamen  
 quando ex inspectione actorum appa-  
 ret quod acta non fuerunt rite con-  
 fecta, cessat dicta præsumptio ex in-  
 spectione actorum.

Et quamvis dicti posset ex aduerso  
 quod talis contractus præstitit cau-  
**14** sam præscribendi + per ea quæ no-  
 tāt Hostiens. quem sequitur ibi Ant.  
 de Butr. in cap. 1. de his quæ fiunt à  
 Præla. per tex. in cap. cura de iure pat.  
 Attamen prædicta procedunt vbi con-  
 tractus alienationis esset factus in ca-  
 su permisso à iure cum sollemnitati-  
 bus debitibus, quamvis reperiretur fa-  
 ctus cum lassione ecclæsia, talis enim  
 contractus tenet ipso iure, licet ad ipsius  
 rescissionem sit necessaria restitu-  
 tio ipsius ecclæsæ, ita punctualiter  
 tenuit glo. 12. q. 2. in summa in fine  
 quæ allegat tex. in c. cum nos, de his  
 quæ fiunt à Præl. sūm cons. cap. & bo-  
 num tex. in c. cum dilecti de empt. &  
 vend. pro quo est optimus tex. & ibi  
 hoc notant Innoc. & Ant. de Butr. in  
 c. ad nostra extra de rebus eccl. non  
 alie. vbi contractus erat factus in ca-  
 su à iure permisso videlicet pro solu-  
 do debito, & tamen quia cum maxi-  
 ma lassione ecclæsia erat celebratus,  
 licet à principio tenuerit, attamen re-  
 scinditur ecclæsia petente. Hinc dicit  
 Innoc. Io. Andr. Ant. de Butr. & ca-  
 teri in d.c. 1. de his quæ fiunt à Præla.  
 quod alienatio facta per solum Præ-  
 latum sine consensu Capituli & sic  
 absq; sollemnitate à iure requisita ita  
 demum rescinditur, si hoc ecclæsia pe-  
 tierit alias si Ecclæsia vel Capitulum  
 ratam habuerit, remanet valida, & sic  
 loquitur ille tex. in casu quo alienatio  
 esset facta in casu permisso, licet non  
 adhibitis sollemnitatibus. Ipsa ergo  
 alie-

alienatio facta in casu permisso, licet non adhibitis sollemnitatibus quæ est valida ipso iure præstat causam præscribendi, quod etiā tenuit Hostiens. in c. fin. ne sede vacante, & idem tenet glos. in c. 1. in glo. pen. de restit. in integrum, & tenuit Philip. Franc. in c. 2. in princ. de reb. eccles. non alie. in 6. sed in casu de quo agitur concessio prædicta reperitur facta non solum in casu non permisso à iure, sed sine aliqua debita sollemnitate merito fuit, & est ipso iure nulla, & ex ea nullum ius fuit quæsitum recipienti, ita probat formalis tex. in clem. 1. de reb. eccl. non alien. superius allegatus, vbi tex. formaliter dicit, si quis autē contra hoc fecerit penam suspensionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius ius aliquod acquiratur, & non eundo per mendicata suffragia prædicta deciduntur per tex. formalem in c. 2. de reb. eccl. non alie. in 6. vbi formaliter dicitur, quod alienatio bonorum ecclesiæ per Prælatū facta in casu non permisso à iure, & absq; sollemnitatibus, non solum est ipso iure nulla, sed nec etiam præstat causam præscribendi, & ibi hoc notat Philip. Franc. & Domin. Quinimo ex tali contractu nullo non transfertur possessio, ita Bar. in l. si rem aliquam in princ. ff. de acquir. possess. & firmat Alex. in l. 1. §. si vir eodem tit. & propterea ex tali contractu nullo modo potest dici fuisse præscriptum contra ecclesiam.

Et si dicatur ex aduerso, quod quāvis sit exclusa præscriptio stante nullitate contractus, intelligitur exclusa præscriptio longi, vel longissimi temporis, non autem præscriptio centum 15 annorum + ita punctualiter tenuit Fely. in rubr. de præscript. fin. colum. vers. considera secundo, qui dixit q; quamvis per legem, vel statutum, aut priuilegium sit sublata præscriptio, nunquam intelligitur sublata præscriptio centum annorum, quod etiam tenuit Ang. in authen. vt de cætero

nō fiat commut. per illum tex. in verbo præscriptione, & notat Bal. & Ang. in l. 1. per glos. ibi C. ne rei domi. vel temp. tenet Alex. in l. nemo potest fin. col. ff. de leg. 1. & tenet Franc. de Aret. conf. 15. incip. Reuerend. Pater col. pen. in 3. dubio.

Dicitur quod d. Dominus Comes, & sui prædecessores non possunt se 16 iuuare aliqua præscriptione + etiam immemorabilis tēporis, ex quo dicta concessio fuit facta d. Domino Bartholomeo de Capua, qui erat peritus, & eruditissimus Doctor, & habebat notitiam Iurium, & Canonum, prout quilibet Doctor videtur fateri se peritum in Iure per nota. per glos. in l. 2. ff. quod quisq; iur. facit tex. in l. illicitas §. sicuti ff. de offic. præc. vbi medicus præsumitur in sua arte peritus, bonus tex. in l. 2. §. seruus ff. de orig. Iuris, & scientia Iuris regulatiter præsumitur l. leges C. de legib. sed ex forma seu instrumento concessionis apparet quod d. concessio facta fuit in casu non permisso à iure, & sine sollemnitatibus necessario requisitis, quo casu dictus Dominus Bartholomeus + scienter recipiens concessiōnem in casu non permisso à iure fuit in mala fide, ita punctualiter tenuit Paul. de Caſt. conf. 72. incip. quia frustra disputaretur ad finem vers. secunda ratio, qui allegat Cy. in l. si quis exemptionis §. 1. C. de præscript. 30. annorum. Immo si ipse non fuisse peritus in iure, & errasset in iure recipiendo concessionem in casu à iure non permisso talis error iuris constituit recipientem in mala fide, & consequenter impeditur præscriptio cuiuscumq; 18 temporis + ita punctualiter tenuit Abb. & plenius Fely. in c. de quarta in 9. col. versi. nam intelligerem eorum opinionem, & col. 13. vers. contrariū simpliciter tenet Paul. de Caſt. de præscript. & ad hoc allegat tex. in c. dudum de decim.

Et ad hoc accedat, quod dictæ concessiōni factæ in casu non permisso à iure

iure resistit ius, vt in d. iuribus, ergo  
d. Dñus Bartholomeus recipiens præ  
sumitur in mala fide + vt in regula  
qui contra iura lib. 6. l. quemadmo-  
dum de agri. & censit. lib. 11. & vide  
Fely. in c. si aut 4. col. in princ. vers.  
& adde, quod probatur dolus extra  
de rescript. qui allegat d. l. quemad-  
modum, & regulam qui contra ius.

Et ad prædicta accedit, quod ille  
dicitur male fidei qui habuit notitiam  
rei alienae, ita dicit Abb. in c. si diligen-  
ti col. 3. vers. sed glos. querit extra de  
præscript. qui allegat tex. in c. si virgo  
34. q. 2. & ibi glos. ad idem bonus tex.  
in l. si quis fundum ff. de acquir. pos-  
sess. & bonus tex. in l. item veniunt s.  
petitam ff. de petit. hered. & declarat  
Bar. in l. furtum s. fundi ff. de vsucap.  
& ad hoc accedit quod is qui contra-  
hat contra iura præsumitur in mala fi-  
de C. qui contra iura de reg. iur. in 6.  
& ibi Dy. dicit quod emens à Præla-  
to bona ecclesie non seruata sollem-  
nitate à iure requisita, non præsumi-  
tur haberé bonam fidem.

Hinc dicit Bar. in l. quemadmodum  
in fin. C. de agri. & cens. lib. 11. quod  
vbiq; quis emit rem vendi pro-  
hibitam ratione persone, vel rei, quod  
emens præsumitur scire, & dicit ibi  
Ioannes de Plat. col. 5. versic. ultimo  
nota quod qui contra legem merca-  
turi censemur malefidei possessor, &  
propterea tenetur de fructibus etiam  
percipiēdis, qjbus de iure ciuili præ-  
scribere, vel vsucapere possit longif-  
fimo tempore 30. vel 40. annorum, l.  
cum scimus s. illud l. omnes l. sicut C.  
de prescript. 30. annorum, attamen de  
iure canonico, quod ius attenditur in  
prescriptionibus nunquam prescribi-  
tur, vt in regula male fidei possessor in  
6. & in c. fin. de præscript. Stante igitur  
quod Dñs Bartholomeus qui erat  
Peritissimus Doctor, & recipit rem  
ecclesiæ scienter à Prælato prohibito  
alienare in casu non permisso à iure, &  
absq; aliqua sollemnitate à iure requi-  
sita, non potest inficiari quin ipse fue-

rit in mala fide, qua stante ipse vlo-  
vnquam tempore potuit præscribere  
per tex. in d. c. fin. de præscript. & in  
d. Reg. malefidei possessor in 6. & in c.  
vigilanti, eod. tit. de præscript. & est  
tex. iuncta glos. in verbo nisi in c. 1.  
de præscript. in 6.

Hinc dicit Philip. Franc. in d. c. 1.  
col. fin. quod in præscriptione tanti  
temporis cuius initij memoria non  
existit requiritur bona fides, & idem  
tenuit Io. Andr. in c. vigilanti in prin-  
cip. de præscript. & tenet expresse lo.  
Francisc. Balb. in tract. de præscript.  
in 6. quæst. 3. partis principalis col. 5.  
quæ bona fides in casu de quo agitur  
non affuit in persona d. Dñi Bartho-  
lomei recipientis stante igitur mala  
fiderecipientis + ipsa nocet ipsius uni  
versalibus successoribus h. cum hæres  
in princ. de diuers. & tempor. præ-  
script. Ex quo ipse censemur vna, &  
eadem persona cum defuncto, & quia  
hæres tenetur exonerare conscientia  
defuncti c. fin. extra de sepult. & te-  
net Abb. in c. de quarta de præscript.  
& tenet lo. Andr. in addit. Specul. in  
tit. de præscript. s. fin. in addit. ma-  
gna, Ioannes de Imo. in repet. cap. fin.  
col. 3. de præscrip. tenuit Alex. conf.  
84. 1. vol.

21 Nec obstat + si ex aduerso dicatur,  
quod prædicta procedunt vbi hæres  
vellet vti accessione temporis posses-  
sionis defuncti & ipsius hæredis, iux-  
ta terminos l. Pomponius s. cum quis  
ad miniculo ff. de acquir. possess. sed  
vbi ipse hæres qui iustum habuit igno-  
rantiam causam, vt in reg. is. qui in ius  
in 6. vellet ipse incipere, & perficere  
præscriptionem, tunc mala fides de-  
functi non nocet hæredi, ita punctua-  
liter tenuit Dyn. in regula possessor  
vers. item queri posset si defunctus de  
reg. iur. in 6. quam opinionem sequi-  
tur Bar. in d. l. cum hæredes, & ibi  
Alex. in apostil. Bar. in l. vicia ff. de  
acquir. possess. & tenuit Paul. de Cafr.  
cons. 48. incip. in cā q; vertitur fi. col.  
Ang. in l. 1. C. de præscrip. long. tempor.  
Nam

Nam prædicta opinio Dy. & sequacium communiter reprobatur, & cōmuniis opinio est contra Dy. contra quem tenuit Abb. in c. si diligenti 6. col. vers. sed circa prædicta de præscript. & ibi Fely. col. 6. vers. contra opinionem famosam Dy. vbi multos refert sequentes Dy. & tandem dicit quod cōmuniis opinio est contra Dy. & mouetur pluribus rationibus, & signanter quia hæres tenetur ex oneare conscientiam defuncti, & etiam quia omne ius hæredis causatur à defuncto, ita quod sicut defunctus ullo vñquam tempore potuisset præscribere stante mala fide, ita etiam hæres, & idem Abb. similiter tenet contra Dy. in c. nihil de prescript. & Alex. in d. l. pomponius §. cum quis ad miniculō col. 6. vers. dicit tamen Raph. Cum. hic. de acquir. poss. & ibi plene laſ. col. fin. vide etiam Alex. cons. 77. incip. viso processu col. 2. num. 3. 4. & 6. vol. qui tenet opinionem contra Dy. & eandem opinionem tenuit Lucas de Penna in l. 1. col. 1. in verbo quartam C. quando, & quibus quarta pars debeatur lib. 10. & pro opinione contra Dy. consuluit Alex. in quam pluribus consilijs relatis per Io. Francisc. Balbum in tract. de prescript. in 12. quest. 3. partis principalis 5. & 6. col. vers. & hanc conclusionem tanquam veram, & communem, ultra quos idem contra Dy. tenuit Soccin. cons. 203. incipien. capiendo primum 2. vol. Dec. cons. 272. incip. viso processu causæ col. 4. num. 6. 2. vol. qui dixit communem opinionem esse contra Dyn. & idem Dec. cons. 303. col. 2. vers. nec obstat num. 6. eodem vol. ex. quibus apparet eidēter dictam assertam concessionem medietatis dicti territorij fuisse nullam, & quo ad eandem medietatem cōcessam ipsum Dñum Comitem non posse se tueri aliqua præscriptione, vel aliquo iure.

Et dato, non tamen concessio quod 22 d. concessio fuisse legitima + attamen non potest euitari quod dictum

territorium, & bona cōcessa non fuerint deuoluta, stante quod d. Dñus Comes fecit multas alienationes d. territorij diuersis personis, sine aliquo assensu Ecclesie, & Prælatorum ipsius, vt ex instrumentis in actis presentatis apertissimè demonstratur, per quas alienationes diuersarum partium d. territorij totum ipsum territorium fuit deuolutum per tex. in c. Imperialē in princ. de prohibit. feud. alie. per fed. & ibi per Doctor. & dixit Bal. in c. 1. 2. col. de vassall. qui contr. constit. Lothar. q̄ vassallus alienando partem feudi sibi concessi priuatur toto feudo, ex quo nisi in solidum pecari non potest propter individuum eius contextum allegat tex. in l. 4. §. cato ff. de verb. obliga. & l. 1. in fin. ff. de penu. leg. & dixit Bal. in c. 1. §: si vero vel in totū, qualiter feud. alie. possit, quod quamvis olim per alienationem partis feudi non perdebatur feudum, nisi quatenus fuisse alienatum + hodie tamen per alienationem partis, etiam si vnum cespitem alienauerit perditur totum, per dictū tex. in c. Imperiale, & maxime quia ex instrumento concessionis apparet appositorum pactum quod non possit pars concessa in totum vel in partem alienari, & ita per concessionarium fuit promissum, & iuratum + quod quidē iuramentum quo ad ipsius observationem transiuit ad hæredes d. Domini Bartholomei. Ita Ang. in l. qui superstis in fine ff. de acquir. hæred. & idē tenuit Bar. in l. cum quis decedens §. codicillis 2. col. vers. ultimo nota ff. de leg. 3. notat Ioannes Andr. in c. 2. de paet. in 6. in nouella, quo casu ratione iuramenti per alienationē partis, perditur totum per l. si quis maior C. de transact. quinimo ipse Dñus Comes lite pendente + sciens qualitatē concessionis, & omnia in instrumento concessionis contenta, alienauit totum dictum territorium, & bona cōcessa nulla facta reservatione assensu Ecclesie, sed tamquam rem propriam,

priam, & liberam ipsius eadem bona alienauit, quo casu omni difficultate cessante regum territorium, & bona concessa fuerūt deuoluta per tex. in l. si. C. de iure emph. & per c. potuit extra de loca. cum alijs iuribus vulg. Ex quibus manifeste apparet ipsum Dñm Comitem debere condemnari ad relaxādum totum dictum territorium, & bona concessa, prout insupplicatio- ne, & actis fuit petitum.

Quo vero ad aliam medietatem re- seruatam dictæ ecclesiæ, nulla videtur difficultas, quin Dñs Comes debeat condemnari ad ipsius relaxationem, ex quo sine aliquo titulo, & scienter fuit occupatum per ipsum Dñm Bartholomeum & suos hæredes quæ ma- la fides probatur per instrumentum d. concessionis, in quo apparet quod tūc Archiepiscopus concessit solam me- dietatem territorij, & aliā reseruavit ipsi ecclesiæ, quo casu respectu me- dietatis reseruare d. Dñs Comes, & sui prædecessores ipsum possiderunt sine titulo, & propterea præsumuntur male fidei possessores, ita pūctualiter tenuit Bar. in l. si. in fi. C. vnde vi: tenuit Imo. in c. si. de presc. Abb. in c. si diligēti cir- ca mediū de prescr. Alex. conf. 75. incipien. visis pōderatis pen. col. vers. p̄terea v̄. 4. vol. Ias. in l. clā possidere s. qui ad nuadinas de acqu. possess. ipsa ergo mala fides d. Dñi Comitis & suo- rum prædecessorum impedit prescri- ptionē cuiuscumq; tēporis, tam d. Dñi Bartholomei quā suorum hæredū per d. c. fin. de præscr. & in l. cum hæredes & alia supra allegata, & licet ipsi sint hæredes hæredum d. Dñi Bartholo- mei adhuc dicuntur hæredes ipsius vulg. l. fin. C. de hæred. instit.

26 Et quamvis possessio + centum ab- norum habeat vim tituli C. super qui- busdam s. præterea de verb. signific. & contra morem 100. distin. L hoc iure s. ductus aquæ ff. de aqua quot. & estiu. l. si. C. noua vestigalia &c. C. i. de præ- script. in 6. cū vulg. attamen ex d. pos- sessione tanti temporis, causatur titu-

lus præsumptus non verus, vt probat tex. in d. S. ductus aquæ, & alia iura su- pra allegata, sed ex d. instrumento con- cessionis apparet evidenter de nō tit. respectu medietatis reseruatae, propte- rea præsumptio tituli cedit veritati, & ipsa præsumptio excluditur appa- rente veritate l. continuus s. cum ita ff. de verb. oblig. l. ille aut ille l. nō ali- ter ff. de leg. 3. l. pediculis s. argento ff. de aur. & arg. leg. cum alijs vulg.

Nec obstat si ex aduerso dicatur q; quamvis tempore d. concessionis d. medietatis non interuenerit titulus aliquis respectu alterius medietatis quæ evidenter apparet reseruata ipsi ecclesiæ, Attamen post dictam primā concessionem potuit fieri cōcessio al- terius medietatis reseruata quæ præ- sumpta noua concessio inducitur ex cursu tanti temporis per ea quæ no- tabiliter tenuit Philip. Dec. conf. 409. incip. viso confil. pen. col. versic. non obstat illud in quo videtur difficultas 3. vol. qui allegat Petr. de Anchar: conf. 135. & Alex. conf. 39. 1. vol.

Nam in casu nostro d. præsumptio nullatenus considerari potest, nam aut pars aduersa dicit quod præsumit titulus concessionis dictæ me- dietatis reseruatae, & istud non po- test præsumi; ex quo concessio non potuisse fieri, nisi sub solutione ali- cuius census in pecunia, vel alijs re- bus consistentis, sed pars aduersa fa- tetur quod pro prædicto territorio soluit ipse, & sui prædecessores sol- uerunt censem carlenorum quinde- cim tantum, qui census fuit promis- sus pro medietate concessa tantum, vt ex instrumento concessionis appa- ret, propterā cessat præsumptio al- terius concessionis medietatis reser- uatae. Aut pars aduersa dicit, quod ex d. t̄pis diuturnitate præsumit titulus vēditionis, aut donationis d. me- dietatis reseruatae, & talis præsumptio 27 considerari non pōt, + stante q; Præ- latus, qui censetur Procurator Eccle- siæ vt in c. 2. de donat. rem ecclesiæ

V donare

donare non potest, quia donare est perdere l. filius. familias ff. de donat. quæ donatio procuratori non permittit, titur l. contra iuris ff. de pact. & similiiter præsumptio venditionis capi non potest, quæ similiter est regulariter prohibita prælato, vt in toto tit. de reb. eccl. non alie & ex tali præsumptione causaretur delictum prælati, qd' quidem delictum præsumi non debet l. merito ff. socio notat Innoc. in c. dudum ilz. in 2. & penul. col. & ibi Abb. & cæteri de elect.

Nec aliquo modo præsumi potest titulus permutationis, vt ex aduerso allegatur † Primo quia bona cū quibus pars aduersa prætendit fuisse factam permutationem, erant bona ipsius Ecclesiæ Capuanæ, quo casu non potuisset dici permutatio, quæ fieri debet de bonis permutatis cum bonis ecclesiæ. Et quatenus posset prætendi qd' dicta bona existentia in Villa Grazanisij, cum quibus prætenditur permutationem factam fuisse, concessa d. Dño Bartholomeo vna cū dicta medietate territorij, dicitur quod d. concessio fuit nulla, prout fuit d. concessio d. medietatis territorij, ex causis, & rationibus supra allegatis, taliter quod stante nullitate d. concessonis dicta territoria sita in d. districtu Grazanisij remâserunt in dominio d. ecclesiæ, & propterea ecclesia in d. asserta permutatione accepisset bona sua, & non d. Dni Bartholomei.

Secundo dicitur, qd' permutatio est contractus alienationis, & debet fieri, ex eisdem causis, & cum eisdem solemnitatibus prout ceteri contractus bonorum ecclesiæ, ita est tex. formalis in c. sine exceptione 12. q. 2. & bonus tex. in c. nulli de reb. eccl. non alie. sed d. asserta permutatio, quando facta fuisset, prout non fuit, esset facta extra omnes casus à iure permisso, immo contra omnem dispositionem iuris, & cum evidentissima lectione ecclesiæ ex quo ultimo quod ecclesia accepisset in permutationem res suas dicta bona,

quæ præsupponuntur data in permutatione sunt sine aliqua comparatione minoris quantitatis, ac redditus quæ sint bona ecclesiæ occupata per ipsum Dñum Bartholomeum, & suos hæredes, quæ fuerat reseruata ipsi ecclesiæ, merito redetur talis asserta permutatione nulla, ita est tex. in c. 1. & 2. & ibi per Doct. extra de rerū permut. & in c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6. & ibi per Doct. cum alijs allegatis, & quia in dictis bonis reseruatis d. Dñus Comes nulli ius prætendere potest, propterea debet condemnari ad relaxandum dicta integra bona eidem ecclesiæ tanquam Dña. Cætera suppleat Magnif. Causæ Commiss. & cæteri Dni Consiliarij, iuxta titulum, vt quæ desunt aduoc. &c.

Iac. Ant. de Mauro.

#### ADDITTIQNE.

**A**d id quod ad validitatem alienationis rei ecclesiasticæ duo copulatiue requiruntur. Causa iusta in casu licito, & forma idest sollemnitas legitima c. 1. de rebus eccl. non alien. in 6. & Clementina prima eodem titulo Abb. in c. nulli num. 7. de rebus eccl. non alien. & in c. ad nostram eod. titulo, & in c. tua num. 8. de his quæ sunt à Prælato sine consensu capit. Dec. in auth. qui rem. num. 21. C. de Sacros. Eccl. & in consil. 142. num. 4. Couuar. lib. 2. variat. gesol. c. 17. num. 2. qui dicunt communem esse opinionem Mascard. de probation. conclus. 75. & hac forma omisso regulariter non valet alienatio. Affl. decis. 107. & decis. 85. Vincentius de Franch. decis. 35.

Causæ iustæ sunt quatuor, necessitatibus, utilitatis, incomoditatis, & pietatis, glosa in summa 12. quæst. 2. Abb. in d. c. nulli de reb. eccl. non alien. Ioannes Antonius Lanarius consil. 50. num. 6. & 7. & Fabius de Anna in consil. 38. numero 36. vol. primo.

Hodie vero regulariter prohibetur omnibus modis alienandi, etiam in casu licito, & seruat sollemnitatibus prædictis. inconsulto Romano Pontifice, per extrauagantem Pauli secundi, de qua in Bullario fol. 91. quæ incipit Ambitiose capitudati, &c. & hoc iterum utimur in Romana Curia.

Abb: Ioh. Hier. de Mauro.

SVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 Remuneratio debet esse secundum merita alias donatio est.
- 2 Officialis gratis iustitiam facere debet, & nihil petere, nec ei donari potest.
- 3 Prelatus non potest obtentu seruitiorum facere magnas cōcessiones.
- 4 In alienatione bonorum Ecclesie quæ requirantur.
- 5 Antiquitas temporis quando noceat Ecclesie.
- 6 Receptio census an noceat Ecclesie, quoad caducitatem.
- 7 Ecclesia producendo Instrumētum concessionis, non dicitur approbare quod nullum est.

## ALLEGATIO 32.

**T**ractat de eadem re prout in præcedenti allegatione.



I authoritas Dñi Bar., nobis nō obstat, quæ quanto maior fuit, tanto minus curanda est per ea quæ habentur in l. de pupitlo. Si quis ipsi prætori ff. de nou. oper. nuncia. apparebit luce clarius nullitas concessionis, & procedendo per conclusiores postquam late allegatum est si ad merita oculos vertamur, enunciantur, quia fuit causa recuperationis territorij. Remuneratio igitur debet esse † secundum merita, & sic mensuranda est, quanto igitur excedit mēsuram reputatur donatio, & nulla est ita in spetie consuluit in Prælato, Oldra. in cons. 226.col.pen.

vers. secundo vbi latius Dec. conf. 174 col. 1. vers. præterea in tali donatione & Socc. conf. 91. col. 5. vers. sed magis videtur obstat vol. 1.

Videamus igitur seruitia. Aut consideramus Bartholomeum vt Doctorem, & certe salarium non potest excedere sexagesimam partem rei, de qualitigatur, vt in Constitutione Regni hac ædictali in 1. lib. & sic quanto ista remuneratio fuit ultra sexagesimam partem, ex supra allegatis ipso iure nulla fuit.

2 Aut consideramus † vt officialem, & postquam erat obligatus iustitiam facere, nihil percipere poterat, quia gratis facere debebat, propter officium quod gerebat, ita Bal. in consil. 230. factum sic se habet quod est 64. in lib. meo vol. 2. secundum antiquam stampam, & iam ipse Bartholomeus considerat mandato Regis Roberti Capitula pro remouendo violentias, spolia, & molestias clericorum, vt patet per Cap. ad Regale fastigium cum tribus alijs.

3 Et sic iure † merito Are. in consil. 24. in fi. loquens in Prælato dixit nullā donationem remuneratoriā, idem latius in prælato prosequitur Alexan. cons. 55. col. 2. vers. & dicitur cum sequentibus versi. vol. 1.

Et ista conclusio habet locum ēt in concessione facta in emphiteusim, vt late in ecclesia consuluit Dec. in consil. 142. col. 2. vers. sed prædictis non obstantibus, & qd prælatus nō possit obtentu seruitiorū facere tales magnas concessiones late prosequitur Bertr. quiomnino videatur in consil. 100. vol. 1. quam remunerationem restringunt Doctores in bonis mobilibus tantum, non in stabilibus, vt per Alex. in d. consil. 55. & Dec. in allegato consil. 174. vers. nec obstat quod talis donatio.

4 Et in tali † remuneratione, & alienatione sunt duo consideranda pro forma scilicet sollemnitas, & iusta causa alienandi, vt late firmat Dec. in d. consil. 142. col. 2. vers. est ergo

V 2 viden-

videndum, idem Dec. in d. cons. 174. In qua sollemnitate pro forma requiriatur tractatus, & consensus superioris causa cognitione, & demum delibratio, pro sequitur Socc. in cons. 52. col. 1. vol. 4. versatur enim in causa cognitione discussio, an sit legitima causa, & expeditat magis alienare rem illam quam aliam, idem Socc. ibi. col. 2. in princi. propterea infert quod quando alienatio sit in casu non concessio, licet seruatæ sint solemnitates, quod alienatio sit ipso iure nulla, sub qua ratione Dec. in allegato cons. 174. in fine, infert quod ipsemet aliensans potest contrauenire, & bona alienata cœfructibus recuperare, ppter ea Bertr. in cons. 147. col. 1. vol. 2. loquens in ecclesia dicit authoritate Doctorum per eum allegatorum quod diligens causæ cognitione requirebatur, an vide licet subessent causæ necessitatis, vel utilitatis ecclesiae, propter quam vel oporteret, vel expediret aliquid alienare de bonis ecclesiae, & an essent bona mobilia, vel alia bona immobilia minus utilia, & in quoſi alienatione versatur minus, damnum aut minor incomoditas, & finaliter q̄ si expediret, vel nō expediret alienatio, vt ibi latissime per eū or me cōuertēdo ad hanc alienationē, quis negabit ex eius facie nō apparere, q̄ ista alienatio siebat in casu non concessio à iure, quæ enim necessitas aderat potius dismembrandi medietatem huius territorij, & incidere in communem quæ parabat discordia cum tanto potenti viro, prout euentus demonstrauit, quia totum occupatum fuit, si remuneratio erat dāda quæ negatur, quod concedere rem meliorem, non debebat Prælatus excedentem in satis excessiva summa merita, quæ de alijs mōbilibus, & minus damnosis compensari poterant, vt sic oculari inspectione appareat, q̄ si antiquitas + temporis faciat solemnitates præsumi, quamuis ex facie instrumenti doceatur de contrario, tamen quia ista alienatio est facta

in casu non concessio, quod sollemnites parum proficiunt, immo redditur ipso iure nulla, vt Socc. vbi supra, & alij declarant, & optime aduertant Domini iudicantes, quod auf vixit ille Prælatus post factam talement alienationem, & vita sua durante non potuit aliquid temporis nocere successori c. 1. & 2. de in integrum restit. in 6. ant. saltim ex illa infirmatatem qua grauatus tunc erat, quia subscribere non potuit, ut ille Iserniensis Episcopus fatetur in sua subscriptione „. & tunc p decisiones alias allegatas erat usuarius, & tanto magis tollebatur facultas, & cum tale instrumentum nō reperiebatur in archiuo Capuano, nec in scedis alicuius Notarij Regni, quomodo potuit antiquitas nocere ecclesia si ignorantiam habuerunt successores qui præcipue oēs fuerunt exteri, & ecclesia recta in commēdam per ea quæ in spetie posuit Aret. loquens in ecclesia data ignorantia prout præsumitur, vt sunt iura notissima in cons. 15. versus finem, & late prosequitur Dec. in cons. 474. in fine, & quod de tali instrumento non poterat haberi notitia in Regno apparet, nam vt in talce eius demonstratur pronepos Bartholomei accessit Florentiam, vbi reperiebatur instrumentum forte aliquis Archiepiscopus fuerat Florentinus, & ibi authenticari fecit, q̄ transumptū quam primum innotuit Archiepiscopo Caracciolo, litem mouit & sic non expectauit quatriennium à die notitiae ex qua notitia causabatur læsio, & sic ius agendi, vt dicunt Aret. & Dec. per iura, per eos allegata; Nec quid potuit imputari, cum si omnes Archiepiscopi reperierunt inter introitus Archiescopalis mensæ censum carlorensum quindecim si nesciebat originem ex quo causabatur læsio: non potuit † receptione præiudicare, ad hoc enim vt scientia noceat requiritur quod habeantur omnes qualitates, ex quibus prejudicium causabatur vt est glos. ordinaria in cap. consertationi in verbo sciuerit

**H**æc allegatio, non indiget additione,  
quia de eadem re tractat.

## SUMMARIUM.

sciuerit vbi scribentes de appell. in 6.  
& ita residet Iacob. in sua inuestitura  
in verbo qui quidem inuestiti præsti-  
terunt iuramentum fidel. col. i r. vers.  
sed iuxta prædicta dubitatur ibi sed  
illa glos. Cum igitur nunc appareat ex  
lecturâ concessionis fundatae in causa  
alienationis non subsistente de iure,  
nec alia aliqua extrinseca probatio re-  
quiratur cessant præscriptiones anti-  
quitatis, per ea quæ posuit multis re-  
latis Dec. in cons. 564. col. pen. versic.  
nō obstat, & Ias. in l. i. col. 7. vers. quin-  
to limita C. qui admitt. vt sic iste Co-  
mes, qui dicit se hæredem Bartholo-  
mei per medias personas suorum an-  
tecessorum, possit cogi ad exoneran-  
dam conscientiam Bartholomei e. si.  
de sepult. cum concor. nec potest fieri  
fundamentum, quod si quæ produ-  
citur concessio, ergo dicitur approba-  
ta, t. quia si apparet nullitas contra-  
etus ex sui facie ecclesia producendo  
non potest approbare id quod nullum  
est, & cuius cōsensus non est potens ad  
inducendum validitatem per claram  
decis. Bal. in l. alia col. 2. ibi si autem  
coufiteor testamentum C. de his qui-  
bus, vt indig. vt sic si oculo veritatis  
hæc causa inspiciatur, non potest ali-  
ter decidi, & recordentur Dñi Iudi-  
cates q̄ similis causa fuit inter quond.  
Abbatem Carratam, cum Comite San-  
cti Angeli super territorio Sexani, &  
videns Dñs Prorex cōcessionem fa-  
ctam pro vna vncia erant elapsi anni  
fere centum, & quod votabatur con-  
tra Comitē pro interesse Dñis Suessē  
rogauit Abbatem, vt in se cōpromitteret,  
quia ipse onus sumebat habere  
assensum Papæ, qui Abbas compulsus  
à Dño Federico fratre, vt complacere-  
ret Vice Regi fecit compromissum, &  
ipse Prorex declarauit, quod census  
augeretur in duçatis tricentū annuis,  
& q̄ solueret ducatos duos mille pro  
fructibus, & tunc quæ nunc obijciun-  
tur, discussa fuerunt.

Ioannes Angelus Pisanellus.

- 1 *Prælati non debent esse insati-  
biles, vt reducto fundo sterili  
ad culturam augeatur census.*
- 2 *Si probatur solutio census, præ-  
sumitur ex titulo præcedenti, de  
quo apparet, tali enim solutio  
declarat præcedentia.*
- 3 *Transumptatio instrumeti an-  
tiqui, quando probet, & an re-  
quiratur partis citatio?*
- 4 *Officialis tenetur iustitiam mi-  
nistrire pro debito officij, nec  
aliud præmium consequi debet.*
- 5 *Non iuuat præscriptio imme-  
morabilis, vel centenaria, dum  
constat de tit. vitiioso, vel inua-  
ndo.*
- 6 *In alienandis rebus ecclesiasti-  
cis duo necessaria requiruntur:  
s. forma, id est solennitas, &  
iusta causa alienandi, & sic nō  
sufficit virilitas, & necessitas ec-  
clesiae restitutio in integrum nō  
regulatur quadriennio, ubi est  
enormissima lesio.*
- 7 *Satis dicitur petita restitutio in  
integrum in libello, dum nar-  
ratur factum, ex quo restitu-  
tio debetur per clausulam, omni  
meliori modo, & c. cum nu. 8.*

Alle-

## ALLEGATIO 33.

**T**ractat de eadem re prout in duabus præcedentibus allegationibus.



Ostquam territorium, de quo agitur, doctum est à sui origine, fuisse ecclesiæ, & eiusdē qualitatis, imo melioris q̄ sit ad presens non potest dici, quod sit natura infatiabilis Prælati, reducto fundo sterili ad augmentum, quod petat melius augmentum census, vt quandoq; considerarunt ll. & docto. in tanto tit. C. de omni agro deserto. Nec hoc pars aduersa negare potest, postquam ipsamet fatetur in 8. 9. & 10. articulis suis, quod semper fuit solutus census ecclesiæ vnius augustalis, ex qua solutione ego infero duo.

Primum, quod satis dicitur fateri ecclesiam fuisse & esse proprietariam, & quod habuit ab ecclesia, ista sunt verba notabilia Bal. in l. iudicia, vers. secundum exemplum C. de rei vendic: Cuius opinionem ne dum respectu soluentis, sed tertij ampliat. Rom. In consil. 127. incip. posito, quod dñum.

Secundum infero, quod postquam in l. concessionē, quæ pñtata est, reseruatur census augustalis, oportet in iuris dentibus dicere, quod pars aduersa possideat virtute illius tituli de

2 Augustali loquenti † l. quædam mulier vbi Docto. ff. de rei vendicat. & in l. 2. C. de acquir. possess. talis enim solutio declarat antecedentiā, vt per multa iura consuluit Bar. in consil. 59. Communi spoleti col. 2. & sic cum apparet veritas tituli, & quomodo ad antecessores moderni Comitis territorium peruenit, cessare habet omnis allegata præsumptio antiquitatis, istam illationem facit Abb. in consil. 61. incip. in causa, & quæst. col. fin. versic. item antiquitas vol. 1.

Et sic potest inferri tertium, quod sit corroborata fides instrumenti, quā uis exemplati non citato Archiepisco po, postquam territorium de quo agitur nominatur in instrumento. Item specificatur solutio facienda de augustali, & nūc acceptatur quod augustale fuit solutum semper ipsi ecclesiæ per ea quæ supra allegauit, & iam appareat, quod ipsa exemplatio fuit facta petente successore Dñi Bartholomei primi concessarij pro suo interesse, & sic erat iusta causa, & cum auctoritate Iudicis., vt prædicta considerat Socc. in consil. 194. col. pen. vers. ex quo non appareat vol. 2.

Nec tunc pars aduersa potest abijce re † quod Archiepiscopus non fuit vocatus in trāsumptione postquam ecclesia est illa, quæ vtitur tali instrumento, nam licet non fuisset vocata vtendo nunc, statur tali transūptationi, ita est particularis decisio Rotæ 264. incip. licet secundum conclusiōnem sub vers. de fide instrum. in nouis, quam magnificat Purpur. in Auth. si quis in aliquo col. 3. vers. non olim ita C. de æden. & corroborando vnum fundamentum factum de causa expressa recuperationis opera Domini Bartholomei iam nota erat, & nūc scripta videmus de auctoritate, & potentia Domini Bartholomei ita, quod ipse erat, qui iustitiam ministrabat, & solo verbo suo Reges Carolus Secundus, & Rex Robertus stabant. Vidi etiam in libro, qui est penes eximiu Frecciam vnam prouisionem, per quam Rex Carolus magnificendo auctoritatem Domini Bartholomei mandauit ei soli credi, dū tractaretur de copia cuiusdam priuilegij, cuius originale viderat Dominus Bartholomeus, si igitur iustitia erat in sui potestate, & Franciscus Pandonus erat suus Nepos, vt vidi in testamento Domini Bartholomei; te. 4 nebatur † ratione officij iustitiam ministrare, & nullum premium consequi debebat; Ita in spetie infert Bal. per illum tex. in l. 3. §. vtrū ff. ad fille, facit tex.

tex. vbi Doctor. in l. 3. §. si tibi ss. de condit. obtur. causā, vt sic à suis princ. fuerit titulus vitiosus, & invalidus, quod casu. sucedit singularis. decisio Paul. de Castr. in cons. 424. incip. ex punto transmissō col. 2. vers. nec obstat vol. 2. in antiqua stampa, vbi voluit & quod nō iuuet præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, quando producitur titulus vitiosus, & invalidus, seu quando aliter apparet de initio vitioso, cuius opinionem sequitur comprobando Aym. Cra. in tract. de antiqu. temp. in 4. parte in §. absolutis differentijs nū. 60. vers. 2. pro hoc videtur, & sic decursu tanti temporis non puto curandum; cum igitur apparet causa motiuā concessionis, quæ de se non erat legitima & nam duo copulatiue requiriabantur, videlicet forma id est follemnitas, & iusta causa alienandi, & sic quod affuerit utilitas, & necessitas ecclesiæ alias concessio fuit nulla, vt late consuluit Dyn. in consil. 162. ad quod me remitto; inspesto igitur instrumento nec forma, nec iusta causa, aut utilitas, aut necessitas affuerunt, immo probatur ex eo totum contrarium, sequitur quod antiquitas temporis nihil opitulatur. Ita multis relatis nouissime firmat Aym. Crau. in consil. 134. col. 8. vers. pro hoc. Ex quibus infertur illatio, quod in specie territorio prout erat tempore concessio- nis, & modica penitentia restituit emi- nentissimum damnum, & enormissima læsio, quo casu & restitutio in integrum non regulatur quadriennio, sed perpetuo, secundum Ant. de Butr. & Imo. in cap. 1. de restit. in integr. & pluribus relatis firmat Hieronimus Gratus in responso 143. col. 1. in 2. lib. responsor.

Et si dicatur quod hæc restitutio non fuit petita, aduertatur quia in supplicatione narratur concessio, concluditur in nullitate eius, & in enormissima, & evidentissima læsione ecclesiæ, & fuit petitum condemnari Co-

mitem ad restituendum cum clausula omni meliori modo & ecclesiarū ex poscente fauore, & demum in articulis ecclesiæ id deditur, & patet ab art. 10. & sic fuit narratum factum, ex quo resultat ipsa restitutio satis hoc videtur petitum absq; alia conclusio ex p̄ssā, vt declarat Bar. in l. 1. vers. quæro quid si non dico ss. de except. & præcipue in illis verbis omni meliori modo ecclesiarum exposcente fauore per ea, quæ de ista clausula posuit Par. in sind. in verbo aut dictum c. detestantes col. 4. car. mihi 97. & ad hoc facit elegās decisio glos. vbi Ant. de Butr. in c. constitutus in verbo iusta ratione de relig. domib. vbi voluit, quod si quis petit rem restitui, & ad restitutionem illius rei obtinēda erat necesse primo rescindere contractum, cuius occasione reus tenebat rem, satis dicitur petere rescissionem petendo rem, inferens quod si minor tanquam laesus in contractu venditionis petat rem, quam vendidit, & tradidat sibi restitui, satis videtur petere per restitutionem in integrum rescindi contractum, sequitur Alex. in rub. c. qui admitti, & secundum hanc opinionem consuluit Dec. in consil. 146. col. 3. vers. 2. dum acceptavit, & hæc pronunc occurunt.

*Ioannes Angelus Pisanellus.*

#### A D D I T I O N E S.

**A**d numerum quintum quod non iuuet præscriptio tanti temporis cuius non extet memoria hominum in contrarium, quando producitur titulus vitiosus, & invalidus, ultra allegata per meum Auum hic firmat Dec. in auth. si quis in aliquo docu- mento in 7. fallen. C. de edendo Vincentius de Franch. decis. 166. num. 7.

Ad numerum sextum ibi, nam duo copulatiue requiruntur; Vide quæ addidi ad allegationem trigesimam primam quæ hic repetas.

*Abb. Io. Hier. de Mauro.*


S V M.

## SVMMARIVM.

- 1 Ecclesia, & successor in ecclesia tenetur soluere debita cōtracta per defunctum Pr̄elatum, pro substantatione, & victu ipsius.
- 2 Creditor potest agere contra nomen debitoris sui dēbitoris.
- 3 Et si exegit datur sibi retentio.
- 4 Pr̄elatus potest vivere de bonis ecclesie, & patrimonialia sibi retinere, & augere.
- 5 Si creditor succedit debitori, an & quando dicantur confuse vel extinctae actiones?
- 6 In beneficijs existentibus ad Collateralem Regis, collector Apostolicus, non habet aliquod ius pro Spolijs.

## ALLEGATIO 34.

**E**cclēsia, & successor in Ecclesia tenetur soluere debita cōtracta per defunctum Pr̄elatum, pro substantatione, & victu ipsius.



N causa Magnif. Petri Coscolini tāquam Procuratoris Magnif. Barnabe Garziæ cum Magnif. Bernardo Morera, ac Reuer. Commiss. seu Collectore spoliorum Cameræ Apostolicae super petitione certæ quantitatis pecuniaæ, tanquam de asserti spolij quondam Reu. Nicolai Garzie olim Abbatis Sancti Petri ad Curtim de Ciuitate Salerni, & alijs, vt ex processu, & actis.

Subtinendo parte d. Magn. Petri quo supra nomine dico per Magnam

Curiā Vicariæ male fuisse iudicatū, & pecuniam ipsam legitime fuisse solutam d. Magn. Petro, tanquam procuratori d. Magn. Garziæ creditoria d. Abbatis Nicolai ex infra scriptis, & signanter quia in causa appellationis fuit legitimæ probatum per d. Magn. Petrum, quod dum pr̄dictus Abbas Nicolaus venisset ad hanc Ciuitatem Neapolis tempore aduentus suæ Ces. Majestatis quo tempore fructus d. Abbatiz reperiebantur affictati cuidam fratri d. Bernardi, qui tenebatur ratione dicti affictus soluere d. Abbatii Nicolao magnam quantitatem pecuniaæ, & dum dictus Abbas pecuniam affictus d. suæ Abbatiz habere non potuisset, oportuit pro sui substantatione, & victu, accipere pecuniam introitum d. Magn. Garziæ sui fratris taliter quod effectus fuit debitor dicti sui fratris pro substantatione, & victu ipsius Abbatis, & sic debitum pr̄dictum censetur contractum pro necessitate ecclesiæ t ex quo ecclesia tenebatur ipsum alere, & propterea ad ipsius solutionem ecclesia pr̄dicta tenetur ita punctualiter tenuit Abb. in c. 1. 1. col. extra de solut. qui dixit, quod ecclesia, & consequenter successor in ecclesia tenetur soluere omnia debita contracta per pr̄decessorem pro necessitate ecclesiæ. ac etiam debita cōtracta pro substantatione Pr̄lati defuncti tanquam contracta pro necessitate ecclesiæ quæ tenebatur ipsum pr̄elatum alere dicens pluries ita de iure respondisse in istis rectibus ecclesiæ qui multa debita contrahunt in eorum infirmitate, ex qua dedicunt, nam successor tenetur ea soluere, idem notat Io. Andr. in c. cum in officijs col. 2. in fine cum sequenti de testam. & expresse notat Abb. in c. ex pr̄äsentium 1. col. extra de pigno. qui dixit, quod si pr̄elatus contraxit debita pro sua necessitate corporali, tenetur successor in ecclesia dicta debita soluerē tanquam contracta pro necessitate ecclesiæ, quæ tenebatur

batur eum alere, & idem Abb. in cap. quod quibusdam in 3. col. de fideiussor. Cum autem d. Bernardus fuerit debitor tam d. Ecclesiæ Sancti Petri, quam dicto Abbatii nomine ecclesiæ per notata per Doctor. maxime Philip. Franc. in cap. præsentium de testib. in 6. qui dixit, quod licet Ecclesia habeat directas actiones, Prælatus tamen habet viles actiones in rebus pertinentibus, & pertinentis ab ecclesia sicut erat debitum d. Bernardi, qui tenebatur ratione affictus bonorum Ecclesiæ, & Prælatus pro talibus potest agere tam nomine suo, quam nomine Ecclesiæ, ut probatur in cap. olim el primo de restit. spol. & notant Doctor. maxime Io. Andr. in cap. ex literis de probatione. & in cap. edoceri de rescript. sequitur quod d. Magnif. Petrus tanquam procurator Magnifici Garziæ creditoris, tam ecclesiæ prædictæ Sancti Petri, quam d. Abbatis Nicolai, potuit agere contra d. Bernardum debitorem d. ecclesiæ debitricis & per tex. & ibi hoc notat Bar. in l. nomen C. quæ res pign. oblig. possunt, & notant Bar. & Docto. in l. si conuenerint la 2. ff. de pignor. acti. notant Docto. in l. 3. C. de notiat. & per Doct. in l. facta s. si hæres ff. ad Trebell.

Et quia ipse Magn. Petrus quo supra nomine egit contra d. debitorem ecclesiæ debitricis, & sibi pecunia debita fuit soluta, potest vti retentione ipsius pecunie contra Cameram Apostolicam petentem eandem pecuniam nomine d. ecclesiæ per notata per Bar. 3. & Doctor. in l. si non sortem s. si centum ff. de condit. indeb. & eidem collectori agenti obstitit, & obstat exceptio, dolo facis petere quod restiturus es l. dolo cum vulgar. & ad prædicta accedat, quod quamvis Camera Apostolica prætendat habere pecuniam remansam, ac bona remansia post mortem Abbatis tāquam spolia d. Abbatis, attamen illa debet ha-

bere solutis prius debitibus ad quæ tenetur ecclesia, vel successor in eadem ecclesia. Ita punctualiter probat tex. in cap. præsenti s. porro de offic. ordin. in 6. & ibi hoc notat Philip. Fran. in princ. sed ad dicta debita contraria per d. Abbatem pro suo vietu, tenetur ecclesia, & successor in ea per d. cap. primum de solut. & ibi Abb. & cæteri propterea nec d. Collector debet audiri, nec d. Bernardus qui erat debitor, & soluere tenebatur, ex quo soluit legitimo creditori ecclesiæ per supradicta.

Nec obstat, si ex aduerso diceretur quod d. Abbas Nicolaus si non potuit d. pecuniam affictus exigere à d. Bernardo, debebat viuere de certis bonis ipsius, & non contrahere debita, & ecclesiam obligare, nam licet in processu aliter non appareat ipsum Abbatem habuisse alia bona patrimonialia; attamen, quando appareret & poterat viuere de bonis ecclesiæ, ac patrimonialia retinere. Ita punctualiter dixit, Innoc. in c. Episcopus de preben. & idem tenuit Ioannes de Ligua in clem. gratiæ de rescript.

Nec similiter obstat, si dicatur qd debitum prædictum fuit extinctum per confusionem & actionum, ex quo d. Magn. Garzia successit d. Abbatii Nicolao eius fratri debitori per tex. in l. debitori, & ibi hoc notant Doct. C. de pact. nam in casu de quo agitur nullatenus tractari potest de confusione actionis, primo quia tex. in d. l. debitori, & cætera iura de hoc loquentia, loquuntur, quando creditor successit debitori, & non potest esse debitor, & creditor ideo actiones confunduntur ex legis dispositione, sed in casu de quo agitur d. Abbas erat debitor tanquam Abbas & Rector ecclesiæ, ac nomine ecclesiæ, & eo mortuo, ecclesia remanet debitrix sola, seu successor in eadem ecclesia, & hæredes d. Abbatis nō tenetur in aliquo ad dictū debitū, ita punctualiter tenuit Abb. in d. cap. ex præsentium

## ALLEGATIONVM

in 2. notab. de pigno. qui dixit quod vbi Ecclesia erat potens substantare Prælatum à principio, quod dictus Prælatus acceptauit d. Ecclesiam, & Prælatus cōtraxit debita pro sui substantiā, eo mortuo, ecclesia sola remanet debi trix & hæredes prælati mortui non tenentur in aliquo ad dicta debita. Stante ergo quod hæredes d. Abbatis non tenentur ad d. debitum, sed ecclesia ideo non potest dici debitum prædictum; & actiones ad illud fuisse confusaſ.

Et dato, non tamē concessō, quod viuente Abbatē, ipse Abbas fuerit debitor dicti Garziæ, attamen pro eodem debito erat etiam obligata ecclesia, ex quo pro sui necessitate debitum erat contractum, & sic tam ecclesia, quam dictus Abbas, erant obligati ad dictum debitum quilibet ipsorum in solidum, Abbas tanquam recipiens, & ecclesia pro cuius necessitate erat debitum contractum. Ita quod dicto Garziæ creditori poterat, & debebat satisfieri de redditibus & fructibus ecclesiæ, ita est iex. in c. 2, extra de fideiuss. & ibi per Doct. sequitur ergo quod d. Abbas, & ecclesia erant ad idem debitum obligati in solidum, ex quo à quolibet debitum prædictum poterat in solidum peti, & Abbatē soluente liberatur ecclesia, & similiter si ecclesia soluisset fuisse Abbas liberatus, & propterea cōsebanatur tanquam duō Rei, per ea quæ nō tantar dixit Bar. in authen. hoc ita col. 9. vers. quæro, qui sunt illi C. de duob. reis qui dixit, quod vbi duo in solidum debet vni cōdem summam, vere, vel si cōte ex eadem causa, dicuntur duo rei debendi, & idem notat Bar. in l. si vel certo s. si duobus vehiculum col. 2. vers. item oppono ff. comod. & idem Bar, in l. fin, prope finem ff. de duob. reis sed vbi creditor succedit vni ex reis debendi, actiones non sunt confuse respectu alterius rei, cui creditor non successit, sed ille remanent saluæ contra eum, ita est

formalis tex. in l. vranius, & ibi hoc notat Bar. per illum tex. ff. de fideiuss. propstera in catu de quo agitur cēsat confusio actionum, & ideo iure licito potuit dictus Magn. Garzia, seu eius procurator pecuniam sibi debitam exigere à dicto debitore ecclesiæ prædictæ, & eam exactam retinere per supradicta.

Et ad prædicta accedat, quod dicta Ecclesia, & Abbatia fuit, & est ab antiquo, & antiquissimo tempore ad collationem Regiæ Curiæ, seu alterius laici, † cui Regia Curia ius conferendi ipsam Ecclesiam cessit, quo casu in beneficijs existentibus ad collationem Regis, collector Apostoli. cuſ non habet aliquod ius pro spolijs, & ita diutius fuit obseruatum, & obseruantur, prout plene in processu fuit probatum. Ex quibus, & alijs que dici possent d. Magn. Petrus est absolvendus ab imputatione dictorum agentium. Cætera suppleant Excelentes & Magnific. Domini Consiliaři iuxta titulum, vt quæ defunt adiūciantur,

## ADDITIONES.

**A**d totam hanc allegationem trigesimam quartam, ultra scripta per Marcellum de Mauro meum genitorem in allegat. s. 4. nu. 2. Addo q̄ spolia quæ debentur Reuer. Cameræ Apoliticæ ob obitum Prælatorū debentur deductis tamē prius erz alieno, & debitibus quibus alias minime satisfieri posset, Rodericus in summa, parte 2. c. 34. conclus. 4. Ioannes Gutierez lib. 2. prædicarum questionum c. 94. in fin. & in dubio bona quæ Prælatus habet, an censeantur acquisita ex redditibus ecclesiæ, & post obtemporā dignitatem, & an ex propria persona, & intuitu persone præter Doctores in c. 3. de pecul. cleric. & alios videnti sunt Andreas Barbatius in tractatu de præstantia Cardinalium parte 1. q. 3. Berthachinus in tractatu de Episcopo lib. 4. parte 4. nu. 6. Didacum Couarruuiam in c. 1. nu. 6. de testamentis, Iul. Clar. lib. 3. Receptarum sententiarum questione 27. nu. 3. Mascarum in tractatu de probationibus conclus. 202. Menochium in tractatu

statu de præsumptionibus lib. 3. præsumptione 53. & Molinam in tractatu de Iustitia & iure & in disputatione 147. in fine, & ubi constat quod redditus ecclesie vix sufficiebant ad alimenta Prælati, & quod Prælatus habebat alia bona patrimonialia abundantia semper bona quæ reperta fuerunt tempore obitus non habentia signum ecclesie præsumuntur potius quæ sita ex bonis patrimonialibus prælati, quam ecclesie. Rota Romana, quæ alias allegat de eis. 582. diuers. par. 3. lib. 3. quæ nota.

*Abb. Io. Hier. de Mauro.*

## S V M M A R I V M .

- 1 Spoliatus debet interim restituiri & deinde litigare super petitorio, etiam in feudalibus.
- 2 Probata possessione feudi cum seruitio per annos 30. præsumitur inuestitura.
- 3 Si quis longo tempore possedit beneficium ecclesiasticum, præsumitur legitime inuestitus.
- 4 Feuda quaternata quando dicatur, vel præsumantur.
- 5 An quod est intra fines feudi, præsumatur feudale.
- 6 Feuda aliquando quaternata per spatium 30. annorum, mutant naturam, & fiunt rusticæ.
- 7 Spolium probatur ex antiquiori possessione.

## ALLEGATIO 35.

**M**ulta in materia spolij commissi per Baronem.



Voniam Magnif. Iulia Aurelia Mezarona egit contra Excellentem Comitem Sanctæ Seuerine super spolio territorialium in processu deductorum, ac restitutione possessionis ipsorum vna cum fructibus, ut ex supplicatione & comparitionibus ipsius clare apparet, puto non esse dubitandum, quin ipse Dñus Comes debeat condemnari ad restituendum d. territorium petitum feudale dictæ Aureliæ agenti stante spolio commisso per d. Dñum Comitem in personam d. Aureliæ, nō obstantibus prætensis per d. Dñum Comitem, & signanter, quod in concessione dictorum territorium facta per quondam Excellentem Comitem Andream, nō interuenit assensus Regius, & ipsa enim Iulia Aurelia spoliata debet ante omnia restitui, nec cogitur demonstrare iura dictorum territorialium feudalium in hoc iudicio restitutionis possessionis. Ita punctualiter tenuit Andr. de Iser. in c. imperiale 9. illud col. 4. vers. sed an vaxallus debeat ostendere Dño iura sui feudi, de prohib. feu. alien. per Feder. qui post multa concludit, quod qn Dñus spoliauit vaxallum possessione feudi de facto tenetur ipsum feendum, seu illius possessionem restituere: nec tenetur ipse vaxallus demonstrare, quo iure tenebat feendum ipsum iuxta tex. in l. cogi C. de petit. hæred. Idem expresse tenuit Luc. de Penn. in l. 2. col. 2. in princ. vers. quid autem si quis inueniatur C. de fund. limitr. lib. 11. & in specie notat Innoc. in c. veniens extra de fil. præsbit. qui dixit quod spoliatus est restitueñ. antequam cognoscatur de Canonico ingressu, allegat cap. notum 2. q. 1. & c. in literis de restit. spolia. & c. item cū quis, pro quo optime deseruit tex. in c. 1. 9. si vero vaxallus de milite vaxall. qui contumax est, vbi si vaxallus cõqueritur de Dño, quod feendum malo ordine intravit,

curia debet Dñum cogere, vt vassallo possessionem feudi restituat.

Fortificantur prædicta, nam d. Iulia Aurelia in processu benè demonstrauit quod dicta territoria in processu deduēta alias fuerunt cōcessa quondam Ioanni Mezarona eius patri, & post eius mortem ipsa tanquam filia d. Ioannis fuit inuestita de dictis territorijs, & q̄ tam d. Ioannes quam ipsa post mortem d. Ioannis ipsa territoria tanquam feudalia tenuerunt, & possederunt, non solum per a nos 30. sed plures, & pro eisdem seruitia præstiterunt Comitali Curiæ, & Adhoas soluerunt per d. tempus, vt ex inuestitris, & apodixis solutionum plenè demonstratur. † Quibusstantibus ipsa, & d. eius pater præsumuntur legitime inuestiti de feudis ipsis, ita probat tex. in c. i. §. si quis per triginta, si de feu. fuer. contr. & ibi Andr. de Iser. dicit, quod dicens se inuestitum de feudo, si probat præstationem seruitij per d. tempus, præsumitur legitime inuestitus, nec hoc est præscriptio contra feudum, ex quo per præstationem seruitij tanto tempore vel solutionem adohæ, præsumitur legitime inuestitum factam fuisse, & ibi per eum. Idem tenuit Andr. in c. i. §. quidam in princ. de feudo dato in vicem legis commissio. vbi tenet, quod ex præstatione seruitij per d. tempus quis præsumitur legitime inuestitus de feudo, & idem Andr. in c. i. §. si vero fuerit de contr. inuest. Quod etiam tenuit Bar. & ibi Ioannes de Plat. in l. litibus in princ. C. de agric. & censi. li. 11. & plene Fely. in c. cum Bertoldus col. 14. versic. & dicit Bal. extra de re iudi. sequitur Alex. cons. 124. incip. super primo quæsito 4. vol. & idem Alex. cons. 136. incip. viso, & examinato, processu col. 3. vers. præmitto feendum acquiratur vassallo 1. vol. & in specie tenuit Aff. decis. 324. incip. agitur causa in S. Cons. qui dicit fuisse votatum, quod ecclesia quæ egit possessorio recuperande pro certo feudo con-

tra certum nobilem, & probauit possessionem d. feudi, restituenda erat in possessione d. feudi stante d. possessione 30. annorum, per quam præsumitur legitime inuestita de feudo, nec cogebatur aliter demonstrare de iuribus d. feudi, vt ibi per eum.

3 Optime † ad hoc deseruit, nam licet ecclesiasticum beneficium sine canonica institutione obtinere vel possideri non posset, Attamen si quis longo tempore possedit beneficium ecclesiasticum præsumitur ab Episcopo legitimæ inuestitus, ita punctualiter tenuit Bal. in l. qui in aliena vers. sed si non adierit ff. de acqui. hered. quem ibi sequitur Alex. Idem expresse tenuit Abb. & plenius Fely. in c. illud col. 3. vers. nota primo extra de præsumpt. & expresse idem Abb. in c. licet Hely. penul. & fin. col. extra de simon. & plene idem Abb. in c. in literis col. 5. vers. item dic extra de restit. spoliat. & idem tenuit Ludou. conf. 499. incip. in præmissa.

Nec obstat illud quod ex aduerso allegatur videlicet, quod dicta territoria quæ petuntur per ipsam Iuliam Aureliam, sunt de feudo S. Stephani, & de feudo Sancti Leonis quæ fuerūt, & sunt feuda quaternata, & consequenter per d. Dñum Comitem Andream, concedi non potuerunt, maxime sine assensu Regio, nam quamvis

4 † in inuestitura ipsorum territoriorū dicatur quod ipsa sunt in tenimentis Sancti Stephani & Sancti Leonis, non sequitur, quod dicta territoria sint de dictis feudis, & sint feuda quaternata, prout sunt dicta feuda Sancti Stephani, & Sancti Leonis, sed sunt feuda de per se, stante maxime quia d. territoria fuerunt possessa tam per d. Ioannem patrem dictæ Iuliæ tanquam feuda de per se, & successiue per ipsam Iuliam per annos 30. & plus, quo casu licet feuda Sancti Stephani, & Sancti Leonis fuerint, & sint feuda quaternata, nō sequitur quod d. territoria sint quaternata, ita punctualiter tenuit tenuit

tenuit Andr. in cap. primo in verbo si vero probare non poterit de contro. inuestit. qui dixit, quod si probatur quod portio feudi quam possideo, est paterna, non sequitur quod totum feudum fuerit paternum, quia potuit dari patri meo, & alijs cui non successit Pater meus, & ideo ista non est plena probatio, nec violenta præsumptio, nam qui acquirit vnam rem, potest eam acquirere ex diuersis causis, & iuribus allegat pro exemplo I. hic queritur I. potest de pecul. & dicit Andr. in c. 1. in verbo quidam tamen, in addit. de contr. inter masc. & femi. de benef. quod semper inspicitur an quis fuerit in possessione tenendi rem tanquam feudalē, vel tanquam allodium, vt talis præsumuntur res, qualiter fuerit possessa; & sic cum dicta territoria per tantum tempus fuerunt possessa per patrem d. Iuliæ, & successore per ipsam tanquam feuda de per se, non potest dici, quod ipsa sint de feudis Sancti Stephani, & Sancti Leonis & consequenter quaternata.

Nec obstat quod ipsa territoria fuerint, & sint in tenimento dictorum feudorum Sancti Stephani, & Sancti Leonis, nā quāuis + regulariter illud quod est intra fines præsumitur esse de finibus, & illius cuius sunt fines, prout tenuit Bal. in rubr. C. de contrahen. empt. vers. vigesimo secundo quæro. Nam prædicta procedunt respectu iurisdictionis vniuersalis, non autem respectu dñij, vt res sita intra fines præsumantur illius cuius sunt fines, ita punctualiter tenuit Hostien. quem ibi sequitur Abb. & cæteri in c. si diligenti extra de præscript. dicentes, quod Comites, & Dñi temporales fundant suam intentionem de iure communi quo ad res sitas infra limites suæ terræ respectu iurisdictionis, non autem respectu proprietatis rerum, & bonorum infra limites existentes, idem notat Io. Andr. in c. fin. de offic. Archid. ad quod accedat nota. per glos. in l. Barbarius in glo. pe-

nu. in fin. ff. de offic. preto. quæ dicit, quod licet omnia præsumantur esse Principis, hoc tamen intelligitur quo ad protectionem, non autem respectu dñij, & idem tenuit Bar. in l. constit. ffrum in l. omnē, & plene Socc. cons. 29. in 3. col. vers. aliquando, & secundo vol. 2. qui respondendo ad dicta per Bal in d. rubr. C. de contrah. empt. dicit illud procedere in prædijs priuatorum, in quibns designantur fines; tūc enim quicquid est intra fines, præsumitur de finibus, secus tamen est in Dño vniuersali terræ vel loci, sicut est Rex, vt ibi per eum, siccq; quamvis d. territoria fuerint sita infra fines Sancti Stephani, & Sancti Leonis, non sequitur quod feudatarij dictorum feudorum S. Stephani, & S. Leonis fuerint Domini dictorum territoriorum de quibus agitur, maxime quia dicta territoria non fuerunt possessa per Barones feudorum S. Stephani, & S. Leonis, sed per d. Ioannem, & successore per ipsam Iuliam, Aureliam, ita quod d. Dominus Comes, Dñus dictorum feudorum Sancti Stephani, & Sancti Leonis, qui dicit dicta territoria fuisse sua tāquam de dictis feudis, debuit hoc probare, ita est tex. & ibi Andr. & cæteri in c. l. l. 1. de controu. inuest. qui dixit, quod vassallo tenenti feendum, si Dñus dicat ipsum ad se pertinere, debet hoc probare, alias pro vassallo possidente præsumitur, & idem probat tex. in c. si quis per triginta superius allegatus.

Et dato, non tamen concessso, quod à princ. d. territoria fuissent de dictis feudis S. Stephani, & S. Leonis, prout non fuerunt, nec aliter demonstratur legitimè, attamen ipsa territoria quæ fuerunt possessa per d. Ioannem, & successore per dictā Iuliam per annos 30. & plus tanquam feuda de per se separata à dictis feudis S. Stephani, & S. Leonis, & tanquam feuda rustica, non possunt dici ulterius feudu quaternatum. Ex quo + per tantum tempus l. triginta annorum mutauerunt natu.

## ALLEGATIONVM

naturam, & effecta fuerunt feudum rusticū, ita punctualiter tenuit Andr. de Iser, in c. i. §. ille tamen sū. col. de controv. feud. apud pares. termi. qui dixit, quod si res burgensatīca vel al- lodialis permanēt tanquam feudalīs per annos 30. mutat naturam, & effi- citur feudalīs, & res afficitur tali con- ditione, per tantum tempus, nam, & persona per tantum tempus afficer- tur seruitute l. eum qui C. de fund. rei priuat. lib. i i. & idem tenuit Andr. in c. si quis per triginta col. 2. si de feud. fuerit controv. & idem tenuit idem Andr. in cap. i. §. si vero contigerit de pace iuramento firma, & propterea dixit idem Andr. in c. imperialem §. præterea ducatus col. 3. de prohib. feud. alien. per Feder. quod si feudum in quo antiquitus solitum fuerat suc- cedi iure Longobardorum fuerit pos- sessum per primogenitū morientis tanquam feudum francum per annos 30. viuentibus alijs fratribus qui pa- terant succedere, & non contradicen- tibus mutauit naturam, & de Longo- bardo effectum fuit francum. Nam si personæ conditio tanto tempore mu- tatur, quia si quis per 30. annos per- mansit tanquam Colonus, presumpitur in eo ius Colonizæ, ita quod efficitur perpetuus Colonus ipse, & filij eius, multo magis mutatur natura rei fe- cūdum eum ibi in 4. col. in addit. quia ergo per dictum tempus annorum 30 & plus dicta territoria fuerūt possessa per d. Ioannem, & successiue per d. Iuliām tanquam feuda de per se, viden- tibus, & non solum permittentibus Comitibus d. Ciuitatis Sanctæ Seue- rinæ, sed etiam ipsi receperunt rele- uium & adhoas, ac seruitia predictis Terris tanquam feuda de per se; esto quod ipsa territoria fuissent pars di- storum feudorum Sancti Stephani & Sancti Leonis, Attamen dicta terri- toria effecta fuerunt feuda de per se, ita probat tex. in c. i. §. item si fuerint duo fratres quib. mod. feud. ammitt. & idem s. quod pars feudi dicitur feu-

dum tenuit Andr. in c. i. §. de manso in fi. de controv. inuest. sicut dicimus, quod pars fundi fundus est l. plane §. fin. ff. de leg. i. l. locus de verb. signif. l. quod in rerum §. fin. eod. tit. & bonus tex. in l. dotale ff. de fund. dota. Et sic ex dicto cursu temporis dicta territo- ria effecta fuerunt feudum de per se, & mutauerunt naturam, nec obstat, q. d. Dñus Comes possederit dicta ter- ritoria ab annis viginti quia per testes ipsius Iuliz clare demonstratur de an- tiquiori possessione dictorum territo- riorum habita per dictum Ioannē ip- sius Iuliz patrem, & successiue per ipsam Iuliam, quo casu, stante dicta f. antiquiori possessione d. Iuliz & sui Patris, & quod de præsenti possiden- tur per modernum Comitem re ipsa est probatum spolium, ita punctualiter tenuit Bal. in l. pen. col. fin. vers. & nota quod ille qui turbatur C. si à note competenti Iudi. qui dixit, quod si agens asserat se spoliatum, & probat antiquiorem possessionem habuisse, & quod de præsenti ipsam habeat ad- uersarius, tunc eo ipso est probatum spolium quod etiam tenuit Alex. col. 6. col. 3. vers. circa secundum principa- le dubium in 3. vol. & idem Alex. col. 199. incip. viso, & discussio processu col. i. vers. præterea in dubio vol. 2. & tenuit Philip. Dec. cons. 136. incip. in causa Reuer. in fine 1. vol. Idem Dec. cons. 57. col. 3. vers. & sic ex omnibus supradictis eodem 1. vol. qui dicit hoc procedere etiam in remedio C. rein- tegranda 3. q. i. maxime quia d. Iulia Aurelia in eius supplicatione dixit, se fuisse spoliatam à d. Dño Comite, sunt anni viginti, vel circa, ex quibus vide- tur posse recte concludi, quod d. Dñus Comes debeat condemnari ad restituendum dicta territoria ipsi Iuliz, vna cum fructibus perceptis, & ita mihi de iure videtur saluo saniori iudicio Sacri Consilij, et Magnif. causæ Commissarij.

ADDI:

## ADDITTONES.

**N**umero primo & per totam, quod hæc Iulia Aurelia spoliata feudo per Comitem Sanctæ Seuerinæ, debet ante omnia restituui. Ultra allegata hic per meum Auum; Addo quod licet feudum non possit alienari sine assensu, potest tamen possideri sine assensu. Ita dixit Andr. in c. imperialem s. illud col. 4. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi multis medijs hoc firmat, & ideo cum feudi possessio possit sine assensu transferriri ad hanc, debet restituui spoliatus ante omnia, & postea tractetur de petitorio, sic firmat multis authoritatibus, & medijs Io. Vinc. de Anna in sua allegat. 1. num. 29. vsq; ad finem, & sic dicit fuisse bis decisum suo tempore in Reg. Cam. Summ. Idem dicit in allegat. 84. nu. 2. & in allegat. 120. nu. 4. & in allegat. 144. nu. 4.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Priuilegium Ciuitati concessum extenditur ad villas, et casalia.*
- 2 *Ex solo Principis priuilegio transfertur dominium, et possessio.*
- 3 *Per usum priuilegij in una parte territorij conservatur priuilegium in toto territorio.*
- 4 *Qualitas debet probari per eum qui se fundat in dicta qualitate*
- 5 *Magis creditur duobus testibus probantibus affirmatiuam quam decem negantiibus.*

## ALLEGATIO 36.

**M**ulta in materia priuilegij prout in numeris,



Voniam per priuilegia retro Regū huius Regni in processu praesentata apparet quod ipsi incliti Reges concesse- runt Magnif. Ciuitati Auersæ Gabellam, seu

datum vini, non videtur posse rationabiliter dubitari quod dictum priuilegium Ciuitati concessum extendatur ad Villas, & Casalia, et ac Comitatetes ipsius Ciuitatis, ita punctualiter tenuit Bar. in l. 2. in 2. col. vers. Sed quæro quādo Ciuitas, ff. de verb. signi. qui dixit in effectu, quod quando in priuilegio ponitur Ciuitas pro populo, sicut est in casu nostro, quo ipse concessiones factæ fuerunt Ciuitati propter fidelitatem hominum, & populi d. Ciuitatis erga dictos Reges, & tunc priuilegium Ciuitati concessum extenditur ad Villas, seu Comitatenses secundum eum, qui allegat l. 2. C. de nundin. & l. qui ex vico ff. ad municip. Idem, & plenius tenuit Alex. in rubr. ff. solut. matr. col. 4. & 5. vbi concordando opiniones Iacob. de Beluis. & sequacium cum opinione Bar. & sequacium dicit, quod quando priuilegium conceditur Ciuitati respectu Ciuium, tale priuilegium exteditur ad Comitatenses vel villas, & hoc per tex. in d. l. qui ex vico, & alia iura idem tenuit idē Bar. in l. si finita s. ex hoc in fine ff. de dannin. infec. Idē expresse tenuit Petr. de Anchar. in c. si ciuitas in l. col. de sententia excommun. in 6. vbi concludit quod in beneficijs in quibus fit larga interpretatio, ut in c. olim in nouella super vlt. glo. de verb. signif. & in l. fin. ff. de constit. princ. tunc qu'a appellatione Ciuitatis venit Ciuitas cum suis adiacentibus pertinentijs, & territorijs priuilegiū Ciuitati concessum extenditur ad villas secundum eum, & idem tenent Doct. in c. Rodulfus extra de rescrip. taliter quod d. priuilegium datij vini concessum Ciuitati propter Ciues, sicut potest ab ipsa Ciuitate

## ALLEGATIONVM

uitate exigi intus Ciuitatem, ita & in Casalibus, & Villis, ac territorio ipsius Ciuitatis.

Nec obstat illud quod ex aduerso allegatur videlicet quod ipsa Ciuitas Auersana non habuit, nec habet possessionem exigendi dictam gabellam datij in Casalibus à vendentibus vi- num in eisdem, nam quamuis dictus aduersarius hanc negatiuam non probauerit; Attamen quia dictum priuilegium datij concessum Ciuitati comprehendit etiam Casalia ipsius per su-

<sup>2</sup> perius allegata per ipsum † priuilegiū fuit translatum dominium dicti datij absq; aliqua apprehensione possessio- nis, ita punctualiter tenuit Bal. in c. ad audientiam extra de præscript. qui dixit in eod. tex. probari, quod etiam sine possessione quæritur ius, ex priuilegio, & concessione principis, & dixit notanter Bal. in prælu. feudo- rū col. 7. vers. sed in priuilegijs, quod in priuilegijs eo ipso quod Princeps dat, transfertur dominium allegat l. bene à Zenone C. de quatrie. præscript. Hinc dicit notanter Angel. in l. officium circa finem ff. de rei ven- dicat. Quod per solum instrumentum continens donationem Principis probatur dominium, quia Princeps habet potētiam transferendi dominium ad libitum voluntatis suæ secundum eū.

Maxime quia ex processu appetet bene fuisse probatum per ipsam Ciuitatem, quod ipsa diu, & post dictam cōcessionem exegit dictam gabellam datij tā in ciuitatem quam extra ciuitatem, & tam in casali Sauignani quā extra portam Castrī ab excentibus Cauponam extra dictam portam ca- strī, quam ab excentibus Cauponas, & vendentibus vinū in hostarijs pro- pe passum pontis Silicis, & sic in pla- tea, vbi dictus aduersarius nouiter cōstruxit tabernam, taliter quod per <sup>3</sup> vsum & exactiōnem d. gabellæ † in vna parte territorij dictæ Ciuitatis conseruatur ius dictum datum ex- gendi in toto territorio Auersano, ita

punctualiter tenuit Signorellus de Ho- modeis in cons. 70. incip. in quæstio- ne vertente col. 7. vers. venio ad quar- tam, qui ad hoc allegat l. vna est via ff. de seruit. ruitic. predio, & l. stilli- cidij ff. quemad.serui.ammitt. & quod notat Cy. in l. voluntarie C. de excu- sat.tuto. & quod habetur in c. dilecto, de offic. archid. & ratio secundum eum est, quia cum concessio, seu pri- uilegium includat totale ius in toto loco, vel aqua, seu flumine de quo age- batur ibi, non potest illud totale di- uerso iure censeri. L. eum qui ædes ff. de vſuc. & quod notatur in l. in quar- tam ff. ad l. falcid. Item secundum eū ibi ex vſu particule appetet commu- ne, seu ciuitatem non habere anima- perdendi possessionem ciuilem in to- to l. i. ſ. per feruum ff. de acquiren. possit.

Et ad hoc accedant nota. per In- noc. in c. dilectus col. 1. extra de cap- pell. monac. qui notanter dixit, quod vbi quis habet vniuersalē iurisdictionem in aliqua ciuitate, vel prouincia, si in eadem ciuitate emisit banna dicens talis Dñs d. ciuitatis mandat q̄ qui- cumq; sic fecerit incurrat talem penā per talē emissionem bannorum etiā si nullus incurrat talem penam acqui- ritur, vel conseruatur vniuersalis iurisdictio maxime si nullus alias fue- rit in possessione dictæ iurisdictionis, & in eodem c. dilectus col. 2. in princ. dicit quod is cui competit vniuersalē iurisdiction in aliqua loca, si illam exerceat in aliquo ex dictis locis, & in alijs non probatur, quod eam exer- cuerit, nō per hoc perdit iurisdictionem in locis, vbi non probatur eum exerceisse eandem iurisdictionem, q̄a per exercitum dictæ iurisdictionis in uno loco, eā retinere videtur in om- nibus aliis locis, maxime alio non possidente eandem iurisdictionem in dictis aliis locis; & ad hoc adducit in argumentum ibi col. 2. illud quod di- citur dē gleba, quia vna apprehensa omnes contiguae apprehenduntur, sed ex

ex processu demonstratur, quod eadem Ciuitas, seu Arrendatores datij, seu dictæ Gabellæ emanari ficerunt publica banna, quod nullus auderet vendere vinum in Cauponis, nisi facta denunciatione ipsis affictatoribus, & eis soluta Gabella, & ipsis probatur fuisse solutam gabellam vini, tam iunctus Ciuitatem, quam in Casali Sanguani, & alijs locis extra Ciuitatem, & signanter in loco, vbi nouiter constructa fuit dicta Taberna, non est dubitandum quod d. Ciuitas sit conservanda in dicta possessione exigendi dictam Gabellam à dicto exercente, dictam tabernam per supradicta.

Nec obstat illud quod ex aduerso allegatur v3. quod vniuersitati competit ius exigendi dictam Gabellam ab exercentibus cauponas intra antiqua fossata dictæ ciuitatis, & quod locus vbi dicta Caupona reperitur nouiter constructa, est extra dicta antiqua fossata, nam ista qualitas exigendi infra antiqua fossata, & non extra, non est probata, nec aliter fundata per aduersarium, quo casu, cum dicta + qualitas fuerit fundamentum intentionis dicti excipientis, illa debuit per ipsam specificice probari. Ita punctualiter tenuit Bal. & ibi omnes Doctor. in l. non solum s. sciendum ff. de nou. oper. nunciat. qui dixit, quod vbi certa qualitas, vel certum tempus est fundamentum intentionis agentis, vel excipientis, illa debet per eum specificice probari, alias ipse succumbit. Et ad hoc accedat tex. in l. matrem, & ibi Bal. & omnes C. de probat. & in l. eum actum ff. de nego. gestis; & ibi per omnes Doctor, & in l. fin. vbi hoc notat Bal. C. an seruus ex suo facto. notat glos. in c. venerabilibus in glos. penul. de sent. excom. in 6. maxime quia ipse conuentus non probauit, quantum se extendebant antiqua fossata, & quod dicta Teberna fuerit constructa extra dicta fossata, quo casu allegatio sola dictæ qualitatis ipsum non relevat p supradicta

Et dato, non tamen concessio, q ipse probasset dictam Tabernam fuisse constructam extra dicta antiqua fossata, prout non est probatum, non relevat ipsum conuentum illud quod pretendit probasse s. quod vendentes Vinum extra d. fossata, non soluerunt gabellam stante quod ipsa Ciuitas plene probauit affirmatiuam scilicet quod ipsa, & sui affictatores exegerunt dictam gabellam, non solum à tabernarijs, qui vendiderunt vinum in dicta platea, vbi dicta taberna constructa fuit, & satys ultra, sed in alijs locis extra ciuitatem + quo casu magis creditur testibus dictæ ciuitatis probantibus affirmatiuam, quam testibus aduersarij negatiue deponentibus, Ita punctualiter tenuit glos. in l. diem proferre s. si plurēs in glos. fin. ff. de arbit. quæ dixit, quod duobus testibus affirmatiue deponētibus magis creditur, quam decem negatibus. Idem expresse tenet Bar. & ceteri Doct. in l. hæredes palam in princ. ff. de testam. Imo. & Doct. in cap. quod per nouale de verb. signif. Bal. in l. 2. C. de rescind. vendit. Ex quib. recte concludi potest quod dictus Simeon de lorio debeat condemnari ad soluendum gabellam tam vini in praeteritum venditi, in taberna per ipsum constructa, quam in posterum vendendi.

## A D D I T I O N E S .

**N**V.M. primo quod priuilegia concessa Ciuitati, extendatur ad Casalia. Vtéra, allegata per meum Auum. hic, concordat. Io. Vincentius de Anna in allegat. 27. nu. 27. cum seq. Sed non extenditur hoc priuilegium ad Casalia de novo acquisita etiā ex causa de præterito, ut firmat ibi Ioannes Vincentius de Anna num. 29. per tex- tum in l. damni, s. si quis vicious edes ff. de damno infecto, & per alia quæ ibi allegat nu. 28. & 30.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

Y SVM.

## SVMMARIVM.

- 1 *Datio in solutum extinguuit hipothecam, & parit actionem exempto utilem ad interesse, & deratione nu. 2. quod amplia- tur numero. 3. & declaratur num. 6.*
- 4 *Intellectus ad l. 1. 2. responso C. si antiquior creditor.*
- 5 *Dominij acquisitione confun- ditur pignus, & cur?*

## ALLEGATIO 37.

**D**atio in solutum, an extin-  
guat primam hipotecam.

N*on* causa Magn: Ioannis Nicolai de Racta de Neap: cum Cæsare de Ansia de Ciuitate San-  
ctæ Agatz, ego alias dicebam, quod dictus Cæsar non potest redi-  
re ad hipotecas priores virtute cau-  
telarum confectarum in anno 1524  
stante quod in anno 1527. ipse ha-  
buit in solutum à Francisco Bulocta debitore ipsius terram super qua ad  
præsens pro parte dicti Magnific: Ia-  
nnonis Nicolai petitur assistentia, &  
cassavit simpliciter dictas cauetas co-  
fectorum in anno 1524. nulla reseruatio-  
ne sibi facta. Imo promisit illis non  
vti, nec vti facere in ampla forma, quo-  
cau cum per dationem in solutum  
sibi factam dictas cauetas, & hipote-  
ca in eis contenta fuerit extincta,  
1. & nō potest agi primitiva actione, sed  
utili actione exempto ad interesse, ita  
est tex. formalis in l. eleganter in  
princ. ff. de pignorat. actione, & ibi

Bar. dicit quod quando datur in so-  
lutm species pro pecunia, contrahi-  
tur emptio in qua liberatur venditor  
tradendo rem licet non faciat em-  
ptorem dominum & propriea per-  
ficitur contractus exemptionis, & re-  
ceditur à primo. Idem probat text.  
in l. si prædium C. de cuiusq. & dixit  
Paul. de Castr. in d. l. eleganter, quod  
2. ea est t̄ ratio quare per dationem in  
solutum facta à debitore creditori  
extinguitur pignus, seu pignoratia  
actio prius contractum, & acquisitum,  
quia perinde est at si debitor solvis-  
set creditori debitum, & postea cre-  
ditos restituisset eidem pro præcio  
rei pignorate in solutum date. Idem  
tenuit Bar. & alij Doct. in l. libera C.  
de senten. & est decis. Sacri Consilij  
335. incipi. pro decisione cause in 3.  
dubio.

3. Et quanvis t̄ in casu nostro non  
sequatur evictio dictæ terræ in solu-  
tum datæ ratione dominij, sed ra-  
tione hipotecæ competentis d. Magni.  
Ioanni Nicolao virtute obligationis  
omnium bonorum obligatorum per  
Franciscum Buloctum in contractu  
exemptionis pecudum, Attamen præ-  
dicta adhuc procedunt, ita probat  
formalis tex. in l. si debitor ff. qui  
potiores in pign. habeant. & ibi per  
Doctor.

Nec obstat tex. nouissime allega-  
4. tus in contrarium in l. 1. & in 2. re-  
sponso C. si antiquior credit. vbi tunc se-  
cundus creditor aduocat pignus à pri-  
mo creditore sibi venditum si ipse ob-  
tulerit debitum primo creditori ad  
quod debitor erat obligatus virtute  
primarum cauetarum.

Nam illud procedit ex ratione,  
quia per simplicem venditionem fa-  
ctam primo creditori à debitore non  
est extincta ius pignoratia facta hor-  
um actione prioris cauetarum, & hipotecæ;  
ita tenuit glo. in d. l. 2. in verbo obtule-  
rit quæ allegat h. s. la princ. ff. qui po-  
tior. in pign. habeat. & ea ratione pro-  
cedit, quæ donatio non sit maxime

de

de iure Codicis, nisi dicatur expresse iuxta tex. in l. fin. C. de nouat. & dixit Alber. de Rosa. in d. l. i. si antiquior creditor, allegando Iacob. de Ra. quod 5. quamvis + per acquisitionem dominii confundatur obligatio pignoris propter iuris necessitatem, quia eadem res non potest esse sibi obligata. Attamen effectus obligationis durat agendo, & excipiendo, dicens, hoc probari in eadem l. in fine, & dicit q̄ non meminit alibi ita expressum, pro quo allegat multa iura, vt ibi per eum, & dixit Saly. in ead. l. i. in 3. opposi- 6. tione quod vbi + per solam dationē in solutum prima obligatio non est sublata, debitum nō est extinctum iuriis autoritate allegat glos. in d. l. i. Sed in casu de quo agitur, quando terra de qua agitur, fuit data in solutum per Franciscum Buloctā præfato Cæsari de Anza, prima obligatio, & hipoteca fuit extincta, & expresse nouata per dictum Cæsarem primum creditorem per expressam cassationē dictæ obligationis, & quietationem factam dicto Francisco per supradictum creditorem, absq; aliqua reservatione, quo casu, per prouisionem hominis expresse nouantis dictam primam obligationem, & hipotecā, fuit recessum à prouisione legis reseruantis primam hipotecam tempore simplicis venditionis, ita Bar. in l. & habet s. cum quis ff. de precar. & notat Bar. in l. si cum dote in princ. ff. solut. matr. & expresse Bar. in l. fin. in fine C. de pactis conuent. & est bonus tex. in l. si extraneus ff. de condit. ob. caus. & sic dictus Cæsar, qui expresse cassavit dictam priorem, & primam cautelam sine aliqua reservatione prioris obligationis, non potest excipere de priori obligatione & hipoteca iā per ipsum cassata, sed debet agere utile actione exempto cōtra venditorem, vel hæredes venditoris, iuxta notata per Bar. in d. l. eleganter, & in d. l. libera, & prædicta procedunt absq; aliqua difficultate, & ita mihi de iure vi-

detur, faluo saniori iudicio Reg. Cameræ, & Magn. cause Commissarij.

### A D D I T I O N E S.

**A**D tecam istam allegationem mei Am. Pro confirmatione addo. quod per dationem in solutum prima hipoteca fuit extincta, & non potest agi primitua actione, sed utile actione exempto ad interessum, ita est textus formalis in l. eleganter in princ. ff. de pignor. actio. & ibi Bar. Paul. de Castr. & in l. si quis alium ff. de solut. Aſſt. decis. 335. num. 18. & in decis. 369. nu. 1. Ideo dicit Vinc. de Franchis decis. 81. num. 9. & quod datio in solutum vim solutionis habeat, & re in solutum data euicta agitur ex contractu dationis in solutum, non autem ex primeua actione, nisi recipiens in solutū sibi reseruauerit antiqua iura, adeſt decisio eiusdem Domini de Franchis 50. nu. 2. & 7. quæ addo ad confirmationem dñorum per meum Auum hic.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Sententia secunda lata contra primam est nulla.*
- 2 *Speciale priuilegium alicui concessum non tollitur per generalē legem. Eſ 3. Eſ 4.*
- 3 *Priuilegium Principis non derogat iuri tertij.*

### A L L E G A T I O 38.

**P**riuilegium Principis, non derogat iuri tertij.



Vob sententia, seu decretrum Regiæ Cameræ ultimo loco latum, referente Reuer. Episcopo Auellinensi contra Ciues Auersanos in processu nominatos, & in fauorem dictæ Ciuitatis sit nulla,

Y 2 vel

vel nullum tanquam latum contra alias sententias eiusdem Regiae Came  
ræ in fauorem eorundem ciuium la  
tas, & in rem iudicatam transactas,  
optime probatur † per tex. formalem  
in l. 1. C. quando prouoc. non est ne  
cess. & per tex. in c. ei qui §. diffinitiu  
vers. item si sententia lata fuerit 2. q.  
6. quod procedit etiam in sententia  
lata diuersa instantia, ita Bal. & Saly.  
in d. l. 1. quando prouo. non est neces.  
& Paul. de Castr. & Fulgos. in l. nam  
& postea §. si damnetur ff. de iure iu  
ram. & plenissime Fely. in c. inter mo  
nasterium col. 8. de re iud. vers. regu  
lariter sententia qui dixit ista esse co  
munem opinionem contra Bar. in d.  
l. 1. etiam in l. duobus ff. de excep. rei  
iudi. maxime quia idē tribunal, quod  
primas sententias, & decreta dederat  
notitiam habuit de eis ante prolatio  
nem secundæ, cum eisdem pluries pro  
parte ipsorum ciuium fuerit opposi  
tum, quo casu sententia secunda redi  
tur ipso iure nulla, ita punctualiter  
Ant. de Butr. cons. 27. incip. visis pun  
ctis, & quæsitis, & Fely. vbi supra mul  
ta allegat, de qua nullitate quia non  
est aliquid in contrarium, & in iure est  
manifeste verum, aliter me non ex  
tendo.

2 Nec obstat asserta Pragmatica, †  
ut ponitur facta per suam Excellen  
tiā, tempore numerationis ultimo  
loco facte, quod Ciues Neapolitani  
describantur iff ipsa numeratione, in  
locis vbi reperti fuerint habitare, ex  
quo dicta pragmatica non facit men  
tionem aliquam de ipsis ciuibus Auer  
sanis, nec de ipsorum priuilegijs ipsis  
concessis per retro Reges, quo casu d.  
pragmatica loquens de Neapolitanis  
tantū, non exteuditur ad ciues Auer  
sanos de quibus non loquitur l. si vero  
§. de viro ff. solut. matrim. & quia in  
eadem pragmatica nulla sit mentio  
de priuilegijs ipsorum ciuium Auer  
sanorum, non est dubitandum, quod  
per ipsam pragmaticam non fuit in  
aliquo derogatum priuilegiis prædi

ctorum ciuium, ita punctualiter te  
nuit Ioannes de Plat. in l. decurioni  
bus C. de silentiar. l. 1. 2. qui dixit, q  
speciale † priuilegium alicui conce  
sum non tollitur per generalem legē,  
vel dispositionem in contrarium fa  
ctam, quia specialis concessio, specia  
lem requirit ad emptionem, secundū  
ipsum allegantem l. si mihi, & tibi §. in  
legatis ff. de legat. 1. idem dicit idem  
Io. de Plat. in l. priuatæ rei C. de excu  
sat. mun. lib. x. qui dixit, quod si alicui  
est concessa immunitas specialis, licet  
postea imponantur datia, seu collecta  
generalis, quod omnes, & singuli cu  
iuscumq; conditionis sint teneantur  
soluere, quod per hanc generalitatem  
non tollitur speciale priuilegium im  
munitatis, allegat glos. in d. l. decurio  
nibus, nam specialiter concessum re  
quirit speciale ademptionem secun  
dū ipsum allegantem l. si quis in pri  
de leg. 3. non autem tollitur speciale  
precedens per subsequens generale, se  
cundum eum allegantem dictum §. in  
legatis, idem in specie tenuit idem lo.  
de Plat. in l. 1. in 3. col. de petit. bon.  
subla. qui dixit, quod rescriptū, quod  
est contra priuilegium alicuius non  
valet, nisi de illo faciat speciale men  
tionem allegat cap. cum ordine extra  
de rescript. & dictam l. de decurioni  
bus, & multa alia iura, ad quæ accedat  
bonus tex. & ibi nota. per Docto. in c.  
si propter tua debita de rescript. in 6.  
per quem tex. dicit ibi Dominicus in  
princ. in 1. col. quod priuilegium im  
petratum contra aliud priuilegiū non  
valet, nisi de illo fecerit speciale men  
tionem, allegat nota. per glos. in c. 1.  
de constit. eod. lib. & in cap. 1. in ver  
bo quia speciale mandatū de rescript.  
& dixit idem Dominicus in d. c. 1. de  
confit. in 6. col. 2. quod priuilegium  
imperatrum contra aliud priuilegium  
non tollit illud per iura per eum alle  
gata, & dixit Bal. in l. fin. in fin. C. si  
contra ius vel vel. publ. quod rescrip  
tum Principiis contra priuilegiū ali  
cuius non valet, si non faciat mentio  
nem

nem de illo, alligat d. c. cum ordine de rescrip. & multa alia iura, & dixit Bal. in Lnon plures in fine C. de sacro san. eccl. quod per legem generalem non derogatur priuilegio speciali, nisi de eo faciat mentionem, allegat d. l. de curionibus de silentiar. & idem tenuit Bal. in 2. confit. C. col. 2. vers. ibi si quæ vero, & dixit Bal. in l. 1. col. 1. ff. de constit. princ. quod Princeps per generalia verba non videtur tollere specialia iura, maxime quia virtute dictorum priuilegiorum ipsis ciuibus erat quæsitum ius d. ciuitatis, ex quo ordinatione Regiæ Cameræ fuerant eleuati à numeratione Foriæ, & descripti in numeratione ciuitatis tanquam ciues, quo casu prouisio subsequens suæ Excellentiæ nulla facta mentione priuilegiorum ipsorum ciuium, & iurium quæsitorum per ipsos eis non præiudicat, ita punctualiter tenuit Abb. quem cæteri sequuntur in c. 1. col. 3. vers. vel melius concordando opiniones, extra de rescript. & idem in specie tenuit idem Abbas in c. veniens col. 3. extra de rescript. qui inter cætera dicit, quod si sola possessio alterius impedit vires priuilegij de alterius possessione mentione non habita ut in c. 2. de decimis in 6. & notatur in c. dudum de priuilegijs fortius impeditur possessio cum proprietate secundū ipsum, & tanto magis in casu nostro, in quo d. asserta & pragmatica fuit facta pro Neapolitanis tantum, nulla habita mentione ipsorum ciuiū Auersanorum, quo casu ad ipsos non extehditur argumento legis quia tale solut. matri.

Et ad prædicta optime deseruit, nā dicti ciues in contraditorio iudicio cum Foria obtinuerunt sententias in eorum fauorem, quæ transitum fecerunt in rem iudicatam vt supra est dictum, & dicta asserta pragmatica pro ciuibus Neapolitanis edita ultra quod non facit mentionem de ipsis ciuibus Auersanis, & de eorum priuilegijs, qn de eis mentionem ficeret nulla habi-

ta mentione sententiarum prædictarum, quæ transitum fecerunt in rem iudicatam, adhuc nulla esset, & eisdem ciuibus Auersanis non præiudicaret, ita notanter tenuit glos. quæ reputatur singulairis in l. fin. C. sentent. rescr. non poss. in verbo rescripta dicens q̄ rescriptum Principis impetratum ab aliquo non facta mentione sententiae in rem iudicatam transactæ est nullū ipso iure, pro quo est optimus tex. in c. exposita extra de arbitr. & tenet expresse Cardin. in c. cum olim in princ. extra de prescrip. per illum tex. & expresse Bal. in l. supplicare col. 2. versi. ex hoc collige C. vt lite penden. & tenet idem Cardin. in conf. 67. quod incipit tenor talis est &c. Immo fortius dixit Alex. consil. 94. quod incipit in causa, & lite vertente &c. col. 1. 2. vol. quod etiam si facta fuisset mentio de sententia, & non esset facta mentio de transitu in rem iudicatam, adhuc dispositio Principis esset nulla, ex quo Princeps in dubio non præsumitur velle derogare sententiæ quæ transituit in rem iudicatam, allegat dictum cap. exposita de arbitris.

5 Et ad hoc accedat t̄ quod dispositio Principis præsumitur facta, & intelligitur sine iniuria tertij l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico, etiam si dicta dispositio fuerit facta motu proprio, ita Iohannes Andr. in c. si motu proprio de preben. in 6. refert, & sequitur Abb. in c. 1. col. 10. de iudic. & dixit Bal. in c. 1. col. 1. apud quem vel quos contro. feud. decid. debet, quod Principis voluntas præsumitur talis qualis est lex scripta & ratio naturalis, & dicit Bal. in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupill. quod mens superioris præsumitur talis qualis esse debet; Dictus ergo Illustriſ. Dñus Prorex qui tales ædit pragmaticam contra Neapolitanos alibi incolatum facientes, nullam faciens mentionem de dictis ciuibus Auersanis habētibus priuilegio retro Principum, & munitis tot sententijis in

in rem iudicatam trāfactis, de quibus priuilegijs, & sententijs ac personis ipsorum ciuum nullam fecit mentionem in dicta pragmatica particulariter facta pro Neapolitanis non videatur voluisse derogare iuribus dictorū ciuum, & eorum priuilegijs, & sententijs; maxime quia ipſi per annos sexaginta, & plus fuerunt in possessione dictæ ciuitatis, & mediatisbus provisionibus ipsius Regiæ Cameræ fuerunt deleti, seu extracti à numerationibus foriæ, & ascripti in numerationibus cum ciuitate. Ex quibus videatur concludendum, quod dicta sententia Regiæ Cameræ contra tot sententias eiusdem Regiæ Cam. & Sacri Cons. lata fuit, & est nulla ipso iure.

## ADDITIONES.

**N**umero primo, quod sententia contra sententiam sit nulla, ultra allegata per meum Auum hic, concordat Ioannes Vinc. de Anna in allegat. 26. num. 4. vsq; ad finem, & Senatus Pedamontanus Octau. Cacherani in decif. 1. num. 49. vbi dicit hoc procedere si prima sententia allegetur, & producatur, alias non.

Ad numerum secundum, quod speciale priuilegium alieui datum non tollatur per generalem legem, cōcordat cum dictis per meum Auum hic. Ioannes Vinc. de Anna in allegat. 53. nu. 26. & in allegat. 64. nu. 16. & in allegat. 69. nu. 34. & nu 43.


Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *In iure patronatus succedunt omnes filij & hæredes, & omnes simul efficiuntur patroni.*
- 2 *An qui habet ius præsentandi potest se ipsum præsentare.*
- 3 *Quis ex præsentatis præfertur.*

## ALLEGATIO 39.

**I**n materia iuris patronatus.



Voniam ex processatis  
apparet quod quōjam  
Ranaldus Torres succel-  
lit in toto iure patro-  
natus Ecclesiæ de qua  
agit, non est dubitan-  
dum quod eo mortuo

- 1 in eodem iure patronatus t̄ successerunt omnes eius filij, & hæredes, ita probat tex. & ibi glos. Panormit. & omnes in c. i. extra de iure patroni. vbi Abbas dicit, quod si sunt plures hæredes, omnes simul efficiuntur pa-  
tronii, allegat tex. in clem. fin. eod. tit.  
& notat glos. in c. piæ mentis in glos.  
magna in fine 16. q. 7. quæ dicit, q  
quilibet ex hæredibus est patronus in  
solidum.

Et quoniam ex processu apparet,  
quod Federicus fuit vñus ex filijs, &  
hæredibus Ranaldi, absq; dubio est  
dicendum quod ipse fuerit patronus  
d. Ecclesiæ sicut Ferdinandus eius fra-  
ter per supradicta eadem autem ec-  
clesia vacante potuit Dñs Ferdinandus  
præsentare Dñm Federicū eius  
fratrem, & compatronum, ita notat  
expresse glos. in c. consuluit in verbō  
concedant in fine eod. tit. quæ allegat  
tex. in c. cum in iure de elect. & eam  
sequitur Abb. Io. Andr. & cæteri in d.  
cap. consuluit.

- 2 Et quia Dñs Federicus erat vñus  
ex compatronis, & habebat ipse sicut  
cæteri fratres, & cohæredes ius præ-  
sentandi t̄ non poterat se ipsum præ-  
sentare c. per vestas, & ibi per omnes  
eod. tit. & notat Io. Andr. in d. c. con-  
suluit, & notat Spec. in eod. tit. de iure  
patro. in fine, sequitur ex hoc quod  
ex præsentatione de se facta, in qua  
ipse non poterat dare vocem, & se ip-  
sum præsentare, non fuit ipse, aut suus  
hæres exclusus ex toto à iure præsen-  
tandi alijs vicibus quibus d. ecclesia  
contigeret vacare, stante quod ipse  
erat hæres Ranaldi, & consequenter  
compatronus per supradicta.

Eodem ergo Federico mortuo, hæ-  
redes Federici aperto iure succedunt  
in

in dicto iure præsentandi, sicut ipse Federicus successerat per mortē Randalii per d.c. primum, & alia supra adducta; Quoniam igitur dicti hæredes præfati Federici præsentauerunt Reueren. Leonardum Antonium de Angrisanis, & in promptu apparet, quod ipsi sunt patroni, & res est integra, ex quo adhuc non est processum ad institutionem præsentati à Ferdinandō, nec ipse Ferdinandus asserat se in possessione præsentandi, debet haberi ratio præsentationis factę t̄ ab hæredibus d. Federici, postquam apparet de non iure dicti Ferdinandi excludendi hæredes dicti Federici, ita punctualiter tenet Abb. in c. consultationibus, circa fines verificavit. queritur eodem r̄t. qui dixit, quod vbi vere patronus præsentauit unum, & existens in possessione præsentandi præsentauit alium, siquidem non fuit processum ad institutionem præsentati ab existenti in possessione, & res est integra, præfertur præsentatus à vero patrono, ex quo proprietas absorbet causam possessionis, secundum eum, & firmat expresse Rocchus in tracta iuris patro. in verbo compensis in 19. q. vbi multa, & si dicatur, quod Abbas loquitur vbi existens in possessione præsentandi non erat vere patronus, & præsentauit unum, & vere patronus præsentauit alium, sed Ferdinandus sit vere patronus, propterea debet institui ab eo præsentatus; Dicitus quod dato quod Ferdinandus sit vere patronus, non tamquam est patronus solus, ita quod ipse solus possit præsentare, & non hæredes Federici, ipse enim habet ius præsentandi pro una voce, & non in solidū, & hoc in promptu apparet quod in proprietate nō est vere patronus pro voce, & rata Ferdinandi, sed pro sua tantum, propterea de præsentatione facta ab hæredibus Federici haberi debet ratio, postquam res est integrā, & in promptu apparet de suribus dictorum qui præsentauerunt præfati

Leonardū Antonium per supradicta. Nec obstat si dicatur quod flante præsentatione facta ab hæredibus Federici, & præsentatione facta à d. Ferdinandō data paritate præsentatorū, & locus gratificationi iuxta notata per Docto. maxime Abb. in cap. cum ante de iur. patro. nam d. Reuer. Leonardus Antonius ultra præsentationem. vnius ex patronis de se factam habet præsionem Papa prouidentis de eadem ecclesia in sui personam derogando iuribus patronorum, quod permittitur Papæ, ita punctualiter tenuit Abb. in c. quoniam in quibusdam in primo notab. eod. tit. de iure patr. Ex quo in beneficialibus Papa habet plenissimam potestatem cap. 2., de preben. hb. 6. & in clem. 1. ut liceat. & plene Fely. in tract. quando litera Apostolica noceant patronis Ecclesiarū circa principium. Idem tenuit Archid. in c. pie mantis in fin. 1 & q. 7. qui allegat Hoffiens. in d. cap. quoniam in quibusdam, & idem tenet Lopus allega. 96. taliter quod dictus Reu. Leonardus Ant. omni iure debet institui, & præferri aduersario.

Nec habet locum illud, quod d. Ferdinandus prætendit, v3. ipse solus, tamquam maior natu debet præsentare, quia ius præsentandi debet esse penes omnia hæredes, nec potest vni tantum ex hæredibus adjudicari, Ita punctualiter tenuit Io. Andr. & ibi cum sequitur Abb. in c. querit omniam in 1. notab. de iure patr. Et quibus recte concludi potest, quod d. Reuer. Leonardus Ant. debet institui in ecclesiis de qua agitur falso saniori iudicio Mag. Consultoris, cuius remitto.

### ADDITIONES.

**N**umerus 3. An qui habet ius præsentandi possit semper ipsum præsentare à Aliis tenuis hic recte quod aen. per iusta quia allegat que sunt clara; Sed in alia materia quam iuris patrohatus aliud est de dictadū, per rex. in 1. si consul ff. de adoptio, vbi vaus potest vicem duorum substincere & emancipantis

## ALLEGATIONVM.

panis, & authoritatē prestantis, & in hoc articulo vide Lucam de Penna in l. 1. de primicer. & secundiceris C.lib. i 2. & Iasonem in l. cum filio familias 4. notab. ff. de legatis primo.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

1. Si in priuilegio fiat relatio ad aliud priuilegium, si relatum non producatur, priuilegium non probat.
2. Confirmatio facta informa cōparum, aut nihil operatur.
3. Non presumitur Princeps à se abdicasse iurisdictionem per concessionem alteri factam.
4. Jurisdiction quando dicatur cōcessa abdicatiue, & quando priuatiue, & num. 5. & num. 10.
5. An Princeps priuilegium suū alteri concessum possit modifica re, vel moderare.
6. Vbi conceditur aliquid quod non est quæsibile de iure gentium, potest per Principem tolli, & reuocari priuilegium, sicut iurisdiction, & immunitas.
7. Priuilegia concessa Baronibus per Reges huius Regni, non operantur contra Neapolitanos nulla facta distinctione, quod priuilegium sit prius, & quod posterius.
8. In priuilegijs attenditur data temporis, & diei, ad finem vindendi. quod sit prius, & quod posterius.

10. Quando iurisdiction datur in feudum, intelligitur data priuatiue.
11. An possit reuocare, ubi in primo priuilegio adest clausula derogatiua.
12. Priuilegia censemur concessa sine praividitio tertij, cui prius ex priuilegio fuerat ius quæsitus.
13. Clauſula derogatoria apposita in priuilegio, scilicet derogatoria priuilegijs Baronum concessis, & concedendis quid operetur?
14. Clauſula ex certa scientia in priuilegio apposita quid operetur? & de clauſula de plenitude potestatis.
15. Quando Princeps priuilegiū concedit, non est de more, nec de iure quod aliquis citetur, quia est donum superioris.
16. An Princeps possit procedere ad legitimationem spurij derogando iuri agnatorum? & num. 17.
17. An adoptiuus in praividiciū agnatorum possit per Principē habilitari ad feudum?
18. Vbi ius est alij plene quæsitiū, per Principem tolli non potest.

## ALLEGATIO 45.

Multa in materia priuilegij & iurisdictionis.



N causa Magno. Vniuersitatis Auerlæ cū Mag. Hieronymo de fundo, vtili Dño Casalium Ysuli, & Casapesenæ super obseruātia priuilegij d.

Ciuitatis concessi super communica-  
ta iurisdictione Magn. Gubernatoris  
dictæ Ciuitatis ad instantiam Ciuium  
ipsius Ciuitatis, & alijs, vt ex actis di-  
cta causæ plenius appetat.

Quoniam dictus Magn. Hierony-  
mus nititur demonstrare, quod iuris-  
dicio dicti Casalis Ysulæ alias fuerat  
concessa per Inclitum Regem Ferdi-  
nandum primum quondam Spectabi-  
li Roberto de Aragonia priuatue ad  
iurisdictionem dicti Magn. Guberna-  
toris Auersani, ita quod ipsum Casale  
Ysulæ esset penitus separatum à iu-  
risdictione dictæ Ciuitatis producen-  
do priuilegium dicti Regis Ferdinan-  
di, expeditum in Ciuitate Troiæ sub  
Anno Dñi 1464.

Dicitur pro parte d. Vniuersitatis,  
quod ex dicto priuilegio prædicta nul-  
la enus fundantur, stante quod in eo-  
dem priuilegio dictus Inclitus Rex  
narrat, quod ipse alias reuocauerat  
omnes iurisdictiones ciuiles, & crimi-  
nales omnium Baronum Casalium di-  
cta Ciuitatis, easq; reduxerat in eius-  
dem Regis potestatem, sed quod mē-  
tis, & intentionis Suæ Maiestatis non  
fuit, quod in dicta reuocatione iuris-  
dictionum includeretur Casale Ysulæ,  
quod quidem casale alias separa-  
verat à iurisdictione Auersana, sed  
quod dictus spectabilis Robertus ha-  
beat eandem iurisdictionem, ita quod  
priuilegium alias dicto Roberto con-  
cessum dictæ iurisdictionis remaneat  
in suo robore, taliter quod in priuile-  
gio ex aduerso producto ipse Inclitus  
Rex refert se ad aliud priuilegium  
respectu dictæ iurisdictionis, † & sic  
si priuilegium ad quod Rex se refert  
aliter non producatur, ipsum priuile-  
gium ex aduerso productū nihil pro-  
bat, ita punctualiter tenuit Innoc. in-

cap. inter dilectos de fide instrum. qui  
dixit, quod vbi secundum priuilegiū  
facit mentionem de primo, & in se-  
cundo non inseratur series primum  
priuilegium per secundum confirma-

2 torium nihil disponitur † nec inauici-  
tur nisi quatenus appareat primum,  
& licet in secundo narretur quod in  
primo priuilegio continetur hoc, &  
illud, illa sunt verba narratiua, & ni-  
hil disponunt, sequitur ibi Abb. in 6.  
col. versic. & hæc possunt adduci op-  
time ad hoc seruit tex. in c. examina-  
ta, & ibi per Doct. de confirmat. vtil.  
vel inut. & in specie est glos. notabi-  
lis in cap. pen. in glos. in verbo inser-  
tus eodem tit. Idem expresse tenuit  
Ludou. Roma. in cons. 336. quod in-  
cipit circa propositam consultationē,  
vbi concludit, quod si Bulla Papæ fa-  
cit mentionē de sententia, sed in bul-  
la non inseratur totus tenor senten-  
tiæ quod executor Papæ non debet  
eam exequi, nisi producatur instru-  
mentum dictæ sententiae, idem tenuit  
Abb. in cap. quia diuersitatem in glo.  
in verbo sub forma communi de con-  
cessione prebendæ, qui dixit, quod  
confirmatio facta in forma commu-  
ni parum aut nihil operatur, vt di-  
cit probari, in illo tex. ad differen-  
tiā confirmationis factæ ex certa  
scientia, in qua narratur tenor pri-  
mi priuilegij, illa enim tribuit ius ve-  
per eum, idem, & plene tenuit Felin.  
in c. 2. in 5. col. extra de rescript.

Et dato, non tamen concessso, quod  
primum priuilegium concessionis di-  
cta iurisdictionis mentionatum in se-  
cundo demostretur, & per illud ap-  
pareret de concessione dictæ iurisdi-  
ctionis à Rege facta dicto Roberto;  
Attamen ex dicta concessione dicta  
iurisdictionis alteri à Rege facta, †  
non videtur idem Rex se exclusisse ab  
ipsa iurisdictione, & eadem iurisdictio-  
nem à se abdicasse, ita q̄ ipse nō possit  
quandoq; de vassallis, in quos iurisdi-  
ctionem concessit cognoscere, ita est  
formalis tex. in c. dudum de preben.

in 6. in versic. nos igitur attendentes, per quem tex. dixit ibi Gemin. in 2. notab. quod licet quis tribuat alteri potestatem actum faciendi, non tam ipse exiuit dicta potestate, sed penes illum remanet dicta potestas, & maior, & ibi Philip. Franc. per illum tex. infert, quod si eadem die reperitur collatum beneficium vni à Vicario habente potestatem ab Episcopo conferendi, & eadem die reperitur alia collatio facta ab Episcopo, nec apparet quæ fuerit prior, & quæ posterior, præfertur collatio facta ab Episcopo tanquam à superiore, quia Episcopus, qui dedit potestatem Vicario conferendi, non abdicavit eam à se ipso, & idem ibi tenuit Petr. de Anch. in 6. nota. Et ad hoc optime deseruit illud, quod dixit Calder. in cons. 7. incipien. Episcopus ultra suam diocesim in tit. de prebend. qui inter alia dixit, quod si beneficium reperitur collatum à duobus habentibus imparem potestatem, præfertur collatio facta à maiori allegat c. si à sede de preben. in 6. & propterea dixit notanter Petr. de Anch. in cons. 28. col. 2. vers. præterea aduertendum, quod licet Deus deridit procuratori potestate in obligādi bona sua, tamen in eius personam remanet maior potestas, & post predictum c. dudum de preben. in 6. & præfertim procedunt prædicta in Reg. 4. & qui concurrit cum quocumque suo subdito in iurisdictione & potestate, ut dixit Bal. in c. 1. in princ. quis dicatur dux, qui loquitur de Papa, qui concurrit cum quocumque suo subdito in iurisdictione allegat notata in c. si eo tempore de elect. in 6. & idem dixit Bal. in c. 1. in princ. qui feud. dar. poss. ipse enim Rex vel Imperator, nō potest dici Iudex ordinarius, vel delegatus, ex quo ab ipso deripiare intelliguntur omnes ordinariæ iurisdictiones, & delegationes l. 1. ad l. Iuliam de ambit. l. 1. I. cum vrbe ff. de offic. præfect. verb.

Et si diceretur, quod prædicta pro-

cedunt, vbi Princeps concessisset iurisdictionem alijs simpliciter, tali enim casu nō videtur eam à se abdicasse per superius allegata, sed in casu de quo agitur pars aduersa asserit, quod dictus Inclitus Rex abdicauit d. iurisdictionem à Capitaneo Auersano & consequenter ab ipso Rege, propterea standum est priuilegio. Dicitur, quod prædicta non apparent ex priuilegio ex aduerso producto, ex quo illud refert se ad aliud priuilegium quod non apparent, & propterea narratis in eo nō est standum per superius allegata, & quando apparent primum priuilegiū in quo appareret de concessione facta modo prædicto, ex quo in p̄nti agitur de concessionē iurisdictionis, ille idē Princeps, qui dictum priuilegium iurisdictionis concessit, posset eum reuocare, seu modificare & ita punctualiter tenuit Bal. in l. qui se patris in 8. col. vers. item in concessis C. vnde lib. qui dixit, quod in concessione iurisdictionis semper intelligitur reseruata authoritas superioris, & sine eius auctoritate illa exerceri nō potest, cum in eo resideat suprema potestas inseparabilis ab eo, vnde potest iurisdictionem suppressione aliorum non solum singularium personarum, sed etiā ciuitatum, secundum eum, allegat nota. per Doct. in l. omnes populi ff. de iust. & iure, & dixit notarter Franc. de Aret. in c. nouit in 3. col. vers. hoc tamen credo esse limitandum, extra iudic. quod vbi per priuilegium concederetur iurisdiction, etiā si talis concessio transiret in contractum, illa iurisdictione potest ad voluntatem Principis, seu superioris suppressi & auferri, ex quo in tali concessione semper intelligitur exceptuata authoritas superiorioris, ut in c. veniens extra de iure iur. Quam conclusionē dicit confirmari, quia si Princeps non posset talēm concessionē iurisdictionis reuocare, & auferre, sequeretur quod per indirectum auferri posset sibi ius obedientiae, & superioritatis, nam si Imper-

Imperator vocaret subditum coram ipso, & ipse vellet litigare coram iudice Ecclesiastico per hoc auferretur sibi ius obedientiae, quod ius obedientiae non potest auferri ab ipso Principe, ex quo secundum ipsum posset destrui Imperium, quod est impossibile prout tenuit Bal. in authen. quas actiones penul. col. versi. tu dic quod supremaiurisdictione C. de sacrosan. eccl. Hoc etiam in terminis tenuit Gemin. in cap. 1. 5. col. vers. haec puto vera de constit. in 6. qui dixit quod licet ad tollendum statutum sapiens contractum requiratur causa, hoc procedit vbi statutum disponit de commendo subditi in rebus, secus si disponearet in concernentibus iurisdictione, quia tunc credit, quod possit de novo statuere, & de novo reuocare secundum eum & dixit Andr. de Iser. in const. ea quae ad decus in 2. col. quod Princeps, qui alicui nobili concessit imperium in terris suis, illud poterit ad libitum reuocare, nam dixit Bal. in c. 1. §. ad haec de pace iuramento firma. col. 4. vers. ex præmissis ergo quod iurisdictiones sunt apud Cæsarem, tanquam apud fontem à quo fluunt, & refluxunt; & ad hoc accedat illud, quod dixit Innoc. in eod. c. 7. nouit, + quod vbi cōceditur aliquid, quod non est quæsibile de iure gentium, sicut est priuilegium immunitatis quod potest per Principem tolli, & reuocari priuilegium, allegat authen. qua in provincia C. vbi de crimi. agi oport. & l. 1. C. de immunit. nemini conced. & maxime procedunt predicta, quia per priuilegium concessum Auerfanis dictus Rex non reuocauit priuilegium, seu iurisdictionem concessam Baronibus, sed voluit quod in concernentibus interesse Ciuiū Auerfanorum, ipse Rex, & consequenter eius officialis posset cognoscere de iustitia Auerfanorum, non excludendo in dicto casu Barones, & sic ipse Rex reseruauit sibi in casu predicto iurisdictionem, quod bene eidem li-

cuit, ita punctualiter tenuit Bal. in cap. Imperialem §. fina. pen. col. vers. quæro an vassalli, de prohib. feu. alie, per Feder. qui dixit, quod vbi Papa reseruauit sibi iurisdictionem velint nolint partes, erunt sub Papa, & inter cætera allegat lunoc. hoc tenere in c. cum m. de constit. Idem, & melius tenuit lo: Andr. in c. inter dilectos pen. col. vers. sed pone ext. de excess. prælat. qui dixit, quod si electio Prælati spectabat ad aliquem, & Papa committat alteri, quod prouideat de dicta Prælatura vacante, vel vacatura in personam alicuius, si delegatus conferat eandem Prælaturam notorie indigno, quo casu collatio non tenet, in tali casu prouisio dictæ dignitatis non revertitur ad illum, ad quem primo spectabat, sed ad Papam, ex quo indignum est quod Papa qui reuocauit ad se prouisionem dictæ dignitatis, quod illa ad inferiorem reuertatur sine licentia Papæ dicens, quod flumina reuertuntur ad locum unde exeunt, allegat Ecclæsiast. + & videmus, quod Incliti Reges huius Regni, qui alias diuersis Baronibus, & titulatis, & non titulatis concesserat iurisdictiones in terris, & Castris eorū cū amplissimis clausulis, etiā priuatius ad mag. Curiam Vicariæ, & aliorum Regiorum Tribunalium, & tñ Neapolitanis concessit priuilegia, quod non possunt conueniri etiam ratione contractus, vel delicti alibi quam in tribunalibus Regijs huius Circuitatis Neapolis, quod Priuilegium iam fuit, & est in viridi obseruantia, reseruando sibi in causis Neapolitanorum iurisdictionem non obstantibus Priuilegijs Boronum.

Nec est disputandum si priuilegium Auerfanorum est anterius, vel posteriorius priuilegio per aduersarium producto, ex quo ex data dicti priuilegij Regis Ferdinandi ex aduerso præsentati, apparet illud fuisse expeditum in Ciuitate Troie sub die 2. Decembris 1464. & priuilegium Auerfanorum fuit expeditum in Ciuitate Ca-

9 puz sub die 7. Nouembris 1467. † & in priuilegijs attenditur data ipsorum tex. est formalis in cap. eam te extra de rescript. glos. notabilis in c. constitutus in glos. in verbo impetrasset cod. tit. Ioan. Andr. & plenius Abb. in cap. dilectus el 2. col. 2. in glo. in verbo receperunt extra de præben. & plene Feder. de Senis cons. 290. incip. quia in præsenti capitulo col. 4. vers. sequitur videre de tertio, & vltimo, vbi multa iura allegat, & sic per priuilegium Auersanorum posterius fuit modificatum dictum priuilegium Baronum, in quo non est aliter insistendum, quia sumus in claris vbi conieaturæ non attenduntur, vt in vulgaris iuribus.

Nec congrue allegatur in casu de quo agitur quod iurisdictione dictorum Casalium Ysulz, & Casapesena, fuit concessa in feudum, & quod vbi iurisdictione datur † in feudum, intelligitur priuatione; Hoc enim non militat in casu de quo tractatur, sed intelligitur quod vbi Dñus feudi concedat alteri feudum ex iuris dispositione, ipse habet iurisdictionem in illo feudo concesso, ita qnod vbi de eodem feudo agitur ipse Dñus feudi solus debet, & potest de eo cognoscere, & non aliis, quia talis iurisdictione, à iure censetur reseruata dño feudi priuatione ad alios, ita intelligit, & declarat Abb. in c. cæterum in 2. col. in vers. fateor tamen quod Dño feudi extra de iudicio & plene not. Fely. in c. pastoralis in 4. col. vers. limita 6. extra de offic. ordin. In hoc enim iudicio non agitur de feudo, nec iurisdictione dictorum Casalium fuit concessa in feudū, sed ipsa Casalia, propterea in prædictis non est aliter insistendum.

Et licet asseratur ex aduerso, quod post priuilegium Auersanorum dicta Casalia peruerenerunt ad manus Regiae Curiaz, & desierint esse in potestate Baronum, & quod propterea priuilegium Auersanoru fuerit extinctum, ex quo per illud conceditur facultas

Auersanis agendi coram Baronibus, vel coram Rege & postquam dicta casalia desierant esse sub Baronibus, cessat priuilegium, hoc enim nullatenus potest prætendi, quia per priuilegium datur facultas Auersanis agendi tam coram Capitaneo Auersano, & sic coram Rege quam coram Baronibus. Postquam ergo casalia peruererunt ad Regem priuilegium incipit habere maiorem efficaciam, ex quo contra vassallos dictorum casalium nos poterat agi, nisi coram Rege, quod est fundamentum nostræ intentionis, & licet postea idem Rex concederet alij dicta casalia cum iurisdictione priuatione ad Capitaneum Auersanum, per hoc nō preiudicauit priuilegio, † tu quia hoc Rex voluit, tum quia in priuilegio Auersanorum adeit clausula derogatoria priuilegijs, non solum concessis, sed cōcedendis, de qua clausula nulla est facta mentio in concessione postea facta per Regem, prout inferius plenius dicetur.

Non obstat quod nouissime Regia Curia vendiderit dicta Casalia præfato Magn. Hieronymo, vel eius patri, vna cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, & in venditione prædicta apposuit clausulam priuatione ad Capitaneum Auersanum, nā per dictam venditionem Casaliū eadem Regia Curia non derogauit iuribus Auersanorum quæsitis ex dicto priuilegio, nec de eo aliquam mentionem fecit, quo casu ipsa venditio intelligitur facta † sine preiudicio ipsorum Auersanorum, ita est tex. in l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publ. & dixit notanter Bal. in l. 1. col. 1. ff. de constit. princ. q̄ vbi Princeps dat, vel confirmat, semper intelligitur, & debet intelligi salvo iure alterius, allegat l. authoritate C. vnde vi. & idem tenuit Bal. in tit. de pace constan. in verbo amplius cōsueuerunt qui infert quod concessiones aquarum publicarum à Principe factæ intelliguntur salvis iuribus eorum,

tum, quibus prius fuerant concessæ, & idem notat Bal. in l. si cum mihi ff. de dolo, & notat expresse Ludou. cōf. 298. incipiente circa præmissam dubij consultationem, vbi concludit, & concessio alicui facta per Papam non præjudicat cōcessioni eiusdem rei per prius alteri factæ, maxime prædicta proceduant, quia in dicta venditione Casalium cum iurisdictione facta dicto Aduersario, nulla est facta mentio priuilegij Auersani concessi, & propterea per dictam venditionem postremo factam non censetur derogatum priuilegio Auersanorum. Ita punctualiter tenuit Io. de Plat. in l. 1. in 3. col. C. de petit. bono. sublat. qui dixit, quod rescriptū Principis quod est contra priuilegium alicuius, non valet, nisi de illo faceret speciale mentionem, allegat cap. cum ordine extra de rescript. & l. decurionibus C. de silentiar. lib. 12. & ad hoc optime deseruit bonus rex. & ibi nota. per Doct. in c. si propter tua debita de rescript. in 6. per quem rex. dicit ibi Dominicus quod priuilegium impetratum contra aliud priuilegium non valet, nisi de illo fecerit speciale mentionem, allegat nota. per glos. in c. 1. de constit. eod. lib. & in c. 1. in vers. quia speciale mandatum de rescript. & propterea dixit Bal. in l. fin. in fin. C. si contra ius vel vtil. publ. quod rescriptum Principis contra aliud priuilegium alicuius non valet, si non facit mentionem de illo, allegat d. c. cum ordine, & multa alia iura.

Quin imo si de priuilegio Auersanorum esset facta mentio in d. contractu vēditionis adhuc non censetur illi derogatum, ex quo in eodem 13 priuilegio Auersanorum + adest clausula derogatoria priuilegijs Baronum concessis, & concedendis, & propterea non sufficit quod in secundo priuilegio fiat mentio primi, nisi etiam fieret mentio de clausula derogatoria apposita in primo priuilegio, ita punctualiter tenuit Feder. de Senis. in

conf. 233. incip. casus talis est, idem expresse tenuit Calder. conf. 1. incip. habet ordo Sanctæ Claræ in tit. de priuile. & in specie Fely. in c. acceden-tes in 3. col. vers. queritur quando in priuilegio extra de præscript. & plene idem Fely. in cap. nonnulli col. 7. in princ. extra de rescript. notat expre-ssse Gemin. in c. authoritate S. fin. de priuile. nu. 6. & ibi Philipp. Franc. & omnes sequuntur Calder. vbi supra, & expresse Alex. conf. 177. incip. in occurrenti casu 2. col. vers. ad idem quod notat glos. in 2. volum.

14 Nec obstat + quod in instrumento dictæ venditionis casalium cum iurisdictione sit apposita clausula, ex cer-ta scientia, quæ clausula habet vim plenitudinis potestatis vt notat glos. in c. ad hoc de rescript. & in c. ex par-te de offic. deleg. notat expresse Bal. in l. eis in princ. C. de appellat. & Ludo. conf. 369. in 7. col. imo in eodem instrumento dictæ venditionis præ-supponitur, quod expresse sit apposita dicta clausula de plenitudine potesta-tis, quæ operatur, vt Princeps vide-a-tur alteri rem suam auferre, quod po-test de potestatis plenitudine, vt notat Bal. in l. rescripta final. col. verfic. 3. queritur C. de præcibus Impera-offere. & in l. 2. C. de seruit. & aqua-versi. item nota quod si Papa, & dixit Ang. in l. item si verberatum ff. de rei vendic. Quod Imperator nulla causa subsistente de plenitudine potestatis potest nobis auferre dominium, & qui contrarium dicunt mentiuntur.

Attamen prædicta non obstant in aliquo, primo quia clausula ex certa scientia tunc tollit ius quæsumum, qn Princeps processit cum causæ cogni-tione, tunc enim præsumitur pro ve-veritate concessionis propter clausu-lam ex certa scientia alias secus, ita est de mente Innoc. in c. 1. de trans-fact. & in c. 1. & 2. de confir. vtil. vel inutil. & est tex. in clem. pastoralis S. cæterum in 2. responsu de re iudic. & ibi late lo. de Imo. & Dñus Cardin. & tenuit

tenuit Abb. in c. 1. de causa possess. & propr. Ant. de Butr. Imo. & Dñs Ab. bas in c. cum olim de re iudic. & latè Socci. in consl. 12. Incip. visa bulla col. 7. in 2. vol.

- 15 Et licet † Bal. in l. nam ita diuus in 2. col. ff. de adopt. dixerit, quod non est de more, nec de iure quod vbi præiugium conceditur, quod aliquis citetur, quia est donum superioris, at tamen prædicta procedunt vbi Princeps derogat iuri alterius non plene, & perfecte quæsito, sed existenti in spe sicut est, quando procedit ad legi-  
16 timationem † spurij derogando iuri agnatorum non perfecte quæsito, sed existenti in spe iuxta nota. per Bar. & Doct. in l. gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posth. & ita loquitur Bal. in d. l. nam ita diuus, & traditur per Doct. in cap. naturales si de feud. fue. contr. & est de mente Bal. in cap. ado-  
17 ptiuus eod. tit. dū dicit, † quod ado-  
ptiuus in præiudicium agnatorum po-  
test habilitari ad feudū ex quo agnati  
habent ius in spe, & non erat eis quæ-  
sita successio actu; & ita videtur te-  
nere Alex. in consl. 2. 1. volu. quod est  
repetitum in consil. 228. incipi. visis  
Codicillis col. 1 1. in 2. vol. dum con-  
cludit quod Princeps potest legitima-  
re spuriū in præiudicium agnatorū  
habentium ius succedendi in spe etiā  
eis non citatis, ex quo is qui potest fa-  
cere aliquid aliquibus inuitis multo  
magis eis inscijs, & non citatis vt in  
regu. qui potest ff. de regu. iur. Qua-  
ratione vtitur Dec. consl. 147. in 3.  
col. versic. non obstat ergo dum supra  
18 1. vol. num. 5. sed vbi ius est alij † ple-  
ne quæsitum, vt in casu nostro, tunc  
per Principem non potest tolli eo nō  
audito, ita Bal. in l. qui se patris pen.  
col. C. vnde libe. qui dixit quod iuri  
translato non potest Princeps præiudi-  
care. Taliter quod dictæ clausulæ ex  
certa scientia, & de plenitudine pot-  
estatis in aliquo non obstant, maxime  
quia Regia Curia noluit præiudicare  
priuilegio Auersanorum de quo nul-

lam fecit mentionem, nec de clausula  
derogatoria, in eodem priuilegio ap-  
posita, quo casu dictæ clausulæ ex cer-  
ta scientia, & de potestatis plenitudi-  
ne, non tollunt iura aliorum, quæ  
Princeps noluit, nec presumitur velle  
tollere nullam de eis mentionem fa-  
ciendo per superius allegata.

Nec videtur alicuius consideratio-  
nis illud, quod ex aduerso allegatur,  
videlicet quod in priuilegio Auersa-  
norum datur electio Auersanis con-  
ueniendi vassallos Casalium dictæ Ci-  
uitatis, quorum Barones habent me-  
rum, & mixtum Imperium, & Casale  
Ysulæ non est Casale Auersanum, ex  
quo fuit separatum ab ipsa Ciuitate,  
nam de separatione ipsius Casalis à  
Ciuitate, & nihil apparet. & vltra hoc  
dicta Casalia Ysulæ, & Casapesenæ fue-  
runt condemnata per sententiam Sa-  
cri Consilij tanquam casalia Auersa-  
na ad contribuendum cum ipsa Ciui-  
tate in expensis factis in transitu suæ  
Cesar. Maiestatis per ipsam Ciuitatē  
tam in palio quam in alijs expensis, ac  
etiam in expensis factis in aduentu  
Reuer. Episcopi.

Ex quibus videtur posse recte con-  
cludi quod dictum priuilegium Auersa-  
norum debet obseruari, & quod tā  
Auersani quam homines de foria pos-  
sint homines dictorum casalium Ysulæ,  
& Casapesenæ conuenire coram  
Capitaneo Auersano iuxta formam  
dicti priuilegij exceptione Reg. Prag-  
maticæ ex aduerso allegata in aliquo  
non obstante; & ita mihi de iure vi-  
detur salo meliori iudicio Excellentis  
Locutententis, ac Magn. Causæ Cō-  
missarij, & cæterorum Dominorum  
Præsidentium.

#### ADDITIONES.

**A**D num. 1. & 2. Addo vltra allegata per  
meum Auum hic, q̄ hoc secundum pri-  
uilegium confirmatorium primi, nihil ope-  
ratur, nisi primum exibeatur, & vltra alle-  
gata per ipsum, addo Io. Vincencium de  
Anna in repetiti capituli primi in tie. de  
Vaxallo

Vaxallo decrepite etatis nu. 187. cum sequentibus, & præcedentibus numeris, qui multos adducit, & ampliat nu. 188. Idem esse etiam si addantur illa verba, & de quo concedimus quia semper ista verba fuerunt habita pro confirmatione in forma commune, quæ nota.


*Abb. Io. Hier. de Mauro.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Virum in bonis extauritario- rum habet locum ius congrui?*
- 2 *Extauritarij antencantur ad decimas? Eo nu. 5,*
- 3 *Possessio centenaria inducit titulum-*
- 4 *Instrumenta antiqua mentio- nem facientia de confinibus enunciatiue, vel assertiue probant confinia mentionata.*

## ALLEGATIO 4.

**E**xtauritarij laici, an teneantur ad decimas.



**N** causa Reueren. Dñi Nuncij Apostolici contra Magn. nobiles Sedilis Portæ nouæ Ciuitatis Neap. assertos extauritarios Cappellæ, seu altaris Sanctæ Crucis constructæ intus Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Cosmodim huius Ciuitatis super petita solutione decimarum nomine d. Cappellæ ut ex processu, & actis.

Prima consideratione dici posset dictos nobiles non teneri ad decimas prædictas, ex quo sunt puri laici, quorum collegium est immune à solutio- ne d. decimarum, prout per plura me- dia concludit Dñs Matheus de Affl. in tract. iuris congruis in 11. col. dum

- 1 discutit q. vtrum in + bonis extauritariorum habeat locum ius congrui, allegando Io. de Imo. in clem. per literas dè præben. & referendo etiam quod alias Rex Ferdinandus asseruit
- 2 extauritas + non teneri ad decimas persoluendas, vt ibi per eum, & quod ipsi sint extauritarij, & tanquam extauritarij administrauerint bona per eos possessa, nituntur in possessione centum annorum, quam asserunt be- ne pbasse, quæ + possessio habet vim tituli, seu privilegij, l. hoc iure §. du- ctus aquæ ff. de aqu. quot. & estiu. c. 1. de rescr. in 6. c. super quibusdam extra de verb. signif. cum alijs vulg.
- 3 Fortificantur prædicta ex multis instrumentis antiquis præsentatis per dictos nobiles, in quibus assertiue, seu enunciatiue fit mentio de extaurita, & quod d. nobiles sunt extauritarij Sanctæ Mariæ in Cosmodim per quæ instrumenta bene probatur ipsos esse extauritarios Capellæ Sanctæ Crucis intus ecclesiæ prædictam Sanctæ Mariæ constructæ, ita punctualiter dixit Bal. in l. cum aliquis C. de iure deliber. 4 dicens, quod instrumenta + antiqua fa- cientia mentione de confinibus enun- ciatiue, vel assertiue probant illa con- finia ibi mentionata, quem ibi sequi- tur Saly. & Moder. & Iacob. Butr. in l. optimam C. de contrah. & commit. stipul. Ant. de Butr. in c. cum dilectus extra de success. ab intest. & Franc. de Aret. in cons. 42. incipien. viso consi. elegantissimo.
- 5 Attamen his non obstantibus + di- co ipsum Dñm Nuncium posse exi- gere d. decimas de bonis per ipsos no- biles de temptis, tanquam spectanti- bus ad ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Cappellas ibi constructas, & signan- ter ad Cappellam Sanctæ Crucis ibi fundatam; prius tamen præsupposito quod dicti nobiles allegant quandam Cappellam Sanctæ Crucis intus dictæ Ecclesiam fundatam fuisse, & esse ex- tauritam, ut in articulis, & multis eo- rum comparationibus habetur, alio- etiam


etiam præsupposito, quod Ecclesia Sanctæ Mariæ in Cosmodim est Parochialis, & d. Cappella est constructa intus d. ecclesiam, prout tam dicti nobiles, quam ipse Dñus Nuncius plene probarunt.

## SUMMARIUM.

- 1 *Testamentum militis, vel ad piæ causas qualiter substineatur? An requiratur quod testes sint rogati?*
- 2 *Dispositiones quæ frunt ad piæ causas, gaudent ijsdem priuilegijs, quibus gaudent dispositiones militum.*
- 3 *Verba generalia dicta in plazteis non inducunt testamentū etiam fauore piæ causæ.*
- 4 *Legatum factum Ecclesiæ, de qua ecclesia intelligitur.*

## ALLEGATIO 42.

**D**E testamēto militis ad piæ causas.



N causa Venerabilis Ecclesiæ, & Hospitalis Sanctæ Mariæ Annuntiatæ de Auersa, cum Vincētio de Liotta super hæreditate quoniam Ioannelli de Liotta.

Quoniam pars aduersa nititur impugnare intentionem dicti Hospitalis ex eo quod asserit, Testes qui depoſuerunt de voluntate, & dispositione dicti Ioannelli non fuſſe rogaſos, & ad dictam dispositionem faciendam conuocatos, & quod dictus Ioannellus verba quæ probātur per dictum Hos-

pitale ipsum dixisse, non dixerit principaliter disponendo, sed incidenter, & propter aliud t̄ allegando ad prædicta tex. in l. diuus ff. de milit. teſtam. vbi videtur probari, quod non ſufficient verba generaliter prolata per militem dicentem ego te hæredē facio, aut tibi bona mea relinquo, ſed requiritur, quod conuocatis ad hoc hominibus volūtatem ſuam declareret, & dicat, quem velit eſſe hæredem, & ad hoc allegant tex. in l. panfilo §. propositum ff. de lega. 3. vbi te x. videtur considerare quod diſponēs erat in diſcrimine viṭe conſtitutus, & accerſit amicis diſpoſuit ut ibi in tex. quaſi ex hoc probetur quod conuocatio amicorum, vel teſtium erat neceſſaria ad probandam diſpositionem teſtatoris, per quæ iura Doct. & maxime Soccio. in l. i. §. ſi quis ita ff. de verbor. oblig. videtur tenere quod in diſpositione ad piæ causas, quæ eiſdem priuilegijs gaudet, videtur neceſſaria conuocatio, & rogitus teſtium, & ad prædicta adducitur Corne. conf. 149. in 3. col. 2. vol. vbi in particulari videtur conſulere prædictam teſtium conuocatio- nem, & rogitum fuſſe neceſſarium in diſpositione ad piæ causas, & quod teſtator principaliter diſpoſuerit in fauorem piæ causæ, ita quod non ſufficient verba incidenter, & propter aliud prolata arguendo à diſpositione militari ad diſpositionem ad piæ cauſas, ut ibi per eum.

Quibus tamen non obſtantibus videtur poſſe concludi quod d. Hospitalis optime eius intentionem fundauerit. Prius tamen præsupposito, quod milites tribus tēporibus, & locis poſſunt teſtari. Primo in conflictu, ſeu in diſcrimine bellī. Item in temptorijs, ſeu in Caſtris, non tamen in diſcrimine bellī, item in eorū domibus extra caſtra. Primo enim caſu quando teſtator in diſcrimine bellī ſufficit quod quoquomodo teſteretur abſq; teſtium conuocatione, & ipsorum rogitu, & eo caſu verba enunciatiua militum in- cidenter

incidēter prolata etiam propter aliud inducunt dispositionem, i:a probat tex. formalis in l. milites, & ibi per Doctores C. de testam. militis, dummodo eius dispositio proberetur duobus testibus, ita probat tex. in l. lutius ff. eod. tit. & bonus tex. in l. ex his verbis, & ibi per Doctor. C. eod. tit. vbi verba enunciatiua incidenter prolata, & propter aliud in testamēto militis inducunt dispositionem in quo casu non habet locum dispositio dictę legis diuus, sed vbi miles testatur in temptorijs, vel castris, non tñ in discrimine belli, & tunc sufficiunt duo testes ad eius voluntatem probandam, sed debent dicti testes conuocari ad hoc, & requiritur quod testator principaliter disponat, & verba enunciatiua propter aliud, & incidenter prolata, non sufficiunt, & ita procedit tex. in d. l. diuus, Si vero testatur in eius domo extra castra, & non in expeditione belli, tunc debet testari de iure communi, et non potest aliter testari, ita est tex. in l. peu. C. eod. tit. Ita dicta tria tempora, et loca distinguit, et declarat glo. notabilis in l. i. in verbo nulla ff. de testam. milit. et glos. notab. instit. de milit. testam. §. 2. in verbo hominibus per illum tex. & expresse Bar. in d.l. milites, & ibi Salyc. qui dicunt quod d. l. requirens rogatum testimoniū procedit vbi miles testaretur in militia, non tamen in expeditione, vel discriminē belli.

2. Constat aut̄, quod dispositiones q̄ fiunt ad pias causas gaudent eisdē priuilegijs quibus gaudent dispositio- nes militum facte in discriminē belli, & in expeditione ipsius belli, dicta, n. dispositio ad pias causas probatur per duos testes tñ, sic ut probatur dispositio militum per tex. in c. cum essem, & ibi per Abb. in 4. col. de testam. & per alia allegata in primis allegationibus, & quemadmodū in dispositione militum facta in discriminē belli, non requiritur conuocatio, & rogatus testimoniū per tex. in d.l. milites, & ibi per Doct.

C. de testam. milit. ita in dispositione ad pias causas prout p̄t̄ualiter Abb. in d. c. cum essem in lectur. in fine, & Bar. in l. i. C. de sacro sanct. eccl. & habentur in alijs locis allegatis in dictis primis allegationibus, & sicut in dispositione militari, quæ fit in discriminē belli non requiritur, quod disponens fuerit infirmus, & in mortis articulo, vt in prædicta l. milites, & ibi p Doct. Ita etiā in dispositione ad pias causas, ita punctualiter tenuit Bar. in d. l. i. col. pen. vers. quinto quæro C. de sacr. san. eccl. & habentur in locis allegatis in primis allegationibus.

Et quemadmodū in dispositione militis disponētis in discriminē belli, verba enunciatiua incidenter prolata, & propter aliud inducunt dispositionem l. ex his verbis, & ibi per Doct. C. de testō militis, ita ēt in dispositione ad pias causas, ita probat tex. in c. fin. de success. ab intest. & ibi Abb. qui discutit intellectum illius tex. & dicit dicta regulā esse verā in iure, q̄ dicta verba enunciatiua incidenter prolata dispositiōne inducunt in dispositione ad pias causas, & habentur in multis locis allegatis in primis allegationibus, maxime quia priuilegia concessa militibus in testando fuerunt à legibus concessa fauore ipsorū militū, & intuitu ipsarū personarum, sed priuilegia piæ causæ conceduntur fauore Dei, & animæ, vt per Doct. in l. i. C. de sac. san. eccl. ideo maiori prerogatiua gaudere debent.

Ex quibus appetet q̄ tex. in d.l. diuus de testō militis, non obstat in casu de quo agitur, loquitur. n. in militē testante in temptorijs, non autem in expeditione militari, qui non habet eadem priuilegia, quæ habet qñ testatur in expeditione belli, & quæ competunt dispositionibus ad pias causas per p̄dicta. Et similiter nō obstat tex. in d.l. p̄filo §. propositū superius allegatus, loquit. n. ille tex. in pagano iurē cōi testante qui nullū habet priuilegium. & pariter non obstant nota. per Soccy. in d.l. i. §. si quis ita de verbo.

Aa oblig.

oblig. ac etiā ea quæ scribit Corneus  
in d. cons. 149. loquuntur enim præ-  
dicti, vbi non appareat aliquo modo de  
voluntate disponentis, sed vbi aliquo  
modo appareat de eius volūtate, tunc  
sine rogitu testium, & absq; alia sol-  
lemnitate, valet dispositio ita pun-  
ctualiter tenuit Corn. in d. cons. 149.  
col. 4. nu. 16. vers. & semper visum  
fuit, qui dixit quod vbi cōstat de ani-  
mo testandi, licet testes non sint ro-  
gati, valet testamentum, allegat in  
argumentum l. 1. ff. de milit. testam.  
& l. quamquam C. eod. tit. & recte  
intuenti dicit hoc probari per d. l. di-  
uis, & ēt per l. lutius eod. tit. † & ita  
etiam loquitur Soccyn. vbi supra qui  
loquit in naturaliter satis verboſo, q  
protulit verba satis generalia in pla-  
teis; & alijs locis non conuenientibus,  
adeo quod non potest aliter apparere  
de eius voluntate. At in casu nostro  
ſufficientiſſime demonstratur volun-  
tas dicti Ioannelli relinquendi eius  
bona dicto hospitali, tum ex testamē-  
to primo loco condito in quo eius  
vxorem hæredē instituit, & post eius  
mortem substituit dictum Hospitalē,  
per quod testamentum licet poſtea  
effectum caducum, & nullū permor-  
tem vxoris ante eiusdem Ioannelli  
mortem bene probatur voluntas ip-  
ſius testatoris, ita probat tex. in l. fin.  
ff. de rebus eorum, & in l. fin. in fine ff.  
de hæred. instit. Quæ etiam volunta-  
tis perſuerantia probatur ex multi-  
plici declaratione per ipsum diuersis  
temporib⁹, & in diuersis locis facta,  
declarando, quod ipſe volebat quod  
Hospitalē prædictum succederet ei-  
dem in omnibus eius bonis, quæ de-  
clarations geminate optime probat  
voluntatem deliberatam ipsius Ioan-  
nelli, vt probatur in authen. vt nulli  
Iudicū ſ. & hoc vero iubemus vers.  
vt ſecunda noſtra fiat de hoc iuſſio, &  
optime per Bar. in l. cum ſimus col. 1.  
C. de agric. & censi. vbi concludit, q  
verba geminata enunciatiue prolata  
inducunt diſpositionem, & probat vo-

luntatem proferentis, & ad hoc deser-  
uiunt allegata in primis allegationi-  
bus, & præſertim procedunt prædicta  
quia d. Ioannellus non habet filios, vel  
alios descendētes, & dictus Vinc. eius  
frater erat ipſius capitalis iničicus,  
quem per bina testamenta excluſerat  
ab eiusdem Ioannelli ſucceſſione, &  
pariter Hieronimus Cioffus & omnes  
confanguinei ipſius Ioannelli fuerunt  
exclusi ab eius ſucceſſione, quo caſu  
dētus Ioannellus præſumitur in eadē  
voluntate perſuerare & mortuum  
fuſſe ita probat tex. in l. fideicōmissa  
9. ſi rem ff. de legat. 3. & bonus tex. in  
l. lucius ff. de leg. 2. & probat tex. in l.  
3. quæ incipit cum tacitum, & in l.  
eumq; ff. de probat. maxime quia d.  
Ioannellus poſt conditum ſecundum  
testamentum in quo de Hospitali non  
ſecerat mentionem dixit not. qui il-  
lud ſcripsit, quod ipſe fuerat oblitus  
diſponere in testamento, quod poſt  
mortem ſuæ vxoris hæredis iſtitutæ  
volebat quod ecclesia eſſet hæres vni-  
uersalis ſuorum bonorum, de quo de-  
ponit d. notarius, qui in caſu prædicto  
eſt idoneus teſtis l. domitus labeo ff.  
de teſta. & notant Bar. & Doct. in l.  
hac conſultiſſima C. qui teſtam. fac.  
pnt, & tenet Innoc. in c. nihil de eleſt.  
4 & quamuis † legatum ſimpliciter fa-  
ctum ecclesiæ non nominādo ecclesiæ  
videatur factū ecclesiæ Cathedrali ip-  
ſius testatoris, vt notat Bar. in l. quæ  
conditio ſ. fin. ff. de condit. & demon-  
ſrat. & not. Fely. in c. fi. col. 13. vers. &  
ad hæc vide tex. in l. quæ conditio ſ.  
fin. extra de foro competen. quicquid  
dixerit Io. Fab. & Ange. de Are. in ſ.  
ſed ius quidem ciuile iſtit. de iure  
nat. gent. & ciui. qui dixit, quod ta-  
le legatum videtur factum Ecclesiæ  
Cathedrali. Sed prædicta procedunt  
in dubio, quando aliter non appetat  
de voluntate testatoris cui Ecclesiæ  
voluerit illud legatum dari, ſed vbi  
conjecturæ voluntatis testatoris ſunt  
pro vna ecclesiæ magis quam pro alia,  
illi Ecclesiæ debetur legatum, ita no-  
tanter

tanter tenuit Abb. in cap. indicante  
2. col. extra de testam. allegat Specul.  
in tit. de instrum. edict. S. nunc vero  
aliqua versi. quid si aliqui, sed dicta ec-  
clesia, & hospitale habet non solum  
conjecturas urgentes pro se resultan-  
tes ex tam euidenti affectione & amo-  
re quem dictus Ioannellus demonstra-  
uerat erga dictam ecclecam, & hospi-  
tale, in qua ipse construxit Cappellā,  
& pro eius dote legauit in dictis testa-  
mentis multa bona & pecuniarum  
quantitates, ac etiam ibi sepeliri vo-  
luit, sed etiam habet euidentes pro-  
bationes de eius voluntate resultan-  
tes ex primo testamento in quo sub-  
stituit vxori dictum hospitale, & ex  
dictis dispositionibus, & declaratio-  
nibus pluries factis. in diuersis locis,  
& temporibus, ex quibus geminatis  
declarationibus probatur determina-  
ta voluntas d. Ioannelli per superius  
allegata, maxime quia d. Ioannellus  
qui declarauerat suam voluntatem es-  
se, quod dictum hospitale succederet.  
in omnibus eius bonis, non præsumi-  
tur suam voluntatem mutasse. Sed in  
eadem voluntate perseverasse, taliter  
quod verba quæ dixit dicto notario,  
quod volebat post mortē vxoris suc-  
cederet ecclesia intelligi debet de  
præfata ecclesia, & hospitali Annun-  
ciatæ cum appellatione ecclesie ve-  
niat hospitale, vt notat Fely. in c. de  
quarta. col. 5. nu. 14. vers. & q̄ omne  
hospitale ex. de præscript. qui allegat  
Feder. cons. 3. incip. Quæstio talis est,  
an diocesanus. ex quibus recte con-  
cludendum videtur, quod dictum  
hospitale declarari debet hæres dicti  
Ioannelli, & ita mihi de iure videtur  
concludendum salvo saniori iudicio  
Sacri Consil. & Magn. causæ Commiss.

## ADDITIONES.

**A**d numerum primum ad l. diuus ff. de  
militari testamento pro confirmatione  
dictorum per meum Auum hic, vide Alex.  
cons. 168. vol. 5.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *Hæredum suorum appellatio-  
ne interdum agnati veniunt.*
- 2 *Facultas dantis licentiam, q̄  
recipientis debet intelligi prout  
ius intelligit.*
- 3 *Affensus operatur ut valeat  
quantum valere potest.*
- 4 *Heres ab intestato successurus  
censetur nominatus à defuncto  
babente potestatem aliquem no-  
minandi expressa neminatione  
cessante.*

## ALLEGATIO 43.

**H**abens facultatē nominan-  
di hæredem in officio, vel  
feudo, potest nominare etiam  
extraneum hæredem.

**I** dubium hoc esset in-  
ter priuatos, & non cū  
fisco tractādum palam  
dicerem Magn. Sororē  
esse ad feudum admit-  
tendam, nam empo-  
feudo pro hæredibus  
ex corpore, & in defectum quod esset  
facultas nominandi hæredem quem  
voluisset iam fuit cogitatum, quod ille  
nominandus esset etiam extraneus,  
& non successibilis stante inuestitura  
pro hæredibus ex corpore, & sic quod  
agnatus veniret, dicit. n. Bal. in c. na-  
turales col. 2. vers. sed quid si de feudo  
fuerit controu. quod si conceditur †  
feudum cuidam existenti in sacris re-  
cipienti pro se & hæredibus suis quia  
filios habere non pōt pro quibus tñ  
feuda dicebatur recipere, intelligitur  
de agnatis, sequitur Laudens. ibi in vi-  
timis verbis, quos approbat Cur. Iun.  
in tract. de feud. in 3. par. vers. decimo

Aa 2 septimo

- septimo quero, ibi circa hanc in fin. & sic veniat omnis qui posset tenere feudum, & dicitur tam dantis licentiam quam Magn. Cornelij recipientis fuisse intentionis intelligere illam facultatem, prout ius intelligit ut in specie in assensu dicit Andr. in cap. 1. col. 4. ibi intellexisse videtur, qui successor.
- 2 tenea. & quod semper † in concessione feudi dicatur regulari prout ius intelligit, & proprietas verborum patiatur tenet Paris. qui allegat Andr. in varijs locis in suo tract. de re integr. feudi cart. mihi 78. in cap. si concessio sub rubrica filij naturales an veniant, ad quem me remitto, vbi in fine tenet idem quod Bal. vbi supra licet ipsum non alleget, ideo idem Andr. in c. 1. in princ. col. 5. ibi consensus operabitur de prohib. feu. alie. per Feder. qd
- 3 semper in assensu † sit relatio ad id quod agitur, tacite vel expresse, & operabitur ut valeat quantum posset valere, quando posset alienare sine consensu, haec sunt verba sua, intelligendo igitur proprietatem verborum nominandi aliquem quem placuerit dic
- 4 citur fuisse intentionis, quod † non facta nominatione, veniret ille, qui alias fuisset successurus, quando feudū non fuisset receptum pro haeredibus ex corpore, & sic quod soror succedat iuxta terminos c. Regni considerantes, & quia ita lex præsumit, argumento l. conficiuntur ff. de iure cod. ita in potestate nominandi post lo. Andr. consuluit Alex. in cons. 22. col. 2. vers. sic. hoc decidit vol. 3. approbat Ias. alia allegans in cons. 215. col. 2. versi. ad idem vol. 2. & quod dicatur habere voluntatem fratris non nominando alium in pulchra q. per d. l. conficiuntur decidit Iacob. de Rauen. in l. si arrogator ff. de adopt. quē ibi sequitur Cy. & Alber. de Ros. in vltimis verbis.

Hanc opinionem in pulcra quæsti, satis accommodatam ad casum nostrū, & ferè in terminis determinavit se- quendo eam Bal. nou. in l. cum filio ff. deleg. 1. quē refert & sequitur Curt.

Ian. in cons. 4. col. 3. vers. eandem opinione, quod consilium rogo videatur totum, quia ultra decisionem Bal. noue. allegat multa fundamenta strigentia in fauorem huius dubij, & secundum illud consilium fuit iudicatum, ut ipse Curtius refert in authentes quæ col. 7. nu. 19. C. commun. de leg. & illud approbat Cagn. in l. haeres dem ff. de regul. iuris, & quod ista fuerit intentio Magn. Cornelij per dictā legem conficiuntur in alia quæst. consuluit Soccin. in cons. 81. col. pen. vers. & ad rationem vol. 4. Cum igitur de iure ita ut dixi intelligitur assensus, & potestas, & ius ita interpretatur, dicitur non extensio, sed comprehensio, ut in multis exemplis dixit Andr. in c. 1. in princ. col. 2. de prohib. alie. feu. qn̄ nominato titio dicitur nominatus haeres, & dicens de toto comprehenditur pars, & Doct. ut cautius sit impetrare assensum simpliciter de alienando, ut est casus iste, & nimis quia etiam in pennis sit extensio qn̄uis verborum proprietas significat, cum magis dicatur comprehensio, quam vera extensio, ut notat Aret. in l. cum l. per illum tex. ff. de testam. & ante eum Calder. in cons. 1. de consang. & affinit. dicit enim Bar. in l. liberorum 1. col ff. de verb. signif. quod id quod venit virtute continentiae dicitur proprie esse, nec mirum quia potest Princeps id quod alias esset. unius naturæ facere, quod sub alia intelligatur, ut post Bal. tenet Loffr. in cons. 39. in fin. & in præjudicium Curiæ ista licentia latissime est intelligenda, ut in specie consuluit Guil. per. apud siculos magnæ authoritatis suo tempore in materia feud. in cons. 14. col. penul. versus finem, & col. fi. ut sic si verum amamus ista Magn. soror Magnif. quond. Cornelij Caraccioli dicatur vocata à fratre, & comprehensa in instrumeto emptionis, in illa potestate nominandi. Haec pro veritate ut mihi videtur scripsi, quamvis mea infirmitas non dedidit locum largius exordiendi.

ADDI.

## ADDITI O N E S.

**A**D totam istam allegationem, quod non facta mentione hæreditis succedat ista sator tanquam veniens ab intestato ut proximior; Ultra allegata per meum Auum hic, concordant Doctores relati per Annâ singul. 391. & sic fuit decisum, ut per Franchum decis. 45. nu. 2. & in fine, Freccia de subfend. lib. 2. q. 42. fol. 244. in noua editione Thesaur. decis. 97.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Privilégium Principis non derogat priuilegio per prius alteri concessso, nisi expresse dicatur, nec reuocare potest, si transit in contractum.* e. 2.
- 2 *Speciale priuilegium alicui concessum non tollitur per legem generalē.*
- 3 *Clausula derogatoria in priuilegijs quid importet.*

## ALLEGATIO 44.

**P**rincep non potest reuocare priuilegium, quando transiit in contractum, quia interuenit pecunia.



Voniam Ciuitas Auer-  
sana, illiusq; Ciues, &  
homines Casalium ip-  
fius habent priuilegiū  
Incliti Regis Ferdinan-  
di primi quod possint  
cōuenire homines Ca-  
salium, in quibus Barones ipsorum ha-  
bebant, & habent merum, & mixtum  
imperium coram Magn. Capitaneo d.  
Ciuitatis, vel coram vtiliter Dñis ip-

forum Casalium, ad eorundem Ciuiū electionem, non obstantibus priuilegijs antea concessis, & posterum concedendis, ipsaq; Ciuitas fuit prout est in possessione dicti priuilegij, etiam cum Magn. Cosmo Pinello apparen- te decreto Sacri Consilij late cum ipso Magn. Cosmo in actis præsentato, ultra non nulla alia decreta lata cum diuersis alijs Baronibus aliorum Casalium d. Ciuitatis, similiter in actis presentata.

1 Non est rationabiliter & dubitan- dum quod priuilegium post multa tē-  
pora concessum dicto Magn. Cosmo,  
& cum clausula priuatue ad Capita-  
neum Auersanum, non præiudicau-  
erit d. priuilegio prius concessso ciuibus  
Auersariis, ita est formalis tex. in l. 2.  
§. merito, & §. si quis à Principe ff. ne  
quid in loco publico, quod procedit,  
2 etiam si Princeps & concedat secun-  
dum priuilegium motu proprio, ita  
punctualiter tenuit Io. And. in cap. si  
motu proprio de præben. in 6. quem  
sequitur Abb. in c. 1. in 10. col. extra  
de iudic. qui ad hoc multa alia alle-  
gat. Ad quod optime deseruiunt dicta  
per Bal. in l. ex facta in princ. ff. de  
vulg. & pupillari, notat plene Fely. in  
c. causamq; col. 10. in verbo interpre-  
tatio priuilegij extra de rescript. Ita  
etiam indiuiduo tenuit Bal. in c. 1. in  
princ. de natura feudi, vers. & sic pa-  
tet hic argumentum qui dixit, quod  
secundum priuilegium non tollit pri-  
mum, quia non est in potestate Prin-  
cipis, sed est factum priuati iuris, in-  
ferens quod Imperator Federicus pri-  
mus qui fecerat Comune Papiæ Co-  
mitē in certis Castris, & terris, quod  
nec ipse concessor, nec eius successor  
poterat reuocare sine culpa Comunis  
Papiæ de quo per Bal. de Pace Con-  
stan. in verbo amplius conuenerunt,  
qui dixit, quod in priuilegijs prior tē-  
pore est potior in iure inferens quod  
in concessionibus aquarum publica-  
rum, quæ sunt à Principe, semper vi-  
dentur reseruata iura eius, cui prima  
con.

cōcessio facta fuerat, & tenet Bal. in l. 1. col. 1. de constit. Princip. & expresse Ludou. cons. 298. incip. circa prēmissa; & ad hoc optime deseruit, nam virtute dicti priuilegij per prius Auersanis concessi, ipsa Ciuitas, & homines illius acquisierant ius cōueniendi vas-sallos Baronum habentium merum, & mixtum imperium coram Capit. Auersano, quamuis postea fuerit con-cessum per Serenissimum Imperato-remerum, & mixtum Imperium, cum clausula priuatiæ ad Capitanū Auersanum, nulla facta mentione pri-uilegij Auersanorum, nec aliter dero-gato dicto priuilegio per secundum priuilegium d. Magn. Cosmo conces-sum, non tollitur primum de eo non facta mentione. Ita probat tex. iuncta glos. in l. decurionibus C. de silentiar. lib. 12. per quem tex. dixit ibi Io. de Plat. t quod speciale priuilegium ali-cui concessum non tollitur per gene-rale legem, vel dispositionem in cō-trarium factam, quia specialis conces-sio, speciale requirit ademptionem, allegat tex. in l. si mihi, & tibi §. in le-gatis ff. de leg. 1. & idem dixit Io. de Plat. in l. priuatæ rei C. de excusat. mune. lib. 10. qui dixit, quod si alicui est concessa immunitas specialis, licet postea imponantur datia, seu collecta generalis, quod omnes, & singuli cu-iuscumq; conditionis teneantur sol-uere, quod per hanc generalitatem non tollitur speciale priuilegium im-munitatis, allegat gl. in d. l. decurio-nibus, nam specialiter concessum re-quirit speciale ademptionem, alle-gat l. si quis in princ. ff. de legat. 3. non autem tollitur speciale præcedens per subsequens generalem secundum ip-sum allegantem dictum §. in legatis, idem, & melius tenuit idē Io. de Plat. in l. 1. in 3. col. C. de petit. bonor. sub-lat. qui dixit, quod rescriptum Prin-cipis, quod est contrā priuilegium ali-cuius, non valet, nisi de illo fecerit speciale mentionem, allegat c. cum ordine extra de rescript. & d. l. decu-

rionibus, & multa alia iura, & ad hoc accedant notabiliter dicta per Bal. in authen. hoc inter liberos in princ. C. de testam. qui dixit, quod vbi agitur de præjudicio cōcedentis, sufficit clau-sula generalis, non obstante, sed vbi agitur de præjudicio tertij, requirūtur specialia verba secundum eum, & ad hoc ācedat bonus tex. in c. si propter tua debita de rescript. in 6. per quem tex. dicit ibi Dominicus, quod priuilegium impetratum contra aliud priuilegium non valet, nisi de illo fecerit speciale mentionem, allegat nota. per glos. in c. 1. de constit. eod. lib. 6. & in c. 1. in vers. quia speciale man-datum de rescript. & dixit idem Do-minicus in d. c. 1. de constitut. in 6. col. 2. quod priuilegium contra aliud priuilegium impetratum non tollit il-lud per iura ibi per eum allegata, & di-xit Bal. notabiliter in l. fin. in fine C. si contra ius, vel vtil. publ. Quod rescri-ptum Principis contra aliud priuile-gium alicuius non valet, si non facit mentionem de illo allegat d. cap. cum ordine de rescript. & multa alia iura. Fortificantur prædicta, nam ipsa Ciuitas Auersana virtute d. priuilegij alias obtinuit decretum in Sac. Cons. quod quidā vassallus d. Magn. Cosmi, qui reperiebatur carceratus in curia Auersana ad quærelam ciuiis Auersani, & repetebatur per ipsum Magn. Cosmum, nō remitteretur eidem, sed contra eum procederet Magn. Capi-taneus Auersanus, quod quidem de-cretum transitum fecit in rem iudi-catam, per multa tempora, & in se-cūdo priuilegio impetrato per ipsum Magn. Cosmum, non solum non est facta mentio d. priuilegij Auersanorū, sed nec etiam est facta mentio dicti decreti transacti in rem iudicatā, quo casu secūdum priuilegiū est nullum, ita est tex. iuncta glos. in l. 1. C. sen-tentiam rescindi non posse & est bo-nus tex. in c. exposita extra de arbitr. & tenet expresse Card. in c. cum olim in princ. per illum tex. extra de pre-script.

script. & tenuit in individuo in priuilegio Fely. in c. 1. col. 14. vers. & dicit Card. extra de rescript. & tenuit notanter Bal. in l. superiore col. 2. versic. ex hoc collige C. ut lite penden.

4 Confirmantur & prædicta, nam in priuilegio Auersanorum adest clausula derogatoria priuilegijs concessis, & concedendis, qno casu si in secundo priuilegio non sit etiam mentio de dicta clausula derogatoria, tale secundum priuilegium non præjudicat. Primo ita punctualiter Philip. Dec. cons. 165. viso tenore priuilegij alti passus 1. & 2. col. 1. vol. & idem Philip. Dec. consil. 168. Reu. Pater in 3. col. eodem 1. vol. vbi plene, sed in priuilegio dicti Magni. Cosmi non solu non sit mentio de priuilegio Auersanorum, sed nec etiam de d. clausula derogatoria, quo casu sūm non præjudicat primo priuilegio.

Et quia virtute d. priuilegij Auersanis concessi, & etiam decreti desuper latis cum eodem Magni. Cosmo ipsi reperiuntur in possessione conuenienti vassallos Casalis Iugiani corā Capitaneo Auersano, & ipse Magnif. Cosmus qui petierat remissionem dictorum vassallorum, fuit repulsus priuilegium dicto Magni. Cosmo concessum, nulla facta mentione possessionis dictorum Auersanorum, non habet vires, & efficaciam, ita est tex. formalis in c. 2. de deci. in 6. & notatur in c. dudum de priuilegijs, & notat Abb. in c. veniens in 3. col. extra de prescript: & est bonus tex. & ibi per Doct. in c. cum nostris extra de concess. præben.

Ius super considerandum est, quod d. Civitas Auersana habuit dictū priuilegium à quōdam Inclito Rege Ferdinandō primo, & illius priuilegij vigore, reperitur in possessione, rā contra ipsum Magni. Cosmum, quam contra nonnullos alios Barones, ut ex decretis in actis præsentatis appetat, propterea eidem Magnif. Cosmo obstat exceptio Regiæ Pragmaticæ in 1. capite, propterea decretum Magni. Ca-

pitanei Auersani, quod dicti vassalli non remittantur eidem Magni. Cosmo, fuit legitimæ latum, & debet de jure confirmari, & ita mihi videtur.

### A D D I T T I O N E S.

**P**ro confirmatione adductorum per meū Auum hic; quod priuilegium concessum vniuersitati, & ciuibus Auersanis, non tollatur per priuilegium subsequens concessum Cosmo Pinello, utili Dño Casalis Iuliani. Adduco quod priuilegium subsequēs generale, non præjudicat priuilegio speciali dictæ vniuersitatis præcedenti. Bar. Angel. Io. de Platea in l. prædia C. de locatione prædiorum ciuilium lib. 11. Dec. in consil. 292. col. 2. in fin. late Iason in l. quoties col. 3. vers. 4. facit C. de rei vendic. Nam requiritur specialis mentio, & generalis relatio nunquam extenditur ad specialiter prouisa Abb. in c. cum secundo requiris de appellation. maxime in preiudicium tertij, ita Dec. ibi refert, & sequitur Io. Vincentius de Anna in allegat. 53. nu. 26. & 27. & in allegat. 64. num. 16. & in allegat. 69. nu. 34. & nu. 43;

Abb. Io. Hier. de Mauro.

### S V M M A R I V M.

- 1 Hospitali Incurabilium possunt Prælati testari de licentia Pape, & nu. 7.
- 2 Mortuo Prælato, fructus extantes, & non recollecti, an pertineat ad eius heredem, vel ad successorem in ecclesia.
- 3 Prælatus est usufructuarius, seu usurarius bonorum Eccles.
- 4 Delictum, vel factum Prælati non nocet ecclesiæ.
- 5 An ecclesia, vel successor Prælati teneatur ad debita contracta per defunctum Prælatum.
- 6 Prælatus num possit testari de fru-

*de fructibus ecclesie.*

8 *An Papa possit dare licentiam  
clericō testādi de bonis ecclesie.*

### ALLEGATIO 45.

**M**ortuo Prælato fructus extantes non recollecti, an pertineant ad eius hæredem, vel ad successorem in Ecclesia?

**R**esupponitur in facto, quod quondam Reuer. Fabi<sup>o</sup> Arcella olim Archiepsis Capuanus decessit de mense Iunij eo tempore quo frumenta partim non erant se- cata, & aliqua qua<sup>e</sup> reperiebantur se- cata adhuc erant in agris, & non erant aliter reducta in horreis, & existens dictus Dñs Fabius propè mortem, asseritur ipsum condidisse f<sup>t</sup> testamentum, & Hospitale Incurabilium instituisse vniuersalem hæredē, cuius institutionis vigore dictum Hospitale mediantibus eius procuratoribus exegisse magnam quantitatem frumentorum à colonis ecclesie de Mense Augosti, ac percepisse multa bona mobilia existentia in Palatio dictæ ecclesie, & quia in præsenti discutitur in Regia Camera Summaria, & coram V. I. D. Dño Paulo de Magnanis ipsius Regiae Cameræ Præsidente, & causæ Commissario, vitrum dicti fructus, ac census & pensiones exacti nomine dicti Hospitalis spectent ad ipsam ecclesiam Capuanam, & consequenter ad ipsum Reuerendiss. Cardinalem ipsius Ecclesie Prælatum, an vero ad d. Hospitale.

Dico non esse rationabiliter dubi- tandem, quod dicti fructus, & census,

ac pensiones spectent ad ecclesiā Ca- puana, & consequenter ad ipsum  
2 Reuerendiss. Dñm Cardinalem nam quamvis glos. vulgaris in cap. pñti in glos. magna de offic. ordin. in 6. dixe- rit quod Prælatus viuens est vsufru- Etarius bonorum ecclesie, & quando incipit infirmari dicitur vsuarius, & propterea fructus secatos in agris exi- stentes ipse Archiepsicus defunctus ad hæredes transmiserit, per tex. in L. si vsufructarius messem in princ. ff. quib. mod. vsufr. ammitt. & per tex. in l. defuncta ff. de vsufruct. & vide- tur hoc tenere Alex. in l. diuortio col. 2. in princ. ff. solu. matrim. Attamen illa glos. in d. c. pñti communiter re- putatur non vera, & contra eam in in- diuiduo tenuit Abb. in c. cum esset in repetit. col. 8. de testam. dicens, quod siue clericus habeat administrationē,  
3 siue nō habeat administrationem f<sup>t</sup> di- citur vsuarius, dicens quod clerici, li- cet habentes administrationē debent esse contenti victu, & vestitu, nec de bonis ecclesie valent condere testa- mentum, allegat id, quod notat lo. in c. res ecclesie 12. q. 1. vbi secundum Abb. dicit, quod de bonis ecclesie il- lud solum est clericorum, quod pro- babili ratione cōsumunt, vnde infert, quod si clericus emit equum de bonis ecclesie quod ille non est suus, sed ec- clesiæ, & allegat Innoc. in c. cum in officijs eod. tit. de testam. qui etiam videtur dicere, quod iudex non debet admittere expērias delicatas de bonis ecclesie factas per Prælatum, sed tan- tum illas qua<sup>e</sup> facte sunt per elemos- nam pauperum, & alijs pijs causis, & propterea dicit, quod d. glos. in cap. pñti non est vera, & multa ad hoc al- legat. Idem expresse tenuit idē Abb. in c. fin. in vlt. ool. de pecul. cleric. qui dixit, quod illa glosa nunquam sibi placuit, nec probatur aliquo iure, & ideo tenet, quod siue habeat admini- strationem, siue non, semper censetur vsuarius, ita quod de bonis ecclesie non potest aliquo modo disponere, nec

nec testari, nisi elargiendo elemosinas moderate tantum, & accipiendo moderate, quantum sibi sufficit pro eius victu, secundum eum, idem expresse tenuit idem Abb. in cap. fin. in glos. in verbo fruatur extra de pignoribus qui tenet quod clericus in fructibus ipsius eccles. indistinctæ æquiparatur vsuário, qui nullatenus de ipsis fructibus disponere potest, nisi quatenus sunt necessarij ad moderatum victū, & ut moderate de eis aliquas faciat elemosinas, sed de eis nullatenus testari potest, quicquid dixerit d. glos. in d. cap. præsenti, & ad hoc optime deseruit illud, quod dicit Abb. in cap. de multa col. 4. in glos. in verbo pruentibus de preben. † quæ dixit quod si clericus est debitor ex contractu, vel delicto, non potest de fructibus beneficiorum cogi satisfacere creditori, quia factum, vel delictum personæ clerici non debet nocere ecclesiæ, quæ est Dñæ fructuum, allegat ad hoc glos. in c. cum sicut de consecrat. Ecclesiæ vel Alta. & bonam glos. in l. cum stipendia C. de execut. rei iudic. quæ dicit quod sicut in causam iudicati non debent capi stipendia militum seculi, ita nec stipendia militum ecclesiæ quicquid dixerit glos. in d. c. præsenti, & Hostiens. in d. cap. de multa. Idem expresse tenuit idem Abb. in cap. 2. col. fin. versic. aut contraxit pro patrimonio suo, extra de fidei soribus qui dixit, quod vbi clericus non contraxit † debita pro utilitate ecclesiæ, vel sui substitione, sed pro suo patrimonio conseruando, vel alter fideiubendo, & credit ipse firmiter, quod de fructibus beneficiorum non debent aliquo modo satisfieri creditoribus illa potissima ratione, quia de fructibus beneficiorum illud solū est clericorum, quod probatili ratione consumunt, taliter quod fructus beneficiorum non sunt cletici beneficiati, sed ecclesiæ, prout ipse dixit in d. c. fin. de pign.

Et ad hoc optime deseruit illud;

quod dixit Bal. in l. vnic. col. 16. versic. dico ergo quod secundus casus ad ministratorum C. de confess. qui dixit, quod licet feudarius, vel emphiteuta habeant utile dominium, Prælatus tamen non habet utile dominium, & ideo verbum vsufructuaris in prælato non stat proprie, sed venit in consequentiam liberæ administrationis, & inquisitionis dicens quod alibi dicimus, quod quando verbum vsufructuaris profertur in dispositione tunc stat proprie allegat l. si quis ita ff. de vsufruct. sed quando profertur in consequentiam alterius dispositionis, tunc vocabulum illud impropriatur, allegat l. proculus ff. de vsufr. & ad prædicta accedant notabiliter dicta per Ludou. Bolognin. in additt. ad cons. Ioannis de Anania 87. incip. circa dubium de quo agitur, qui dixit quod beneficiatus non æquiparatur vsufructuario, vt ipse sicut vsufructarius facit fructus suos, & de eis possit disponere, & testari, allegat multa, & signanter glos. in d. cap. fin. quod incipit, si quis sane de pecul. cleri. & idem tenuit Cardin. in cons. 79. & ad hoc optime adducitur tex. in c. Episcopi de rebus 12 q. 1. vbi tex. formaliter dicit, quod quicquid ad Episcopum peruererit de prouisione sive ecclesiæ, sive de agrois, sive de fructibus, sive de oblationibus, omnia in iure ecclesiæ seruari censuimus, taliter quod fructus peruenti ad prælatum de bonis ecclesiæ sunt in dñio eccles. ita quod si ipse fuisset vsufructarius honorum ecclesiæ dum uixit, iam acquisiuisset dominium fructuum perceptorum, sicut acquirit vsufructarius, bonus est tex. in c. expedit eadē causa, & quæst. vbi expresse dicitur, quod bonorum ab ecclesia peruento rū prælatus non est Dñus, sed dispensator, bonus est tex. in c. res ecclesiæ ead:causa, & quæst. vbi dicitur quod res ecclesiæ non quasi propriæ, sed ut cōmunes sunt habendæ, & ibi glos. dicit q̄ si de fructibus ecclesiæ clericus

emisit equum, non est clerici, sed ecclie. Hinc dixit notabiliter Io. Andr. in c. cū in officijs col. 2. vers. sed quæritur extra de testamentis, quod mortuo Prælato, si talia bona occupentur per hæredes Prælati, vel alium ecclesia non agit contra occupantes criminе expilatæ hereditatis, sed agit actione furtiva, bonorum raptorū rei vindicatione, vel alijs actionibus Dño competentibus, quia ecclesia dicta bona vendicat, non tanquam hæres, sed tanquam Dña; & ad prædicta adducitur illud, quod punctualiter tenuit Archid. in c. statutum §. assessorem de rescripr. in 6. qui dixit quod Prælatus siue habeat administrationem, siue non habeat, non acquirit dominium fructuum ecclesiaz, nisi quantum sibi fuerit necessarium pro eius victu, & substantiatione.

6 Et ideo de eisdem fructibus & perceptis, vel percipiendis post eius mortem testari non potest, quem sequitur Io. Andr. & plenius Petrus de Anch. in d. c. pñti, nec obstat tex. in d. l. defuncta, qui videtur principaliter adduci in obiectum, quia ille tex. loquitur in vsufructuario, qui facit fructus suos. Item ille tex. loquitur in casu quo colonus vsufructuarij iam perceperat fructus ante morte vsufructuarij, licet pensio deberetur alio tempore, iam vsufructuarius erat mortuus, propterea hæres vsufructuarij licite percipit pensiones. At in casu nostro prælatus non erat vsufructuarius, & consequenter non tantu non habebat ius in fructibus percipiendis post eius mortem, sed fructus percepti, & iam reconditi non erant sibi acquisiti, nec in eius dominio. Ideo hæres prælati exigere non potuit fructus non debitos prælato tempore mortis similiter non obstat tex. in l. si vsufructuarius messem & quibus modis vsufruct. amitt. ille n. tex. loquitur similiter in vsufructuario. Item etiam loquitur qn vsufructuarius iam fecerat messem, & sic expensas fecerat in arando, & semi-

nado; propterea si ante perceptos fructus moriatur vsufructuarius, hæres ipsius licite percipit fructus iam semi-natos per vsufructuarium, quæ omnia cessant in casu de quo agitur. Itero ille tex. loquitur, quando fructus essent à solo separati, & per vsufructuarium, vel eius colonum in horre reconditi, quo casu vere vsufructuarius dictos fructus reconditos acquisivit, & propterea eius hæredi debentur, omnia cessant in casu nostro, & ad hoc optime deserunt nota. per Andr. de Iser. c. 1. §. his consequenter 2. col. hic finitur lex, qui dixit quod clericus nō solum non acquirit, nec efficitur dñus fructum percipiendorū post mortem prælati, nec dicti fructus debent eius hæredi, sed fructus percepti & reconditi non efficiuntur hæredis, ex quo ipsi fuerunt, & sunt in dñio ecclesiaz & ipsi eccles. tanq; Dñæ debent restituiri, taliter quod de eis beneficiatus disponere non potest, & idem sentit Alex. in l. diuortio 2. col. ff. solu. matrim.

7 Et si diceretur, quod prædicta omnia procedunt de iure communi, quo Prælatus de bonis ecclesiaz & de fructibus ab ecclesia peruentis testari nō potest, sed in casu de quo agitur, præsupponitur & quod dicto Hospitali fuerit cōcessum priuilegium per Pontifices, quod Prælati ecclesiarum possint in eorum testamentis relinquere dicto Hospitali, etiam bona ad ipsos peruenta, ex bonis ecclesiarum, & quod possint dicti Prælati hædem instituere dictū Hospitale, quod quidem priuilegium adhuc non est productum, nec ego eum aliter vidi; Attamen quando appareret d. priuilegium, & illud fuisse concessum dicto Domino Fabio, quod esset in fortioribus terminis illud intelligeretur concessum, ut potuisset testari de bonis ad eum peruentis de bonis Ecclesiaz Capuanaz, & non in alijs, ita pñctualiter tenuit Petr. de Anch. in cons. 186. incip. pro parte Ecclesiaz Cathedralis col. 2. vers. itē in temate præ:

præsupponitur &c. qui dixit, quod priuilegium concessum Episcopo à Papa testandi, intelligitur de bonis mobiliis ecclesiæ peruentis ad Prælatum, sequitur Felyn. in c. 1. verbo priuilegium in princ. extra de rescript. qui dixit quod priuilegiū concessum Episcopo, vt possit testari, intelligitur de bonis ab ecclesia quæsitis, & sentit Rota decis. 560. incip. vtrum fructus beneficiorū in antiquis car. 48. & ad hoc accedat illud quod notanter dixit Bal. in l. 1. col. 3. vers. & est argumentum C. si seruus extero. qui dixit, quod licentia Papæ testandi, concessa monaco, intelligitur de rebus quæ de facto monacus possidet, taliter quod quando appareret priuilegium concessum dicto Reuerendiss. Fabio, prout non apparet, nec aliter prætenditur per dictū Hospitalē, sed tantum quod priuilegium fuerit concessū Hospitali modo prædicto, illud intelligetur de fructibus, & rebus ad ipsum peruentis a dicta ecclesia, nō aut quod in dicto testamento includerentur fructus non exacti, vel aliter ad Prælatum non peruenti.

Et quamvis Abb. in d. c. cum esses in repetitione col. 13. in 5. principali 8 quæstione dixerit + quod Papa non potest clero dare licentiam testandi de bonis ecclesiæ per optimas rationes ibi per eum adductas, ego tamen, quia multi tenent contrarium, non firmo pedes in tali opinione, sed dico, quod quando appareret talis licentia concessa dicto Dño Fabio, talis licentia esset odiosa, & consequenter strix. Et interprætanda, ita punctualiter tenuit Philip. Dec. in conf. 512. Incip. cum Reuer. Cardinalis col. 2. vers. quibus tñ non obstantibus in 3. vol. & teneat exp̄sse Soccin. in conf. 13. col. 5. vers. decimo septimo 1. vol. & idem sentit Abb. in d. repetitione d. c. cum esses col. 12. & 13. vers. quinto principaliter quero, & quia tale priuilegium posset esse nocium, & præjudiciale ecclesiæ, idco in præjudicium ecclesiæ

fit illius stricta interpretatio, vt intellegitur de bonis tantum existentibus, in posse Prælati tempore testamenti, & ad eum peruenti de bonis ecclesiæ, non autem de fructibus non exactis, uel aliter reconditis, & non existentibus in posse Prælati; per quæ omnia videtur posse concludi quod fructus, & pecunia exactæ à dicto Hospitali, post mortem dicti Domini Fabij, fuerunt indebitæ exactæ, & sunt restituenda dicto Illustissimo & Reuerendissimo Cardinali.

### A D D I T I O N E S.

**A**d numerum quintum, tractatur hic articulus, an ecclesia, vel successor Prælati teneatur ad debita contracta per defunctum Prælatum? In quo articulo ultimæ allegata per meum Auūm hic. Addo Capic. decis. 84. qui late tractat articulum istum, sed circa funeralia defuncti Episcopi, tandem nu. 3. concludit secundum votum suum, quod Ecclesia sit obligata ad medelas, ad debita defuncti ex spolijs tam soluenda, ut ibi per eum, & Dec. in conf. 157. tractat eandem quæstionem, & vide Iasonem conf. 222. vol. 2. Asfrering ad Cappellam Tholosanam decis. 497. Luccam de Penna in l. 2. C. de fundo reipublice, Abb. in c. 1. & 2. de solution. Franciscum Aretinum in l. Civitas ff si cert. pet. glosam, & Doctores in c. fin. de officio ordinarij in 6. Boer. decis. 204. & latissime Menoch. de arbitr. Iudicium casu 432.

Et in hoc punto principali de quo loquitur meus Auūs hic. dico q̄ fructus beneficiorū tempore obitus beneficiorum inexacti debeantur successoribus in beneficijs, & non hæredibus dictorum beneficiatorum, vt in constitutione Pauli tertij in bullario fol. 504. & fol. 405. sed isti fructus hodie speiat ad Collectores Cam. Apostolicæ, vt in bullario fol. 569. & sic limitatur dispositio capituli finalis, de officio ordinarij in 6. & cap. quia sepe de electione in 6. & Clementina statutum eod. tit. & c. cum vos de officio ordinarij quia non reseruantur vacatis ecclesijs, vel eorum successoribus; Insuper adeit Breue Apostolicum Pij Quinti, incipiens Ad perpetuam rei memoriam, Cum sicut accepimus &c. quod fructus nō exacti spectant ad Cameram Apostolicam. Circa numerum quintum, circa illud articulum an ecclesia, vel successor Prælati teneatur ad debita contracta per defunctum

Prelatum, vlera scripta per meum Auum hic, & vlera quæ supra allegau ex Capic. decis. 84. cum alijs ibi per me allegatis, Addo quod vbi fructus ecclesiæ uix sufficiunt pro alimentis Prelati, & Prelatus habet alia bona patrimonialia, bona quæ reperta sunt tempore obitus non habentia signum ecclesiæ, præsumuntur potius quæstifica ex bonis patrimonialibus Prelati, quæ ecclesiæ Rota Romana quæ alias allegat decis. 582. diuers. part. lib. 3. & quod Camera Apostolica non possit facere spolium mortuo Prelato, nisi prius deducis erz alieno, & debitis quibus misime alias satisficeri posset, decidit Roderic. in sum. par. 2. car. 34. conclus. 4. quæstionum regul. q. 30. Et in dubio bona quæ Prelatus habet, an censeantur acquisita ex redditibus ecclesiæ, & post obtemptam dignitatem, an vero ex patrimonio, & ex propria persona, præter Doctores Canonistas in c. 3. de pecul. cleric. & alios, videndi sunt Andreas Barbatius in tractatu de præstantia Cardinalium par. 1. q. 3. Didacus Couarruias in c. 1. nu. 6. extra de testamento, Iul. Clarus lib. 3. recet: sententiarū quæstione 27. nu. 3. Mascard. in tract. de probatio[n]ibus conclus. 202. Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 53. & Molinas in tract. de iusticia & iure, & in disputatione 147. in fine.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Annua pensio assignata super fructibus alicuius ecclesiæ alicui in stipendium, an dicatur beneficium ecclesiasticum.*
- 2 *Quid si detur alicui in titulum beneficij.*
- 3 *Si beneficium conferatur absenti, nulla persona media existente per illam collationem nihil acquiritur absenti.*
- 4 *Ratihabitio nō trahitur retro, quando termini non sunt habiles.*

5 *Excommunicato non potest conferri beneficium, nec ipse alij conferre.*

6 *An Papa conferendo beneficiū indigno vel excommunicato vi deatur cum eo dispensare?*

### ALLEGATIO 46.

**Q**vando pensio assignata dicatur in titulum beneficij.



N causis Venerabilis Ecclesiæ & Hospitalis Sanctæ Mariæ Annuntiatae de Neapoli, ipsiusq; Magn. Magistro rum cū Thomasio Tancreda super petitione annuæ pensionis ducatorum centum de Camera super fructibus ecclesiæ Sanctæ Mariæ Montis Virginis, & alijs ut ex actis d. causæ plenius apparet, puto d. Ecclesiæ, & Hospitali non esse obligatum ad solutionem dictæ annuæ pensionis dicto aduersario agenti, ex infra scriptis.

- Primo tamen præsupposito, quod quæuis regulariter annua + pensio quæ super fructibus alicuius ecclesiæ fuit assignata alicui in stipendum; non dicatur beneficium ecclesiasticum, ex quo ipsa consistit in sola temporalitate, & nullum ius spirituale transit in eum, cui talis pensio fuit assignata, prout punctualiter tenuit Abb. in c. ad audientiam el secudo in primo notabili, & ibi Felyn. in princ. extra de rescript. & tenuit Gemi. in c. quamvis in fine principij de præben. in b.
- Attamen + quando pensio datur alicui in titulum beneficij concurrentibus his quæ requiruntur ad essentiam beneficij, bene dicuntur beneficium ecclesiasticum. Ita punctualiter tenuit Bal. in d. c. ad audientiam, qui dixit quod

quod pensio de sui natura non censemur beneficium ecclesiasticum cū possit assignari laico , nisi sit talis pensio, quæ consueisset pro ecclesiastico beneficio assignari allegat Archid. in d. c. quamuis, & notatur per Doct. in d. c. ad audientiam, & tenuit Ludo. Gomes. in regu. de annali possessore q. 2 1.

Quod autem in huiusmodi pensione de qua agitur concurrent ea quæ requiruntur in beneficijs ecclesiasticis optime apparet, nam pensio, quæ datur in stipendium extinguitur cū persona illius cui soluitur, sed vbi pensio non extinguitur cum persona, sed potest transire ad successorem, illa dicitur assignata in titulum beneficij, ita punctualiter tenuerunt Dñi de Rota decisi. 2 10. quæ incip. nota quod pauper clericus in antiquis, & in specie tenuit Fely. in c. postulaisti col. 12. & 13. vers. 3. declaratio pauper clericus, extra de rescript. qui dixit, qd vbi pensio est constituta loco beneficij, adeo quod transferatur de persona in personam, tunc est beneficium, & impetrans beneficium in forma communis, tenetur de ea facere mentionem in impetracione, alias si de ea non fiat mentio, impediret, & annullaret gratiam, & ibi per eum qui multa ad hoc allegat, sed per Bullam Leonis Papæ decimi in actis productam apparet qd pensio alias reseruata super fructibus d. monasterij Montis Virginis in favorem quondam Clerici Iacobi Bruschi erat sibi concessa cum facultate quod eam mediante aliqua persona ecclesiastica trāsferre potuisset in personam sibi melius visam absq; voluntate Abbatis, seu commendatoris d. Monasterij, & sic d. pensio censetur perpetua ex parte illius, cui soluebatur, quæ est vna de qualitatibus, ex quibus cognoscitur, quando fuit assueta in titulum beneficij.

Et ad prædicta optimo deseruit qd d. pensio fuit reseruata in favorem d. Iacobi Bruschi, non solum cum d. qualitate, & facultate illam vt supra tran-

ferendi, sed etiam in casu quo eidem non solueretur in termino præfixo, & post menses sex elapsos à dicto termino fuit concessus eidem regressus in d. monasterio. Ita quod in casu prædicto ipse Iacobus posset monasterium prædictum accipere in titulum, & de eo disponere, tanquam beneficio, supportatis oneribus ipsius, quo casu in eum, ex dictæ pensionis assignatione transiuit ius spirituale s. titulus beneficij, in casu non solutionis pensionis, quæ est alia qualitas cognoscendi, qn pensio datur in titulum beneficij, ita punctualiter tenuit Cald. in repet. cap. in vestra q. 3. extra de rescript. dicens quod vbi pensio super fructibus beneficij habet aliquod spirituale annexū, censetur in titulum beneficij concessa, & sentit idem Calde. in conf. 6. incip. an si Episcopus in tit. de præben: col. 2. vers. item cum nulla spiritualitate, & notant Doct. in d. cap. ad audientiam.

Et ad hoc accedant nota. per Io. Andr. in d. c. postulaisti 1. col. qui dixit, quod licet præstimoniae consistat in sola temporalitate, attamen quia ille non possunt conferri per alium, quam Prælatum, nec conferri possunt alij, quam Canonico vel Eccles. persone, propterea nō potest negari, quin ille sit beneficium ecclesiasticum quod etiā in specie de pensione tenuit Calder. in d. repetit. c. in vestra de rescript. sequitur Caccialup. in tract. de pensionibus in 12. q. sed dicta pensio super fructibus dicti Monasterij cum d. reseruatione regressus ad d. monasterium Montis Virginis, & sic ad beneficium, & ecclesiam non potuit concedi per alium, quā per Papam, nec alteri quā personæ ecclesiastice stante quod ius ad ecclesiam est mere spirituale c. massana, & c. sacrosancta, & ibi per Doct. extra de elect. & talium iurium spiritualium laici sunt incapaces, iuxta tex. in c. 1. 16. q. 7. & in c. causamq; extra de præscript. cū vulg. ex quibus recte concludi posse vide-

tur,

tur, quod d. pensio modo prædicto reseruata per Leonem Papam decimum in fauorem d. Iacobi Bruschi erat sibi assignata in titulum beneficij ecclesiastici & consequenter censenda erat ecclesiasticum beneficium.

Quibus præsuppositis, puto considerandum, quod illa translatio pensionis ducatorum centum facta per Thomam Forte Commissarium electum per d. Iacobum Brusco, fuit facta in fauorem, & personam d. Thomæ Tancredi aduersarij absentis nullo Procuratore medic, & ipsam translationem acceptante nomine dicti absenti, quo casu eidem absenti ex dicta translatione nullum ius quæsumum fuit, ita punctualiter tenuit lmo. Abb. & cæteri in cap. accedens 1. col. extra de preben. qui dixerunt, & maxime 3. Abb. ibi in 2. opo. + quod si beneficium conferatur absenti, nulla persona media existente per illam collationem, nihil acquiritur absenti, vnde non potest dicere absens, beneficium esse suum ante illius acceptationem, & ita dicit debere intelligi cap. si tibi absenti eod. tit. de præben. in 6. & ibi Innoc. dicit, quod etiam si interuenire Procurator non habens speciale mandatum ad acceptandum collationem beneficij, adhuc per talem collationem nihil queritur absenti, & ibi lo. Andr. in princ. dicit quod ille procurator qui recipit inuestituram pro absente, debet esse clericus, & nou potest esse laicus, & idem s. quando confertur beneficium absenti debeat interuenire Procurator, & sic persona media, & aliter ex ea nullum ius quæritur absenti, tenuit Petr. de Anch. in d. c. si tibi absenti 1. not. & idem tenuit Philipp. Franch. in d. c. si tibi absenti in 2. not. qui dixit, quod per collationem factam absenti de beneficio non acquiritur ei ius in beneficio, vt suum dici possit, idem expresse tenuit glo. in c. grā, in verbo ignorantis extra de rescript. in 6. quæ dixit, quod beneficium potest conferri absenti, interue-

niente tamen procuratore, qui eandem collationē nomine absentis acceptet, & tenuit Oldrad. in consil. 57. incip. Papa reseruauit, & quamvis absens. cui beneficium fuit collatum, posset acceptare dictam collationem sibi absenti factam, & eadem acceptatione, seu ratificatione subsequita acquiratur sibi beneficium, vt in d. c. si tibi absenti, & ibi per omnes Doct. Attamen non apparet quod dictus Thomas Tancreda aliquo modo ratificauerit, vel acceptauerit dictam assignationem pensionis sibi factā eo absente nulla persona legitima pro eo interueniente, quo casu succedunt ea quæ dicuntur in d. cap. accedens per Abb. & alios, & in d. c. si tibi absenti superius allegatis. Et si diceretur quod intimatione d. assignationis pensionis facta Magnif. Magistris, & Gubernatoribus d. Hospitalis habet vim acceptationis, quod non video posse dici. Attamen quando appareret vera acceptatio, prout non apparet, illa nihil relevaret eundem Thomam Tancredem stante quod ipsa fuisset facta post mortem dicti Iacobi Bruschæ per cuius mortem d. Hospitalis fuit liberatum à d. solutione pensionis, & etiam ipsa ratificatione quando appareret, reperiret 4. factum dictæ translationis nullum, ex rationibus, & causis superius expressis, quo casu talis ratificatio nihil iuris tribueret eidem Thomæ, ita punctualiter probat tex. in l. bonorum ff. rem rat. hab. per quem tex. dixit alias Abb. post Ant. de Butr. ibi in c. cum venissent col 2. vers. & faciunt hæc ad questionē. Ibi sed limita hoc extra de restit. spoliat. quod si negotiorum gestor meus cæpit possessionem nomine meo, & antequam ratum habeam spoliatur si postea ego ratum habeam acquisitionem possessionis per ipsum factam, non potero agere interdicto recuperandæ, & ratihabitio postea à me facta non trahitur retro, quia res tempore ratihabitionis non erat in codem statu, qui allegat ad hoc Dñs de

de Rota decis. 145. alias 155. quæ incipit licet amicus meus in nouis, sequitur Alex. in l. quod meo in princ. 2. col. vers. 11em istud quod hic dicitur &c. ff. de acqui. possess. qui etiā dixit, quod vbi quis constituit se possidere nomine absentis, non dicitur possidere is, cuius nomine possidetur, antequam ratum habeat, allegat l. si cōmuniis seruus §. 1. cod. tit. de acquir. possess. & postea subdit allegādo Ant. de Butr. in d. c. cum venissent, quod si is qui cāpit possessionem nomine absentis, spolietur, & postea absens ratum habeat, eidem non competenter remedium recuperandæ, & hoc per rationem p̄dictæ legis bonorum, sequitur Philip. Dec. conf. 247. incip. in causa Mag Baronis d'Ales col. 4. vers. 4. hoc idem &c. 2. col. & ad hoc optime deseruit illud, quod notat Bal. in c. quotiens extra de pactis, qui dixit quod vbi actus gestus esset nullus ratificatio, vel confirmatio non potest supplere, allegat l. obligari §. tutor ff. de author. tutor.

Quod autē d. translatio fuerit nulla, & nulliter facta appareat ex alio, nam dictus Thomas forte Commissarius electus per dictum Iacobum Bruscum ad faciendam d. extinctionem, & translationem pensionis eo tempore quo transtulit dictam pensionem in personam d. Thomæ Tancredi erat publice excommunicatus + agrauatus, & reagruatus cum affiōione cartonum in locis publicis Vrbis Romæ, ut apparet per fidem in actis præsentatam, quo casu collatio, seu translatio d. pensionis in personam d. Thomæ fuit, & erat nulla ita punctualiter tenuit Abb. in d. c. dilectus el 2. col. 3. vers. ex p̄dictis pōt inferri &c. extra de præben. qui dixit, quod sicut publice excommunicatus non potest impetrari pro iudice, & si impetratur gesta p̄ eum sunt nulla, ita non potest conferre beneficium, maxime scienti ipsum esse excommunicatum, idem tenuit Abb. in c. cum dilectus 6. col.

vers. prima quod suspensio ab officio &c. extra de consuet. vbi per illum tex. dicit quod suspensus ab officio nō potest conferre beneficia, quod est multo minus quā excommunicatus, idem tenuit glos. per illum tex. in c. 1. in princ. in verbo maioris ne sede vacan. in 6. & ibi Philip. Franc. in notab. dixit, quod excommunicatus maiori excommunicatione, non potest conferre beneficia, & ibi etiam Gemin. in notabilibus idē videtur. sentire Abb. & Io. Andr. ibi in cap. fraternitatis. col. 6. vers. ex hoc deciditur quæstio, extra de testib. nec obstat decisio Rotæ 128. quæ incipit nota quod executor in tit. de sententia excommunicationis in antiquis, nam quamvis contra d. decisionem Rotæ teneant supradicti Doctores, & signanter Abb. & Io. Andr. in d. c. fraternitatis, attamen Felyn. in c. ad probandum col. 9. vers. & opiniones p̄enotatas de executore extra de re iudicata, concordando dictam decisionem Rotæ cum p̄dictis, dixit, quod d. decisio Rotæ loquitur in executori dato ad compellendum ordinarium, cui per Papam fuerat mandatum, quod conferat beneficium, sed opinio Ioannis Andr. & Abb loquitur in executori dato ad conferendum, assignans rationem diversitatis, quia executor datus ad cōpellendum per compulsionem, nihil confert ex se, sed executor datus ad prouidendum confert ius in eum, cui confert, taliter quod quando dictus Thomas dici posset executor stante excommunicatione contra eum promulgata, reperiatur inhabilis ad conferendum ius in personam dicti Thomæ Tancredi per supradicta. Posset etiam dici quod dicta decisio Rotæ loquitur in executori particulariter deputato per Papam quo casu si reperitur excommunicatus tempore suæ commissionis + Papa deputando eum executorem, videtur cum eo dispensare, & ipsum habilitare, ita tenuit Innoc. in c. cum olim extra de priuilegiis qui dixit

dixit quod si Princeps committat iurisdictionem alicui non capaci, putamono, videtur ipsum habilitare, sequitur Ioannes Faber instit. ex quib. caus. manum. non poss. in princ. faciunt notat. per Abb. in c. nonnulli pen. col. de rescrisp. qui per tex. in l. idem Vulpi. ff. de excusat. tuto. dixit quod Princeps qui scienter promovit indignum, videtur cum eo dispensare, & idem tenet Bar. in l. quidā consulebat de re iudicata, & per Fely. in c. postulaſti pen. col. de rescript. sed in casu nostro d. Thomas forte non fuit nominatim deputatus executor per Papam, sed fuit data facultas d. Iacobo Bruschæ eligendi ecclesiasticæ personæ in dignitate ecclesiastica constitutam, & coram eo extinguere pensionem potuisset, ita quod ille quem elegit d. Iacobus Brusca, potuisset conferre pensionem in alium eidem Iacobu placitum, sed d. Iacobus scienter elegit excommunicatū publice agrauatum, & reagruatum cum inuocatione brachij secularis, non potest negari quod tam dicta extinctio pensionis, quam translatio, seu collatio facta ab excommunicato publico, & declarato, & agrauato scienter electo fuerit nulla per not. per Abb. & Fely. in d. cap. ad probandum, & alia superius allegata.

Nec poterit prætendi quod d. Iacob. Brusca ignorauerit d. Thomam forte fuisse excommunicatum, ex quo ipse fuerat publice declaratus excommunicatus, aggrauatus, & reagruatus cum inuocatione brachij secularis, quo casu de eadem sententia excommunicationis, & aggrauatione quæ communiter solet affigi per loca Vrbis Romæ præsumitur scientia, & notitiam habere. Ita punctualiter tenuit glos. per illum tex. in cap. 1. in verbo allegans extra de postul. prælat. quæ dixit quod quis præsumitur habere notitiam, & scientiam de sententia interdicti publice promulgata, quæ allegat multa iura ad hoc, quod etiam te-

nuit Dñicus in consil. 144. quod incipit opponitur, qui tenuit, quod omnis de Regno præsumitur scire ea quæ publicæ fiunt in Regno pro quo est bonus tex. in cap. illud, & ibi glos. in verbo notorium extra de clero excommunicato ministra. facit glo. not. in c. fin. 16. distin. in verbo regionibus quæ dicit, quod nulli licet ignorare ea quæ publicæ facta sunt, quæ allegat multa iura ad hoc.

### A D D I T I O N E S.

**I**N hoc punto si annua pensio, quæ super fructibus alicuius Ecclesiæ fuit assignata alicui, dicatur beneficium Ecclesiasticum. Ultra tradita hic per meum Anum, Ad confirmationem adduco Capic. decis. 200. qui dixit, quod Bal. in c ad audientiam lo 2. extra de rescript. voluit, quod pensio de sui natura non dicatur beneficium ecclesiasticum, cum possit laico assignari, nisi talis sic pensio, quæ cōsuevissit pro beneficio ecclesiastico assignari, glos. in Clementina 2. de decimis, dixit idem, & quod si pensiones sint assignate in titulum beneficij tenebuntur isti pensionarij ad decimas, alias non, & hæc glosa fuit approbata per extrauagantem Bonifacij octaui sub titulo de decimis. Felyn. in d. c ad audientiam, versic. quarta conclusio concludit, quod pensio, quæ soluitur de redditibus alicuius Ecclesiæ, censemtur dari pro iure temporali Ecclesiæ, non spirituali, & tenet, quod appellatione beneficij Ecclesiastici non venit pensio, & literè impetrare super obtinendis beneficijs non continent, nec comprehendunt pensiones. c. quamvis de præbendis lib. 6, & per pensionem quis non teneatur ad residentiam nec titulatur, & isti pensionarij an teneantur ad decimas Papales? vide Annam in sive gul. 385. & an pensio comprehendatur appellatione beneficij in sententia penali, vide Crescent. decis. 296. in tit. de sententia & re iudic.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

### S V M M A R I V M.

**I** Si maritus, & uxor vendunt fundum, an pecunia præsumatur deuenisse ad virū & uxor. dicatur

- dicatur intercessisse.*
- 2 *Quid si prophetur pecunia peruenisse ad mulierem?*
- 3 *Quid si fuit color quæsus, & mulier fuit inducta metu reverentiali viri, et plura de metu.*
- 4 *Mine parentum, vel viri quoniam inducant iustum metum.*

## ALLEGATIO 47.

**S**I vxor cum marito interueniat in contractu, presumitur pecunia peruenisse ad maritum.

  
 Secundum Vod Magn. Portia Commagena agens contra nobilem Vincentium de Luca, ac nobilem Io. Thomam Surteatinum hypothecaria, ac iure assistendi pro suis praetensis dotibus super quibusdam terris venditis ipsis conuentis per ipsam Magn. Portiam, & quondam Magn. Io. Antonium eius virum sit repellenda tanquam veniens contra factum proprium, optime probatur per tex. in l. post mortem ff. de adopt. & ibi glo. fin. ac etiam per l. per fundum in fine ff. de seruit. rustic. pred. l. venditor in fine principij ff. commun. præd. l. cum profitearis C. de reuoc. donat. cum alijs vulg. maxime quia eadem Magn. Portia promisit dictis: emptoribus euictionem ipsarum terrarum, quo casu agendo ad rem venditam per ipsam repellitur ex regula l. vendicantem ff. de euiction. l. i. C. de reb. alien. non alien. cum vulgaribus.

Et ad hoc accedat + nam licet quando maritus & vxor vendunt maxime rem viri, presumitur omnis pecunia peruenta ad virum, ut expresse tenuit Bal. in authen. si qua mulier col. 2. vers. pone ergo C. ad velleia. & tenuit

Ludou. id l. si cum dote s. transgridamus ff. sol. matr. & est decis. Sacr. Consilij 209. Attamen in casu de quo agitur per ipsum Vincentium fuit probatum, quod omnis pecunia d. terræ venditæ ipsi Vinc. per dictos coniuges, peruenit, & fuit consignata di. Etæ Portia agenti; Ita quod + ipsa nō potest dicere, se lesam, ex ipsa venditione, & quod ipsa fuerit adhibita tanquam fideiussor, & pro cautela emptoris, vt tenuit Bal. in d. authen. si qua mulier col. 2. vers. item quia si mulier se obligat principaliter, & propterea ipsa tanquam principalis vendēs, tenetur ad obseruantiam contractus, & etiam tenetur de euictione per supradicta.

Nec obstat quod d. Magn. Portia dicat se ad predicta inductam metu reverentiali d. eius viri, ac ex minis, & terroribus dicti sui viri, de quibus contra ipsum Vincentium unus tantum testis deponit, & solus non probat vulg. l. vbi numerus ff. de testib. & quatenus alius testis deponat de dictis assertis minis dicti Ioannis Antonij, vt consentiret venditioni faciendæ cuidam de Ciuitate Auersæ, ex quo non deponit de venditione facta Vincentio, dicta probatio tanquam incerta non relevat probantem vulgato cap. in præsentia de probat. cum alijs vulg. & dato, quod omnes testes deponerent de contractu venditionis factæ dicto Vinc. adhuc dictus metus reverentialis. cum eisdem prætensis minis, minime obstant, quamvis n.

3 + Bal. in l. i. s. quæ onerandæ in fin. ff. quarum rerum actio non datur, dicat quod solus metus reverentialis viri, vel patris, aut prælati non sufficit ad refectionem contractus celebrati per mulierem, vel filium patre præsente per tex. in cap. quamvis de pact. in 6. & bonus tex. in l. fideiussor s. pater seij, & ibi Ang. ff. de pign. Attamen si interuenerūt minæ, vel verbera, talis metus reverentialis cum minis, vel verberibus bene sufficit,

sicit, & idem tenuit Areæ. in l. quæ drupli col. 3. & 4. instit. de actio. & tenet Alex. in l. interpositas, & ibi Bar. C. de transact. Attramen prædicta procedunt, vbi maritus minans solitus esset minas execui, vel aliter seuire in vxorem, vel alias, ita puni. Equaliter tenuit Abb. in c. i. col. 2. ver. sicc. & nota ex hoc tex. extra de offi. deleg. qui dixit, q̄ minæ & terrores potentum, seu etiam viri, vel Prælati, tunc inducunt iustum metum, quando ipsi solent seuire post minas, alias minæ, & terrores viri, vel potentum non excusant, & ita dicit de bere limitari illud, quod legitur & notatur in d. l. i. l. quæ onerandæ, & idem in terminis tenuit Abb. in cap. ex litteris versic. secundo nota. extra de despōns. impub. qui dixit  
 4 quod quamvis mine & parentum inducāt iustum metum, maxime in misericordia, tamen illud intelligitur considerata qualitate personæ, ac parentum minantium, & idem tenuit Abb. in c. cum contingat in l. notab. extra de iur. iur. & ad hoc optime deseruit tex. in l. metum C. de his quæ vi metusue causæ vbi tex. dicit metum non iactationibus, tantum vel contestationibus, sed facti atrocitate probari convenient, & ibi Bar. dicit quod quando minæ inferuntur debet inspici persona inferētis minas, sunt enim quidam potentes, & ita mali, quod illud, quod dicunt, consueti sunt facere, tunc esset iustus metus ex dictis minis, alle- gat tex. in l. si donationis eodem tit. si vero erat quidam homo, qui consuevit multa dicere, & modica face- re, tunc non esset iustus metus secun- dum ipsum. Hinc dixit glo. in l. inter- positas in verbo cruciatum C. de tran- fact. quod committitur Iudicis arbitrio, an quis fecerit aliquid per me- tum, vel n., & idem dixit glo. in c. cum dilectus in glo. in verbo metum circa medium extra de his quæ vi metusue cau. &c. & idem dixit Bal. in l. 2. C. de his qui per metū Iud. non

appel. & dixit notanter Bar. in l. de pupillo l. si quis ipsi prætori col. 3. versic. quinto quero ff. de nou. oper. nunciat. quod quando quis dicit fe- cisse aliquid per metum officialis, non sufficit hoc allegare, sed debet proba- re, quod officialis consuevit appellan- tes ab eo incarcere, & eis violen- tias, & iniurias inferre, & sic ex qua- litate personæ illud præsumitur, alle- gat l. si bonæ fidei in princ. de rei ven- dic. & idem in terminis dicit Bar. in l. i. l. G. si quis Imper. maledix. qui di- xit, quod minæ utrum sint metuendæ consideratur ex qualitate hominum. Hinc dixit notabiliter Ioannes Andr. in cap. insinuate extra quod cler. vel uouen. quod præceptum vel preces Principis seu aduersarij, vel eius Im- perium, vel authoritas non sufficit ad probandum metum, si ab iter non probetur oppressio l. ad iuridiam, & ibi Bar. & cæteri C. quod metus cau. & ideo dixit lo. Andr. in d. cap. insi- nuante, quod debet attendi, an ta- lis Rex, vel superior consuevit trita- nice tractare, non obedientes suis præceptis, vel præcibus, & ibi Abb. reputat d. decisionem Ioannis Andr. singulariter notandam, per quam de- cisionem dicit quod deciditur quæ- stio utrum teneat matrimonium ex Imperio, vel precibus Principis, sed non est probatum quod predictus Dñus temporalis erat consuetus, ita male tractare eos, qui non parebant huius- modi precibus, vel suis præceptis, & ad prædicta accedant notata per Ar- chid. in c. si à Sacerdotibus. 15. q. 6. & per lo. Andr. in c. significauit ex. de censib. sed in processu non solum d. Magn. Portia non probauit aliquid de seuitia dicti lo. Antonij, & q̄ ipse fuerit solitus in eadem Portiam, vel alias psonas seuire, vel eos verberare, in d. ipsi conuerti bene probarunt, q̄ dictus lo. Antonius erat homo pacificus, se- nex, & solitus quiete, & pacifice viue- re, cum oībus, & potius ipse viuebat eius uxorem, quam è contra ac quod, ipse

ipse faciebat quicquid dicta eius vxor volebat, taliter, quod nec assertus merus reuerentialiter, qui de per se non sufficit, nec asserta minæ illatæ à dicto viro sene pacifico, & solito quiete, & pacifice viuere aliquid eandem Magn. Portiam relevat maxime quia de dictis assertis minis in contractu dictorum couentorum ultra dictum vnicum testem deponunt mater, & filii predictæ astricis quæ nullatenus probant in fauore ipsius, per tex. in l. parentes C. de testib. & per Abb. in cap. cum oporteat i. col. extra de accusat. Ex quibus videtur posse concludi, quod dicti conuenti sunt absolvendi ab imputatione dictæ agentis, faluo tamen saniori iudicio Excellentiis causæ Comissarij, & Sacri Consilij.

## ADDITIO N E S.

**A**DNUM. primum cum seqq. addo ad confirmationem dictorum per meū Autum hic, quod si maritus & vxor vendunt, præsumitur omnis pecunia peruenta ad virum, & vxor intercessisse, concordant Bal. nouellus in tract. dotis par. 7. i. speciali. col. 10. vers. & propter prædicta, & Curtius consil. 54. Aretinus in §. item si col. 6. instit. de except. cetera prosequere ut per Vrsill. ad decis. Abb. 209. qui late prosequitur hanc materiam, cum suis limitationibus.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *Assensus extendit ad consequiuia.*
- 2 *Quid si conuentio tendit in utilitatem feudi pro ipso liberando an requiratur assensus.*
- 3 *An feudatarius possit losare feendum sine assensu?*
- 4 *Cessionario obstat illud quo obstat cedenti.*

## ALLEGATIO 48.

**A**ssensus extendit ad consequiuia.



Ptime fuit allegatum circa validitatem conventionis initæ inter

Vide in al-  
legat. Mar-  
rardinum, & monaste-  
rium Sancti Laurentij 46. &  
celli 47.

prope padulam de tenendo feendum Brundusij quo usq; sibi satisficeret de fructibus d. feudi de pretio soluto per monasterium pro reemptione d. feudi, & de limitatione fructuum d. feudi, quamvis enim i. conuentio, seu transactio de tenendo feendum prædictum fieri non potuisse sine assensu Regio vt in Constitut. Constitutionem diuæ memorie, & maxime quia illa sapiebat pignorationem feudi, quæ fieri non poterat sine assensu, vt per Andr. in cap. Imperiale in princ. col. 2. de prohib. feu. alien. per Feder. & ibi per omnes, & in d. constit. constitutionem, Attamen quia in dicta transactione intervenit assensus Regis, non videtur posse dubitari quod dictus assensus præstitus circa retentionem feudi, & perceptionem fructuum ipsius extendatur, & operetur † quod ad validitatem conuentioñis circa limitationem & taxationem fructuum d. feudi in ducatis 170. anno quolibet, tanquam dependentis à dicta transactione per ea quæ notanter tenuit glos. in cap. quia in tantum in glos. i. & ibi notabiliter Abb. extra de præben. quæ dixit, quod quamvis dispensatio in personam viuis pro duobus incompatiblebus sit odiosa, & stricte interpretanda, nihilominus ipsa extenditur ad consecutiua, & dependentia, ab eo super quo dispensatur, sicut est residētia, & ibi eam sequitur Abb. qui ad hoc allegat aliā glos. in c. si quis in clero 7. q. i. idem tenuit glos. in c. statutū in verbo dignitate de rescript. in 6. quæ dixit quis ex dispositione illius

Cc 2' Cano.

Canonis causę non possint committi, nisi existenti in ecclesiastica dignitate, & ad hoc ut quis possit habere ecclesiasticam dignitatē requiratur etas 25. annorum, si tamen quis ex dispensatione Apostolica existens minor obtineat dignitatem, talis dispensatio operatur, quod sibi causae committi possint, ex quo talis commissio est dependens à dicta dispensatione, & idem per illam glos. tenuit Abb. in c. at si clerici §. de adulterijs in fin. & ibi Ant. de Butr. & plenius Fely n. in 9. col. vers. secundo fallit in consecutuis extra de iudi.

Et ad hoc accedat, quod secundum regulas posset dici, quod in d. transactione primo loco inita inter dictum Dñum Principem Berardinum, & monasterium de tenēdo feudo prædicto, quousq; de fructibus sibi satisfecisset, non erat necessarius assensus; ex quo 2 talis conuentio tendebat in utilitatem feudi, & Præfati Dñi Principis, quia tractabat de liberādo feudo iam vendito, & eo reducendo ad dñium dicti Dñi Principis, qui illud alienauerat, quo casu obligatio feudi absq; assensu Regis censemur valida. Ita punctualiter tenuit Andr. in c. Imperiale in princ. in 1. col. vers. item secus si conditionem Dñi faceret meliore, de prohib. feud. alien. per Feder. & tex. dictæ constit. Constitutionem diuæ memoriaræ, quæ prohibet alienationem feudi factam in detrimentū feudi, vel Dñi, vbi glos. tenet secus esse quando fieret in utilitatem feudi, vel Dñi, & quia talis transactio tendebat in utilitatem d. Dñi Principis, & feudi, assensus regius præstitus in eadem transactione censemur præstitus ex causa fauorabili, quo casu trahitur non solum ad consequens, & dependens necessarium, sed etiam ad consequens separabile, ita Fely. in d. §. de adulterijs in d. vers. secundo fallit qui ad hoc allegat Bal. in l. et si seuerior 2. col. C. ex quibus causis infam. irrog.

Et prædicta absq; dubio procedūt,

quia dicta transactio, & limitatio fructuum non respicit proprietatem seu, di, sed alienationē fructuum professo liberando, ut supra quo casu absq; assensu Regio talis dispositio valet, prout optime fuit allegatum, & ultra ea, idem tenuit Andr. in c. 1. §. ex eadē de lege corra. & Alex. conf. 18. incipit super primo dubio col. 2. vol. 5. & Bal. in c. 1. §. aut si libellario col. 3. in princ. quibus mod. feud. ammitt. de quo plene per Tiraquel. de retract. consanguineorum in glo. 7. in verbo aut alijs rebus col. 18. num. 41. vers. nam, & alias videmus, car. 27.

3 Nec obstat glo. † in constit. constitutionem diuæ memoriaræ in verbo locare, prope finem versic. in hac quæstione dicendum videtur, quæ videatur tenere, quod feudatarius non possit feendum locare, nisi ad modicum tempus, videlicet, nisi vsq; ad quinquennium, quia prohibita alienatione non videtur prohibita locatio ad modicum tēpus Clem. 1. & ibi per Doct. de rebus eccles. non alien. cum alijs vulgar. Hoc enim procedit, vbi infra tempus locationis feendum aperiretur Dño. Ita punctualiter tenuit Andr. in d. c. Imperiale in princ. col. 2. qui dixit, quod si feudatarius venderet fructus feudi pro duobus annis, & interim moriatur feudo aperto Dño, omnes obligationes pereunt, allegat l. lex vectigali de pignor. vbi autem feundū non aperiretur Dño, potest feudatarius vendere omnes fructus feudi pro toto tempore, quo apud eum feendum erit permansurum, ita punctualiter Andr. in d. c. Imperiale 2. col. quia prohibitus vēdere non censetur prohibitus de fructibus disponere secundum eum allegantem l. codicillis §. instituto ff. de lega. 2. & in specie Bal. in c. quæ in ecclesiarum col. 4. vers. quero nūquid feudatarius de constit. dixit quod vassallus potest alienare fructus feudi ad longum & longissimum tempus retento penes se utili Dño dicti feudi, & dixit Bal. in l. si domus

domus &c. fin. ff. de leg. i. quod potest locari ad centum annos, si expresse conueniat quod per talem locationem non queratur aliquod dominium, nec utile, nec directum, & ibi etiam hoc tenet Imol. & in specie Fely. in d.c. quæ in ecclesiarum in 9. car. col. 4. versic. 6. declaratio vbi multa allegat.

Cum ergo per dictam transactiōnem, & conuentiōnem fuerit conueniūtum quod monasteriū solum ex fructibus feudi sibi satisficeret solutum ab eo pro recuperatione d. feudi, non est modo aliquo de validitate dictæ conuentiōnis dubitandum, maxime quia hodie quo discussitur de predictis. feudū est penes ipsam Illust. Domam Catharinā, & fructus predicti reperiuntur percepti à monasterio vsq; ad summatum sibi debitam, quo casu nullum causatur præiudicium ipsæ Domæ Catharinæ agenti, quia dicti fructus fuerunt percepti antequam feudum perveniret in eius posse. Nec ipsa potest dicere de læsione ex d. conuentiōne cum ex causis deductis per superiorius allegantem, tum etiam quia ipsa non potest ex persona sua dicere se lesam, quia tempore conuentiōnis & limitationis fructuum feudi predicti, ipsa non erat Domina dicti feudi, sed illud erat in domino alieno, & per totum tempus quo fuerūt fructus percepti, fuit in domino d. Illust. Principis, tum etiam quia dictus Illust. princeps de cuius interesse agebatur, non solum ipse conuentiōnem fecit, sed eam ratam habuit tacite, & expresse, quo casu ipsa Illust. Domina Catharina cessionaria cui cum onere dictæ conuentiōnis cessum fuit feudum, non potest impugnare contraētum d. Domini Principis super fructibus d. feudi, quia sicut Principi agenti ad predicta obstat exceptio contractus per eum legitime celebrati, ita ipse Domæ Catharinæ concessionariæ ex causa lucrativa obstat illud quod Domini Principi obstat, ita punctualiter Bal. in l. qui stipendia C. de procur. vers. secundo

est hæc lex &c. qui tenuit, quod cessionario ex causa lucrativa obstat illud, quod obstat poterat cedenti, & 4. maxime quando cessionarius & vtitur adminiculo ex persona cedentis, & tunc indistincte repellitur secundum eum, & idem tenuit ibi Saly. idem tenuit Bar. in l. si constante in 10. q. 2. partis principalis ff. solu. matr. & idem in specie tenuit Bal. in l. si quis in rem ff. de procu. dicens quod, quando cessionarius vtitur adminiculo ex persona cedentis, tunc obstat eidem illud, quod obstat cedenti per iura per eum allegata. Et quando dictus Dominus Princeps diceret quod ex dicta limitatione & taxatione fructuū fuit Iesus, illud dicere non potuisset, quia stante promissione sua in dicto instrumento facta de non contraveniendo dictæ conuentiōni esset periurus, & repelleretur. Pariter in presenti quo dicta domna Catharina agit virtute dictæ cessionis sibi factæ à d. domino Principe, est repellenda per supradicta. Ultraquæ optime deseruiunt ad subtiliendum dicta allegata per supradictum allegantem, hæc pauca scribere volui currenti calamo. In cæteris suppleant Circumspecti Domini Iudicantes iuxta titulū, vt quæ desunt aduocatis.

### A D D I T I O N E S.

N Vm, i. firmat meus Avus hic optimis rationibus, quod assensus præstitus circa retentionem feudi, & perceptionem fructuum, extendatur, & operetur quo ad alia consecutiua, pro quorum confirmatione adduco Camer. in l. Imperialem de prohib. feud. alien. pro Feder. fol. 406. in parua stampa, vbi allegat Bal. in l. si pupillorum & si pupillus ff. de rebus eorum, per illum tex. & alia iura, ac Affl. decis. 285:

Abb. Io. Hier. de Mauro.

### S V M M A R I V M.


i. Quando in libello, vel in rescripto deductum est possessorium, vel

*vel spolium, non potest deduci petitorium.*

2. *Et quando verba supplicatio-  
nis concernunt possessorium, &  
quando petitorum vel utrumq;*

## ALLEGATIO 49.

**Q**vando in libello deductū est spolium, non potest deduci petitorium.



N rescripto autem impetrato per dictū Clericum Petrum Antonium de Capua, narratur, quod ipse turbatur, & molestatur in possessione ecclesiae S. Mariæ, per Magn. Octavianum Passarem, & supplicat Aduersarius committi causam super iactationibus molestationibus, vexationibus, & impedimentis ac molestijs, & sic committitur, & in tota supplicatione partis aduersæ, nullum verbum apponitur concernens petitorium, quo casu succedit illud quod notatur, & in specie notat Abb. in c. 1.3.col. & ibi Anton. de Butr. in fine extra de sequestr. possess. & fruct. qui dicunt sequendo collectorem decisionum Rotæ † quod vbi causa est commissa in possessorio per rescriptum Papæ impetrans non potest deducere petitorium, quia rescripta strictæ interpretantur, & idem in specie sequendo predictos Doctores, & decisionū collectorem, tenuit Fely. in rubr. de rescript. 3. col. in fin. vers. scias etiam pro huius puncti compleimento, qui dixit, quod vbi rescriptum narrat spolium, vel verba concernentia possessionem, non poterit deduci proprietas, & allegat dictam Rotæ decisionem quod dicit procedere, præterquam si spoliatus dicat, rem ad se pertinere, quia in tali casu vide-

tur deducere petitorium, quia dictum verbum importat recognitionem petitorij, quod verbum in tota supplicatione partis aduersæ non reperitur. Et ad idem optime facit illud quod voluit Bal. in l. si de proprietate col. 2. C. si à non competen. Iudi. qui dixit, quod ille qui impetravit super petitorio, non potest transire ad possessorium, sicq; cum in causa possessorij, super quo rescriptū impetratum fuit, procedi non possit stante nullitate rescripti, non facientis mentionem de sententijs, in rem iudicatam transferatis, vt alias allegavi minime procedi poterit in causa petitorij, quæ commissa non est, & ita fuit oppositum, & allegatum, & iudicari debet de iure, maxime quia libellus nouiter oblatus, est contrarius directo rescripto predicto, ex quo in rescripto præsupponitur, quod aduersarius possideat & turbetur ac molestetur per dictum Magnif. Octavianum, & in libello dicatur quod octavianus possidet, & est intrusus, quo casu diuersa & contraria remedia sunt deducta, & ideo repellitur agens vulgata l. 1. & ibi per Doctor. C. de furt. & dicta remedia retinendæ, & adipiscendæ non cōcurrunt secundum veras regulas iuris, vt per Doctor. in l. nihil commune plene habetur † nec miror, quod pars aduersa fundamentum faciat in clausula apposita in rescripto, videlicet de & super dicta ecclesia rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deducendis &c. quia ipsi nō considerauerunt efficaciam d. clausulæ ex quo d. clausula generalis restringitur ad expressa tātum, vel similia expressis, tex. vulg. in c. sedes, & ibi per Doctor. de rescript. & bonus tex. in clemen. non potest de procuratore, & multa de hoc cumulauit Fely. in d. c. sedes 2. col. Ita quod dicta clausula nō extenditur ad diuersa, vel maiora, sed causa possessorij est momentanea, & satis minor ac diuersa à proprietatis causa, vt in tit. si de momentanea pos- ses-

sessione fuerit appell. & in vulgaris, nihil commune igitur dicta clausula nihil operatur quod ad causam petitorij, quae longe grauior est causae possessorij, & diuersa per supradicta. Propterea in causa petitorij nouiter intentati, & non comprehensi in rescripto procedi non potest, nec etiam in causa possessorij per supra allegata, & ita de iure mihi videtur.

## ADDITIO N E S;

**A**d confirmationem dictorum per meum Auum hic. Adduco Capic. decis. 28. per totam, qui dixit ex multis per eum relatis, quod super possessorio est procedendum suspenso petitorio, nisi spoliatus passus sit discuti super petitorio, & probationes recipi per tex. in c. 1. extra de restit. spoliat. & per Bar. in l. si duo patrōni s. idem Julianus in fine ff. de iure iur. & per alios Doctores quos citat, tandem dicit, & sic fuisse decisum testatur qd ne dum in causa appellationis, sed & in causa reclamationis possit actor spoliatus petere, ut suspendatur petitorum à parte intentatum, & hoc in odium spoliantis, per tex. in Clem. unica de causa possess. & propriet. & sic post longuam disputationem fuit decisum per Sacrum Consilium ut in fine dictae decisionis legitur. Ultra hanc vide Affl. & Vrsilium decis. 193. Marsilius singul. 11. Menoch. in primo remed. recuper. poss. q. 15. & latissime ultra omnes. Antonium Gabrielem in 5. lib. communium conclus. tit. de restit. spoliat. conclus. 1. & de practica reiciendi articulos impertinentes concernentes causam petitorij, vide de Franch. decis. 220, in fine, Gram. decis. 45. Mascard. de probatio. conclus. 132. vol. primo & eundem Capic. decis. 69. & decis. 35. num. 6 misingerium centuria secunda obseruan. 56. & 90. & qd petitorum possit pluries suspendi vide Anna singul. 491.

Abb. Io. Hiar. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

**I**Haec allegatio tractat de interdicto alienationis bonorum ecclesiae sine sollemnitatibus requisitis.

2. *Eadem sollemnitas quae requiritur in alienatione requiritur in procuratione ad alienandum.*
3. *Bona Ecclesiarum, seu Monasteriorū, non possunt alienari, nisi in casibus à iure permisissis, & cum debitibus sollemnitatibus.*
4. *Idem qui alienauit nulliter admittitur ad revocandum alienationem.*
5. *Nec ratihabitio confirmat contractum nullum.*
6. *Prohibitus alienare non potest compromittere.*
7. *Quid si authoritas Summi Pontificis qui non intervenit in concessione interveniat nunc confirmando dictum contractum nullum.*
8. *Si cōtractus declaratur nullus, sequitur quod argumentū causatum cursu temporis in dicto territorio cessit lucro ecclesiae.*

## ALLEGATIO 50.

**D**e interdicta alienatione bonorum Ecclesiae sine sollemnitatibus requisitis.



**N** causa Venerab. Monasterij Sancti Lauren- tij extra muros Auer- sanos constructi contra Magn. Loisium, & Fe- dericum de Capua co- rram Apostolicis Commissarijs verten- te super repetitione territorij sibi allo- Mazone, in processu deducti, ac nul- litate concessionum dicti territorij, & alijs ut ex actis.

Quo-

Quoniam dicti conuenti nituntur se iuare ex concessionibus alias factis quondam Magn. Iacobo de Capua eorum Patri, tam per Marcum de Lambertum, tunc affittatorem introituum dicti monasterij, quam successive per Abbatem & certos monacos ipsius monasterij.

Puto non esse dubitandum quod dictæ cōcessiones fuerint, & sunt ipso iure nulle † concessio enim facta per Marcum de Lambertum, qui non erat Abbas monasterij, nec dñs territorij, nec Abbas dicti monasterij mandatum sufficiens habebat concedendi dictum territorium, absq; aliqua difficultate fuit ipso iure nulla, tanquam facta à non domino, ut in toto tit. de rebus eccl. non alien.

Et quamvis afferatur, quod in instrumento affectus fuerit constitutus Procurator ad alienandum, attamen talis procuratio fuit ipso iure nulla, stante quod dictus commendatarius, qui fecit dictam procurationem erat de personis prohibitis alienare, quo casu sicut si ipse alienasset, esset talis alienatio nulla sine causa, & sine sollemnitatibus, ita etiam dicta procuratio ad alienandum, † eadem enim sollemnitas, quæ requiritur in alienatione, requiritur in procuremente ad alienandum ex qua procuremente sequi posset alienatio. Ita punctualiter tenuit Soccin. in cons. 87. incip. præsentis consultationis difficultas col. 2. vers. sed difficultas oritur 2. vol. qui allegat Bal. in l. præses C. de transact. & in l. 2. C. si aduers. transact. & per Doct. maxime Abb. in c. cū tempore extra de arbitr. ex quo aliter dicendo fieret fraus legi secundū Socci. ubi supra, quia ergo d. procuratio facta fuit à dicto Commendatore absq; aliqua causa, & absq; sollemnitate aliqua, & similiter concessio dicti Marci de Lambertum facta fuit absq; aliqua sollemnitate, merito tam procuratio prædicta, quam concessio fuerunt, & sunt nullæ ipso iure, & vidde Socci,

qui tenuit idem in consil. 52. viso instrumento sibdicatus vol. 4. & vide Frecc. in tract. de subfeud. in 22. limitatione ad constitutionem, constitutio Diuæ memorie car. 117. & ad hoc accedat, nam dato quod prælatus potuisset alienare bona eccl. prout non potest, non sufficit mādatum generale prælati ad alienandum bona eccl., sed requiritur specialis procuratio ad vendendum talia bona, per ea quæ notanter dixit Bal. in rubr. C. de contrah. emptio. q. 3. in fine qui dixit, quod generalis sindicatus ad vendendum bona communis non sufficit sed requiritur particulare mandatum, & idem in spetie in bonis eccl. tenuit Dec. in consil. 142. col. 5. vers. & in simili in alienatione num. 8. 1. vol.

Alia autem concessio facta per Abbatem d. monasterij, & certos alios monacos eidem Magn. Iacobo similiter fuit ipso iure nulla ex infra scriptis.

Prius tamen præsupposito, quod pro parte monasterij bene fuit probatum, quod dictum territorium fuit ab antiquo dicti monasterij, & in bonis ipsius, & per ipsum, & suos Prælatos tanquam dominum possessum ut deponunt multi testes super 1. art. dicti monasterij, & signanter dictus Marcus de Lambertum, qui est sextus testis dicti monasterij super primo, & multi alii testes, & in iure est indubitatum † quod bona eccliarum & monasteriorum non possunt alienari nisi in casibus à iure permisis, qui notatur 12. q. 2. in summa, & per Abb. in c. nulli col. 2. vers. aduerte ad duo, extra de rebus eccl. non alie. & notat Bal. in auth. hoc ius porrectum col. 4. vers. subsequenter nemo ad causas C. de fac. sanct. eccl. & quando bona eccliarum alienatur in casu à iure permiso, requiriuntur sollemnitates, de quibus in c. sine exceptione 12. q. 2. & in c. tua, & ibi Abb. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli, & expræsse not. Philip. Dec. consil. 142. col. 2.

col. 2. vers. est ergo videndum i. vol. qui dixit quod in alienatione bonorum ecclesiæ duo copulatiue requiruntur, videlicet forma idest sollemnitas, & iusta causa alienationis, ut ibi per eum.

Et quoniam d. concessio dicti Abbatis, & monacorum reperitur facta potius voluntariæ, quam in aliquo casu à iure permisso, & absq; aliqua sollemnitate à iure requisita, non est dubitandum quod dicta concessio fuerit ipso iure nulla, ita est tex. in c. i. extra de his quæ fiunt à Prel. sine consens. cap. & ibi per Doct. bonus tex. in c. i. de reb. eccles. non alien. in 6. & in specie est formalis tex. in clem. i. eodem tit. vbi inter alia dicitur, quod alienans in casu non permisso à iure, & absq; sollemnitatibus incurrit ipso iure penam suspensionis ab officio, nec ex ipsa concessione acquiritur ius aliquod recipienti.

Et ad hoc accedat particularis dispositio Pauli secundi incipiens ambitionæ, quæ expresse disponit quod omnis alienatio bonorum ecclesiasticorum facta in consulto Romano Pontifice, nullius omnino sit roboris, vel momenti, & tam alienans, quam illi qui res alienatas, & bona recipiunt sententiam excommunicationis incurvant, & stante nullitate dictæ alienationis recipiens nullum ius acquirit, ut in præfata extrauaganti habetur.

Quaratione tñ nullitatis cõtractus attenta ipse idem qui alienauit admittitur ad reuocandum ipsam alienationem iuxta tex. in c. si quis presbiterorum extra de rebus eccles. non alien. ita punctualiter dixit Andr. de Iser. in cap. i. col. 5. versic. finile de Domino de feudo guardie qui dixit quod vbi contractus est à iure improbatus ipse idem admittitur ad reuocandum, & venit cõtra factum suum, allegat l. fin. C. de libe. causa. & idem tenuit idem Andr. in c. i. col. 2. vers. nam & si restitueret de contr. inter empt. & dominum qui dixit quod ybi

alienatio non tenet, alienans agit contra emptorem, vt recuperet rem alienatam, & venit contra factum proprium, vt ibi per eum.

Nec tñ obstat ratificatio d. concessionis facta per Capitulum Generale, ex quo d. concessio facienda erat auctoritate Summi Pontificis, & aliter facta fuit ipso iure nulla, & propterea Capitulum generale non potuit ratificare concessionem nulliter factam ab Abbatore, & monacis, vel affittatore prædicto, ex quo dicta concessio facta fuit in casu non permisso, & sine sollemnitatibus, ita Bal. in l. obseruare l. posthæc ff. de offic. procons. qui dixit, quod vbi actus non habuit sua essentialia à principio, tunc ratihabitio subsequens nō validat actum nullum, nec retrotrahitur, & in specie Bal. in cap. quotiens extra de pactis qui dixit, quod vbi actus debebat fieri cum auctoritate alicuius, si factus fuit sine illius auctoritate non sufficit, quod ille qui habebat ius auctoritatem interponendi ratificet contractum post ipsius celebrationem, & idem dixit Bal. in cap. cum consuetudinis extra de consuetud. & tenet Abb. expresse in cap. cum vos extra de his quæ fiunt à Prel. sine consens. capituli, maxime in casu nostro, vbi non sufficit auctoritas dicti capituli, sed requiritur auctoritas, & licentia Papæ per supradicta, præsertim, quia Abbes dicti monasterij, vel ipsius commendatores solent, & debent iurare non alienare bona d. monasterij inconsulto Romano Pontifice, quo casu in alienatione bonorum ipsius monasterij, necessario requiritur auctoritas Papæ, ita punctualiter tenuit Abbas in cap. i. extra de his quæ fiunt à Prel. sine consens. cap. & expresse Guid. Pap. decis. 153. incip. sexta conclusio, & decis. 149. & tenet expresse Bal. in l. præses col. prima vers. item secundum quosdam fallit C. de transact. qui dixit, quod Episcopus non potest alienare bona de mensa eccle-

Dd sive,

siz, vel incorporata ecclesiæ inconsul-  
to Romano Pontifice, propter iura-  
mentum quod præstat Prælati de non  
alienando bona ecclesiæ, allegat Ho-  
ftien, in c. ut super seu in c. fin. de re-  
bus eccl. non alien. & Innoc. in cap. 1.  
extra de depos. tanto magis quia d.  
ratificatio capituli fuit obtenta subre-  
ptitie, ex quo fuit expositum dicto  
Capitulo, quod d. concessio cessit in  
evidenter utilitatem d. Monasterij,  
quod fuit, et est ab omni veritate alie-  
num, ut appareret ex probationibus  
dicti monasterij.

Vide Lucam de Penna in l. fina. col.  
5. in fin. C. de prædijs curialium lib. x.  
vers. hoc sequitur Hostie. in summa  
de his quæ fiunt à Præl. qui dixit quod  
venditio nulla per ratihabitionē con-  
firmeri non potest, et allegat Innoc. in  
cap. auditis in fine de elec. et c. cum  
consuetudinis de consuetud. et vide  
omnino Tiraq. in legibus connubial.  
in 14. lege in glos. 4. in princ. qui opti-  
me distinguit differentiam inter con-  
sensum, et authoritatem, consensus. n.  
præstari potest tam ante, quam post,  
authoritas autem in ipso actu, vel con-  
festim post ut ibi pér eum allegantem  
multa suo more car. 157.

Nec similiter obstat assertum lau-  
dum latum per quondam Reueren.  
Abbatem Sancti Benedicti virtute co-  
promissi facti in eum per Abbatem d.  
monasterij, et ipsum Mag. Loisium,  
tale enim laudum fuit, et est nullum  
ex quo territorium, de quo agitur tan-  
quam territorium ecclesiæ, erat pro-  
hibitum alienari, et dictus Abbas, qui  
alienationem, seu concessionem fecit,  
erat prohibitus alienare bona d. mo-  
nasterij, quo casu succedit regula, q

6 prohibitus t alienare non potest de-  
re prohibita alienari compromissum  
facere, ita punctualiter tenuit Ant. de  
Butr. in c. cum tempore col. fin. vers.  
nota illam glosam, et Abb. ibi in 2.  
col. vers. vlt. colligi potest extra de-  
arbitr. qui generaliter dicunt hoc pro-  
cedere in quolibet Prælato, idem te-

nuit Lud. Rom. cons. 175. incip. di-  
ctum vtrimum laudum col. 2. versic.  
secundo principaliter, & idem Rom.  
cons. 369. incip. circa primum col. 4.  
versi tria autem evidenter ostendunt,  
vbi tenet quod monasterium exem-  
ptum ab ordinario, etiam immediate  
subiectum Summo Pontifici sicut est  
dictum monasterium Sancti Lauren-  
tij absq; consensu Summi Pontificis  
non potest compromissum facere de  
bonis d. monasterij, & in specie tenet  
Lapus allegat. 102. incip. non potest  
clericus in tit. de arbitr. qui allegat  
tex. in c. peruenit extra de arbitr. &  
dixit Io. Andr. in d. cap. cum tempore  
in verbo licentia quod exempti,  
qui iurant non alienare Romano Pon-  
tifici inconsulto sicut sunt Abbates d.  
Eti monasterij qui sunt exempti ab  
ordinario non possunt etiam compro-  
mittere, & maxime quis Abbas d. mo-  
nasterij, qui dictum compromissum  
fecit solus, & absq; interuenit Capitu-  
li illud fecit quod non erat fibi per-  
missum, ita tenuit Abb. in d. c. perue-  
nit col. 2. versi. & ex hac glos. & non  
solum dictus Abbas solus d. compro-  
missum fecit de iure, sed compromis-  
sit de iure, & de facto in eundem Ab-  
batem Sancti Benedicti, ita quod po-  
tuisset auferre bona dicti monasterij,  
& dare alteri parti, quod erat omnino  
sibi prohibitum, ita punctualiter te-  
nuit Ang. in l. Imperatores ff. de pa-  
Etis, qui quamvis loquatur in tutore  
respectu bonorum pupilli, idem etiam  
militat in Prælato qui est de prohibi-  
tis alienare per superius allegata.

Nec similiter obstat decretum cu-  
jusdam Canonici Capuani, super con-  
firmatione dictæ concessionis virtute  
bullæ Sacrae Penitentiariæ, nam in di-  
cta Bulla committitur dictis Commis-  
sariis quod procedant in dicta causa  
seruatis seruandis, & dictus Commis-  
sarius non aliter intimata dicta com-  
missione Sacrae Penitentiariæ d. mo-  
nasterio illiusq; Abbatii, & monacis,  
nec aliter eis citatis ad videndum iu-  
ramenta

ramenta testium, aut aliquem actum processit ad interpositionem dicti decreti, quæ omnia ex eorum inspectio- ne apparent nulliter facta, propterea de eis nulla est habenda consideratio.

Nec obstat quod d. Magn. Loisius, & frater dicunt, quod tempore dictæ concessionis dictum territoriorum erat modice utilitatis, & valoris, non enim est dubitandum quod dicta concessio facienda erat auctoritate summi Pon- tificis, iuxta dispositionem dictæ con- stitutionis Pauli, quæ auctoritas præ- standa erat in ipso cōtractu pro ipsius validitate, ita est tex. in l. obligari s. tutor ff. de acqui. hæred. & in l. si quis mihi bona s. iussum eod. tit. & opti- mus tex. in l. fin. C. de vendit. rebus vniuers. lib. i. & ibi per Doctores & quamvis ergo d. auctoritas summi Pontificis, quæ non fuit adhibita tē- pore concessionis interueniat de præ- senti, & Papa mandet confirmari di- etum contractum concessionis retro celebratum, Attamen dicta auctoritas Papa confirmat dictum contra- etum concessionis prout ex nunc non autem prout ex tunc, ita probat bo- nus tex. in l. obseruare s. fin. ff. de of- fic. procons. & est tex. in l. sed eti ff. ad trebell. & bonus tex. in l. cum hic s. si maritus ff. de donat. inter virum & vxor. & expresse tenet Innoc. in c. 1. col. 2. vers. vel dic. extra de eo qui duxit in matrim. quā polluit in adult. qui dixit quod vbi ex alicuius consen- su pendet q̄ aliquid valeat si eius con- sensus accedat tacitus vel expressus, validat actum ex nunc non aut prout ex tunc, & notat Ant. de Butr. in cap. cum consuetudinis col. fin. versic. ad- uerte tamen extra de consuetud. qui dixit, quod vbi consensus alicuius qui debebat interuenire in actu, superue- nit validat actum, non prout gestus fuit retro, sed prout fit tempore con- sensus, & expresse notat Bal. in c. edo- celi col. 3. versic. sed videtur quod si durat extra de prescript. quando au- tem dictus contractus concessionis

semper fuit nullus vsq; hodie qui si- militer est nullus, ita quod ex d. con- tractu concessionis nullum fuit acqui- situm dominium d. Magnif. Iacobo, sed monasterium semper remāsit Do- minus prout hodie est & sequitur q̄ augmentum causatum cursu tempo- ris in d. territorio cessit lucro domini, non autem prædictorum Magnif. Loi- sij, & fratris, ita probat tex. in l. i. C. de peric. & como. rei venditæ, & bonus tex. in l. id q̄ ff. eod. tit. & bonus tex. in l. cū dotē in fi. C. de iure dotiū.

Ex quibus videtur rectæ conclu- dendum, quod dictæ cōcessiones ter- ritorij prædicti fuerūt nulliter factæ, & propterea fuerunt, & sunt nullæ, & ita mihi de iure videtur, salvo saniori iudicio Magn. Consultoris.

#### A D D I T T I O N E S .

**A**D num. tertium, cum sequentibus num. Addo pro confirmatione dictorum per meum Auum hic, quod ad validitatē alienationis rei ecclesiastice duo copulatiue requiruntur, causa iusta in casu licito, & forma idest sollemnitas legitima, cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & Clem. 1. eodem tit. Couarruiias lib. 2. variar. resolut. c. 17. num. 2. qui dicit esse coēm & Mascard. de probation. conclus. 75. qua forma omisssa regulariter non valet alienatio. Afflīct. de- cis. 107. & decis. 85. Vincent. de Franchis decis. 35. & cause iuste sunt quatuor, neces- sitatis, utilitatis, incomoditatis, & pietatis Abb. in d. c. nulli extra de reb. eccl. non alien. & in cap. ad nostram eod. tit. & Couarruiias lib. 2. variarum resolut. c. 16. num. 8. & 9. & c. 17. Sollemnitas legitima continet quatuor de iure antiquo, vt au- thoritas Praetati, tractatus, coensus Capituli, & subscriptio singulorum saltē per notarium, de quibus per Abbatem in c. 1. & c. tua de his quæ fiunt à Præt. con- sensus patroni, si ecclesia est patronata non est de necessitate, Dec. cons. 174. sed differt alienatio ex causa necessitatis, & ex causa utilitatis, vt latè per Lanariū cons. 50. nu. 6. & 7. & Fab. de Anna cons. 38. nu. 36. vol. 1. Hodie vero per extrauagantem Pauli se- cundi quæ incipit ambitiose cupiditati, nō tenet ullo pacto alienatio rei ecclesiastice in consulto Romano Pontifice, & hoc iure utimur in Romana Curia.

Abb. Io. Hier. de Mavro.


Dd 2 SVM.

## SVMMARIVM.

- 1 *Hac allegatio tractat de quarta Episcopalis soluenda Episcopis, vigore relictorum Ecclesiae, & de quarta mortuariorum.*
- 2 *Vsus iurisdictionis in uno capite, vel in una specie, antribuat ius utendi in alijs capituloibus, seu speciebus, e.g. 3. 4. & 5.*
- 3 *In actibus negatiuis, nunquam acquiritur ius nisi à tempore prohibitionis, e.g. non ante, etiam si per mille annos non petierit.*
- 4 *Priuilegium immunitatis amittitur per non usum.*
- 5 *Et an persolutiones factas à particularibus sit derogatum priuilegio immunitatis.*
- 6 *Quando Princeps possit reuocare suum priuilegium immunitatis.*
- 7 *Quando concessio sit personalis, vel realis intuitu ecclesiae.*

## ALLEGATIO .51.

De quarta Episcopali, & de quarta mortuariorum.



**N** causa Reuerendissimi Archiepiscopi Neapolitani cum monasterio S. Petri Martiris huius Civitatis Neapolis super iure consequendi quartam canonicanam hæreditatis quondam Magn. Ioannis Cafatini, vt ex processu, & actis, puto partes Reuer. Apostolici delegati esse in con-

demnando dictum monasterium, ac illius priorem, & fratres ad dandum, & consignandum ipsi Reuerendissimo Archiepiscopo tanquam ordinario dictam quartam prætatae hæreditatis.  
 1 Prius tamen presupposito, † quod quilibet ordinarius in sua diocesi vtitur duplii lege diocesani v3. & iurisdictionis, tex. est notabilis in c. conquerente, & in c. cum ab ecclesiis. Prælati extra de officio ordinarij glor. notab. & ibi per omnes scribentes in c. dilectus filius in verbo de lege iurisdictionis extra eod. tit. & quamvis ius exigendi quartas mortuariorum olim esset de lege diocesani, vt habetur in d. cap. conquerente, & per Innoc. in c. 1. de stat. monac. à qua lege diocesani monasteria erant indifferenter exempta, vt habetur 10. q. 1. c. 1. & 16. q. 1. c. cum pro utilitate & ibi per Doctor. & in c. quā sit 18. q. 2. Atta- men quia hodie iure nouissimo fra- tres Predicatores, & mendicantes te- netur de quibuscumq;, & quomodo- cumq; relictis distinete, & indistincte soluere quartam Episcopis, & ordi- narij iuxta tex. in clem. dudum s. ve- rum, & ibi per Doct. de sepulturis, & per Alex. conf. 195. incip. viro testa- mento vol. 2. tale ius exigendi quar- tam † Canonicam, intelligitur de l. iurisdictionis, & non de lege Dioce- sani, ita punctualiter tenuit Innoc. in c. 1. de stat. regul. & ibi Io. Andr. dixit quartam mortuorum esse d. l. iurisdi- ctionis, non autem de l. diocesani, ex quo illorum solutio competit ratione Sacramentorum, & inter illas eccl- esias sit divisio à quibus mortuus rece- pit sacramenta C. cum quibus de se- pulturis in 6. sed collatio sacra- mentorum est de lege iurisdictionis 16. q. 1. cap. interdicimus. Ipsa ergo mor- tuaria quæ sunt accessoria ad sacra- menta eiusdem naturæ, & condicione esse debent c. maxime l. cum rigi- tur de voto secundum eum, & dicte ibi Abb. quod hodie oportet dicere ea esse de l. Dioce- sani à quibus mona- steria

teria reperiantur exempta, sequitur  
Io. de Turre cremata 10. q. 1. in sum-  
ma qui dixit, quod omnia à quibus  
monasteria per Canones nō sunt exē-  
pta sunt de l. iurisdictionis dicens, qđ  
cum monasteria subsint Episcopis in  
omnibus in quibus non exprimuntur  
exēpta per Canones subiicientur Epi-  
scopo, & erunt de l. iurisdictionis, alia  
in quibus exprimuntur non teneri  
sunt de lege Diocesani, secundum eū,  
vide Bal. in l. si quis ad declinandum  
6. col. vers. ex prædictis ergo appetet  
C. de Episc. & Cler. qui similiter te-  
net quod dictum ius quartæ est de  
lege iurisdictionis.

Quia ergo monasteria sī canones  
tenentur ad quartum, quomodo cūq;  
eis dimissorum, & ad quartam mor-  
tuariorum, & in d. clem. dudum ſ. ve-  
rum, & in d. c. cum quis igitur dictum  
ius quartæ censetur de lege iurisdi-  
ctionis, & non de lege diocesani per  
supradicta.

Alio etiam præsupposito, quod ius  
quartæ & ordinario vel Episcopo com-  
petens, consistit in mortuarijs, & sic  
in his quę erogantur in funere, ac erat  
in quarta dimissorum seu legatorum  
ecclesiaz per defunctum quomodo-  
cumq; , & qualitercumq; ita probat  
tex. in c. in nostra extra de sepultur.  
& ibi Abb. in 1. col. vers. not. ibi de  
oblationibus, & bonus tex. in d. clem.  
dudum ſ. verum vbi glos. in verbo fu-  
neralibus dixit deberi quartā, etiam  
de candelis quę dantur ad manus, &  
ibi per Ioannem de Imo. & Cardin.

His igitur præsuppositis, quia per  
testes d. monasterij deponentes super  
5. exceptione & super 6. & 10. ipsius  
monasterij plene liquet, quod Archie-  
piscopi, qui pro tempore fuerunt, &  
dicta maior Ecclesia Neapolitana &  
ipse modernus Archiepiscopus ab an-  
nis 30. & 40. & plus fuerunt, & est in  
possessione exigendi quartā mortua-  
riorum, & cerę quę fuit erogata in  
funeralibus defunctorum pro tempo-  
re mortuorum, non est dubitandum,

4 quod per exercitium & iurisdictionis  
circa exactionem mortuariorum, seu  
funeralium videtur conseruata iuris-  
dictio d. Reuerendiss. Archiepiscopi  
circa vniuersum ius quartæ etiam re-  
spectu legatorū & dimissorum d. mo-  
nafterio, Ita punctualiter tenuit Innoc.  
in c. dilecto in fine vers. sed nunquid  
de iuriis ad iura de offic. archid. qui  
dixit quod vbi quis vitetur iure com-  
muni vtendo uno iure alia omnia iura  
quę eodem iure debentur puta Epis-  
copali, vel Archidiaconali retinere vi-  
detur secundum eum idem in specie  
tenuit Abb. in cap. 1. col. 1. vers. vlti-  
mo tenementi de relig. domib. qui di-  
xit quod per exercitium vnius iuris,  
seu articuli comprehensi sub vniuer-  
so, infertur ad possessionem iuris vni-  
uersalis inferens quod positio vnius  
articuli extenditur ad possessionem  
vniuersalem totius iurisdictionis, idē  
tebuit Ludou. conf. 29 1. incipiens cū  
isti fratres vbi dixit, quod vbi agitur  
de vniuersali iurisdictione quę sita cō-  
seruanda sufficit vnum solum actum  
iurisdictionis suisse exercitatum vt  
ipsa vniuersaliter conseruetur, casus  
est notab. secundum eum in l. vna est  
via ff. de seruit. rust. præd. & in l. si  
stillicidium ſ. fin. & in l. si in parte ff.  
cod. tit. Idem tenuit Innoc. in c. dilec-  
tus 3. col. in verbo possessorum ex-  
tra de Cappell. monaç. qui dixit, quod  
si Episcopus, vel quicumque alias  
qui habet iurisdictionem, vel aliud ius  
generale statutum à iure, vel à con-  
suetudine, vel statuto in aliqua lo-  
ca, vel personas quacumque tem-  
pore fecit quod in aliquo illorum loco-  
rum, vel personarum non vtatur, vel  
omni iure quod in eis habet, vel ali-  
quo capitulo, non tñ contra eum præ-  
scribitur, quia semper possidet exer-  
cendo vnum Capitulum illius genera-  
lis iuris in uno solo loco, vel aliquibus  
personis, nisi amittat possessionem,  
vel quia expellatur, vel reuertens non  
admittatur, vel suspicetur se posse re-  
pellere l. i. ſ. deicitur & l. sequenti ſ.  
fin.

fin. ff. de acquir. possess. nam cum hac iura sint contigua, sufficit in uno prædictorum retinere possessionem l. posse sideri in princ. ff. de acquir. possess. alioquin sequeretur absurdum secundum eum, quid enim si in una ecclesia sua diocesis Episcopus non exercuit visitationem per plures annos, quia bene se habuit, numquid ex hoc Episcopus ammittenet ius suum? absit, dicit ipse. Idem tenuit Philip. Dec. cons. 27. 2. col. nu. 5. & multa ad hoc allegat.

5 Nec obstant † notata per Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itin. actuq; priua. quia videtur concludere quod vsus iurisdictionis in uno capite, vel in una specie, non tribuit ius utendi in alijs capitibus, seu alijs capitibus, seu alijs speciebus, quod etiam videtur tenere Bal. in l. Imperium ff. de iurisdictione omn. iud. nam dicta per Bar. ibi procedunt, vbi agitur de iurisdictione querenda per prescriptionem, quia tunc vsus iurisdictionis in uno non tribuit ius in alijs, sed vbi agitur de iurisdictione quaesita, vel competenti ex iuris dispositione conseruanda, tunc exercitium in uno conseruat ius in omnibus alijs capitibus, ita tenuit Ludou. in d. cons. 29. 1. qui ad hoc allegat l. una est via ff. de seruit. rust. præd. tenuit in specie Fely. in c. audit. 6. col. & sequenti de præscript. pro quo videtur tex. in c. cum contingat, & ibi Dñs Cardina. extra de foro competenti, & Bar. hoc sentit in d. §. si quis hoc interdicto, sed in casu nostro iurisdictione exigendi quartæ competit, & competit d. ecclesiæ majori Neapolitanæ & Archiepiscopis præteritis; & ipsi Reverendiss. moderno Archiepiscopo de iure communi, ideo exercitium d. iurisdictionis in uno capite, conseruat ius in omnibus per predictam.

Nec similiter obstat quod dicti testes partis aduersæ dicant, quod de legatis & rebus dimissis dicto monasterio nunquam fuit soluta quarta Archiepiscopis qui pro temporibus sue-

runt, & successive ipsi Reverendiss. moderno Archiepiscopo, sed tantum de ceris, quia per hoc nō videtur ammissum ius non petendi quartam de alijs legatis, & alijs dimissis, nisi alias dicta quarta fuerit petita, & denegata, & dicti Archiepiscopi præsenti, & ipse modernus dictæ derogationi acquieuerint † ex quo in actibus negatiuis nunquam acquiritur ius, nisi à tempore prohibitionis, & non ante etiam si per mille annos non petierit, ita est glos. singul. in l. 1. C. de seruit. & aqua, & ibi hoc notat Bar. & Bal. & not. Innoc. in d. c. dilectus in verbo possessiorum de capp. monac. vbi dicit quod ordinarius nō exercens ius, vel non vtendo vno Capitulo illius iuris sibi competentis de iure nunquam ammittit ius, immo illud retinet nisi ammittat possessionem, vel quia expellatur, vel reuertens non admittatur, allegat l. 1. §. dicitur & l. sequentem §. fin. ff. de acquir. possess. pro quo est gl. in l. qui luminibus in princ. & ibi Bart. ff. de seruit. vrbani. predio, & Bar. in l. & si forte §. 1. ff. si serui. vend. Bar. in l. si prius ff. de oper. nou. nunciatur. in 7. opposit. 1. par. Spec. in tit. de causa possess. & propriet. §. in confessio versi. sed pone.

Quinimo testes deponentes de non solutione quartæ legatorum, & dimissorum d. monasterio, & sic negative non probant, ex quo testis simpliciter deponens de non vsu legis, non probat, nisi deponat de simplici actu contrario, quia non entium nullæ sunt partes C. ad dissoluendum de dispens. impub. c. bone et l. de elect. Ita notwithstanding tenuit Io. Andr. in c. Ioannes de cleric. coniug. vbi multa ponit de hoc exempla sequitur Alex. cōs. 195. incip. viso testamento 3. col. versic. tamen non probatur 2. vol. & in specie tenuit Io. Andr. in rubri. sine possessione in mercun. penul. col. versic. circa secundum quo queritur vbi dixit, quod consuetudo noa soluendi quartam Episcopo non potest probari,

ri, nisi quando resolutur in affirmatiuam vel equivalentem allegat c. super hoc de renunciatione. & l. inde veracius s. fin. ff. ad l. aquil. vel cum probatur aliquid affirmatiuum, quo probato probatur negatiua c. fin. qui matr. accus. possunt, maxime quia non fuit aliter probatum de scientia Archiepiscoporum praeditorum, quod legata, & hereditates fuerint facta dictis monasterijs, quo casu prætensa possessio non soluendi ex aduerso allegata dicitur clandestina, iuxta tex. cu ibi notata in l. clam possidere ff. de acquir. poss. & talis solutio non facta ex quo non fuit denegata petenti, non præjudicat ipsi Reuer. per praedicta.

Nec similiter obstat si dicatur quod monasterium ipsum est tutum priuilegijs retro Pontificum immunitatis, a solutione quartæ sicut sunt tuta omnia monasteria mendicantium, quia monasterium ipsum, non solum dicto priuilegio immunitatis vsus non fuit, immo notitiam habens de praedicto priuilegio scienter spatio 30. annorum & 40. soluit quartam tam Archiepiscopis præteritis, quam ipsi moderno Archiepiscopo, prout monaci d. monasterij tanquam testes examinati ad instantiam d. monasterij fatentur in dictis examinationibus, per quas solutiones quartæ mortuariorum per tempus praedictum sponte factas fratres d. monasterij dictum eorum priuilegium ammiserunt & ita est tex. in l. i. C. de is qui sponte mune. sube. lib. 20. bonus tex. in l. penul. s. fin. ff. de iure immun. & per Doctor. maxime Abbas, & Felyn. in c. cum accessissent, de constit. & per Doct. in l. fin. maxime las. in l. fin. ff. de constit. princ.

Et si dicatur quod priuilegium praedictum aduersariorum fuerit, & est priuilegium immunitatis, & sic non soluendi, & cum respiciat actus iterabiles per solutiones sponte factas, non præjudicatur solutionibus faciendis in futurum, sed tantum factis in præteritum per ea que notat Cy. & me-

lius Saly. in l. voluntarie C. de excus. tut. & Abb. in d. cap. cum accessissent & similiter si dicatur quod dictum priuilegium fuit concessum ecclesiæ & ordinarij quo casu per solutiones sponte factas à fratribus, & particularibus dicti ordinis non fuit præjudicatum conuentui, & monasterio prædicto per ea que in terminis not. Andr. de Barulo in d. l. i. C. de his qui sponte munera subeunt.

Dicitur, ac respondetur pro parte d. Reuerendiss. Archiepiscopi quod praedicta procedunt ubi priuilegiatus unica vel pluribus vicibus simpliciter solueret, vel particulares ecclesiæ aliquando simpliciter soluissent contra formam priuilegij, sed ubi priuilegiatus, vel particulares ecclesiæ soluisset spatio 30. vel 40. annorum ex quo per tantum tempus ecclesia conuentus, vel collegium, seu alias priuilegiatus videtur renunciare priuilegio etiam in futurum, tunc per solutiones tanto tempore factas præjudicatur priuilegiato ecclesiæ vel collegio etiam in futurum; ita probat tex. formalis in c. accendentibus, & in c. si de terra extra de priuilegijs, & in spetie notat Innoc. in d. c. accendentibus qui singulariter dixit quod ubi unus monachus, qui est propositus agris colendis soluit decimas, quia hoc ignoratur per conuentum, ideo sibi non præjudicat, immo si aliquando sciente toto conuentu solueret, per hoc non videtur renunciatum priuilegio, ex quo talis solutio præsumitur facta causa excrandi lites secundum ipsum, sed ubi esset per 30. annos solutum tunc conuentus, non habet excusationem ignorantiae vel voluntatis, & ideo solutiones tanto tempore per particulares præjudicatur toti conuentui, seu monasterio, allegat dictum c. si de terra, idem in spetie tenuit Io. de Plat. in l. 2. C. de his qui sponte munera sube. ubi referendo dictum Andr. de Barulo dixit illud non procedere ubi cum solutione facta à particularibus concurreret

curreret spatium 30. vel 40. annorum per dicta Capitula accedentibus, & si de terra, & idem in specie tenuit Abb. quem cæteri sequuntur in d. cap. cum accessissent final. col. de consti. & idē Abb. in specie in cap. pro illorum 2. col. de præben. quia quando d. fratres monasterij prædicti soluerunt quartā mortuariorum tanto tempore existētes in monasterio ipso præsumitur scientia totius conuentus, & monasterij stante vicinitate ipsius monasterij, ita probat tex. in cap. fin. extra qui matr. accus. possunt, & in cap. 1. de postul. præl. & in cap. qui dictis 16. dist. quam solutionem tanto tempore factam monaci, & officiales dicti Conuentus hoc facentur, quorum confessio in contemptioso iudicio præjudicat conuentui, vel ecclesiæ, ita Bar. in l. certum s. sed an ipso col. 2. de confess. notat expresse Bal. in l. vnic. 17. col. versic. porro si confiteatur C. de confessis, sentit Bar. in l. ex hac scriptura in fine ff. de donat. ex tali ergo solutione tanto tempore facta fuit causatus consensus monasterij, & consequenter renunciatio priuilegijs per dicta iura non solum respectu mortuariorum solutorum, sed etiam respectu omnium stante quod de iure vnicica iurisdictione competit ordinario pro quarta legatorum, & mortuariorum, & per exercitium dictæ iurisdictionis in uno retinetur ius in omnibus confirmantur prædicta ex his que notat Ant. de Butr. & Imol. in d. cap. cum accessissent, qui dicunt quod vbi priuilegium concernit mixtim ecclesiam, & personas per contraventiones personarum, & particularium ecclesiæ perditur priuilegium in totum, & ita intelligitur tex. ibi, & in cap. cum m. sequitur ibi Feli. col. 15. versic. & prædicta declarat hic Dñus Antonius. Quia ergo asserra priuilegia immunitatis à solutione quartarum respiciunt tam ecclesiam dictorum fratum, quæ ipsos fratres per dictas contraventiones dictorum fratum particularium

fuit præiudicatum tam ecclesiæ quam fratribus ipsius per supradicta.

Fortificantur prædicta, nam per breve fel. recor. Leonis decimi fuit concessū quond. Reuerendiss. Vinc. Carratæ tunc Archiepis. Neapolitanō ius exigēdi quartam à monasterijs mendicatiū cum amplissimis derogationibus, priuilegijs, & indultis dictorum fratrum mendicantium. Qua reuocatione, vt prædicatur facta ipsi aduersari non poterunt se tueri vigore ipsorum priuilegiorum, constat n. 9 quod quando ex priuilegio + Principis subdito concessum, non transferatur dominium quod est de iure gentium, sed conceditur immunitas, & statut in finibus priuilegij, idē Princeps potest illud reuocare, ita Bal. notabiliter in l. qui se patris antepenul. col. C. vnde l. b. notat expresse Franc. de Aretio, Innoc. & cæteri in cap. douit 3. col. vbi Felyn. plene de iud. qui dixit, quod vbi ex priuilegio Principis non fuit priuilegiato quesitū aliquod ius de iure gentium sicut est priuilegium exemptionis, vel immunitatis, si statut in finibus priuilegij, potest per Principem reuocari secundū eum allegantē autem. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. & l. 1. C. de immunit. nemini. conced. Idem tequit Innoc. in c. quæ in ecclesiā vbi per omnes extra de constitut. & tenet expresse Soccin. consil. 4. incip. pro fundamento decisionis col. 2. versic. quoniam ad hoc responderetur 2. vol. & expresse Petr. de Anchar. consil. 2. incip. vt tacitum est supra dicens quod priuilegijs Principis immunitatis potest minui, & in totum tolli, Idem & plenius Alex. in consil. 215. incip. nec arguendi sumus 2. vol. vbi tenet quod Princeps potest ea quæ non inducta sunt de iure diuino, naturali, vel gentium tollere etiam sine causa, cum clausula non obstante etiam si agatur de alterius graui præiudicio, allegat glof. & Doct. in l. fin. C. si contra ius, vel util. publi. & Innoc. & Canonista in d.

In d. cap. quæ in ecclesiarum de constit. ad quæ infinita allegari possent quæ breuitatis causa omituntur, quibus stantibus non videtur posse dubitari, quod ipsi fratres sint condemnādi ad quartę prædictæ solutionem, nō obstantibus prætenso priuilegio confirmationis, & communicationis priuilegiorum Sancti Francisci de Paula, cum ordinibus mendicantium, & signanter super iure quartæ ultimo loco producto, cui per prædicta apparet sufficienter derogatum.

Nec prædictis obstatre videtur, si ex aduerso dicatur quod hęc concessio, & commissio exigendi quartam à fratribus mendicantibus fuit concessa prædicto Reuerendiss. Vinc. Carrafę tunc Archiepiscopo Neapolitano, per cuius † mortem videtur extincta, seu expirata, nam dictum ius, seu iurisdictio exigendi quartam, competit de iure ecclesię Neapolitanę, & consequenter eius Prælato iuxta tex. in d. clem. dudum §. verum cum alijs supra alleg. quo casu per concessionem ipsi Reuerendiss. Cardinali tunc Archiepiscopo Neapolitano factam eorum que sibi & suę ecclesię ordinario iure competebant, videtur eius iurisdictio excitata, non autem censetur noua concessio iuxta tex. cum ibi notatis per Doctores, maxime Abb. & ceteros in c. licet in corrigendis extra de officio ordinarij, notat Alex. in l. 1. §. quis simpliciter 2. col. ff. de verb. obli. & idem Alex. in l. 1. §. opus nouum ff. de oper. nou. nunciat. tenet Ang. cōs. 214. quibus st̄tibus quia dictus Ioannes Cafatinus decessit d. Reuerendiss. Cardinali viuente, & sic tam Ecclesię Neapolitanę quam ipsi fuit acquisitū dominium, & ius quartę d. suę hereditatis nō potest negari quod eo mortuo ecclesia remanet Dña dictę quartę, & iuris ad eam competentis, per ea quæ notat Innoc. in cap. in præsentia 2. col. de proba. qui dixit quod iuxta competentia ecclesiæ sunt penes ecclesiam, & per eam possidentur etiā

Prælato viuente, ita quodeo mortuo ecclesia remanet Dña, & posseditrix iurium prædictorum, sequitur Bal. in l. 3. 1. col. C. de edic. diui.

Et dato non tamen concessso, quod d. concessio potuisset dici personalis, attamen quia ipse Reuerendiss. Cardinalis quæsiuit dictū ius quartæ per mortem dicti Ioānis Cafatini intuitu ecclesiæ cum ad eam ius competebat, etiam viuente ipso Dño Cardinali, sequitur quod eo mortuo dicta ecclesia remanet Dña dictę quartę, ita probat tex. in c. res ecclesiæ in cap. expedit, & in c. si priuatus 12. q. 1. tex. bon. in c. Episcopo de reb. ead. causa & q. notat expresse Innoc. in c. Iudeorum extra de etate, & qualit.

Et quatenus dicatur quod prædicta quarta non fuit acquisita per ipsum Reuerendiss. Cardinalem sed tantum actio ad eam persequendam. Respondeatur quod actiones pro rebus ecclesiæ debitiss, sunt taliter acquisitæ ecclesiæ q. Prælatus habet solum exercitium dictarum actionum, ita quod ipse actiones directæ sunt penes ecclesiam ipsam, ita notanter Innoc. quem ibi sequitur Philip. Franc. & ceteri in c. præsentium de test. in 6. & ideo Prælatus dicitur Procurator ecclesiæ probat tex. in cap. 2. extra de donat. & propterea debet agere, vel conuenire nomine ecclesiæ, & non proprio: probat tex. in cap. 2. olim el primo extra de restit. spol. notant Doct. maxime Ioannes Andr. in cap. ex literis de probat. stante ergo quod ius quartæ, & actio ad eam persequendam incipit competere ecclesiæ viuente Prælato, sequitur quod eo mortuo dictę actiones, & ius quartæ remanserunt penes ipsam ecclesiam per supradicta, ex quibus recte concludendum censeo ipsum monasterium, & illius priorem, & monacos debere condemnari ad quartam dictę hereditatis petitam. Cetera suppletat peritia & bonitas Magnif. Iudicantis, iuxta titulum, ut quæ desunt Aduocatis.

Ec

ADDI-

**H**ec allegatio tractat de quarta Episcopali vigore relictorum Ecclesiz, & de quarta mortuariorum. Addo ad confirmationem dictorum psr meum Avum hic. Capitium decis. 23. vbi latissime si de legatis factis pro missis debeatur quarta Episcopo, & ad propositum duz sunt quartæ, alia parochialis, de qua in c. 2. & in cap. in nostra de sepulturis & in c. 2. de sepulturis in 6. & alia Episcopalis, de qua in c. requisuisti, & in cap. fin. de testamentis, & iace illas plures sunt differentiaz inter quas una est quod de his quæ ad perpetuum cultum diuinum relinquuntur, quarta Episcopalis non soluitur d. cap. fin. vt in missis, Altera differentia est quod quartam Episcopalem neq; Prælatus petere ab herede, sed ab Ecclesia legataria, quod secus est in quarta parochiali, cetera prosequere vt per Capic. ibi & recentiores addentes ad eum. Non tamen ommitto quod de hac materia adest insignis decisio Rotæ Romanæ Recens relata à Reuer. Stephano Quaranta in sua summa Rullarij fol. 417. quæ decidit omnes controverbias quartæ Episcopalis, & parochialis, ipsam videto.

Non tamen ommitto, quod hæc quarta Episcopalis procedit de iure communii Canonicæ, sed in hoc Regno cum adsit tribunal Reueren. Fabricæ Basilicæ Sancti Petri de Urbe quod cognoscit de legatis pijs. Episcopi, seu ordinarij locorum non possunt se ingerere, nec aliquid prætendere in præjudicium dicti tribunalis. nam quando fuit erectum hoc tribunal Reuer. Fabricæ fuit erectum cum iurisdictione, & cum clausula abdicatiua, & priuatiua ad ordinarios locorum prout cantant dicta priuilegia Reueren. Fabricæ. Ideo omnis potestas ab ordinarijs fuit adempta, hæc est uis iurisdictionis abdicatiue, seu priuatiue, Iason late in l. quod in rerum §. 1. ff. de legatis 1. plene Gram. decis 30. & Capic. decis. 122. col. 2. vers. facit secundo, De Franchis decis. 417. num. 7. & 8. nec est uis facienda in Sacr. Consil. Tridentino sessione 33. cap. 8. quia post dictam sessionem per bullam Pij quarti in anno 1562. confirmantur priuilegia Reuer. Fabricæ respectu plurim dispositionum in Bullario fol. 392. que confirmatio operatur vt illa priuilegia dicantur expressa & inclusa ex uir relationis ad textum in l. asse toto ff. de hered. instit. & qui confirmat dare uidetur l. lege obuenire ff. de uerbis signif. & ita fuit obseruatum quando Episcopi in hoc Regno anti-

sunt prætendere quartam de legatis pijs, in præjudicium Reuerend. Fabricæ.

Et in specie cum Episcopus Fundanus præcedisset de recenti quartam Canonicam de legatis pijs me existente Commissario generali dicti Tribunalis Reuer. Fabricæ, certioratis Illustris. Cardinalibus deputatis in Urbe fuit prouisum per eos, quod supercedeatur super prætentione dicti Episcopi Fundani, & interim exigantur legata pia in totum in beneficium Reuer. Fabricæ, & literæ originales conseruantur pñnes Secretarium Melchiorrem Reuiglionum, quæ rura literarum copia Illustris. Cardinalis Cosentini præfecti Cōgregationis prædictæ sub data Romæ die 25. Iulij 1610. hæc e st.

Circa la quarta Canonica che pretende il Vescouo di Fondi, s'è uista l'informazione mandata, & per esser negotio di uederlo più maturamente, & referirlo à N.S. attenderà fra tanto ad esigere per la Fabrica soprasedendo anco gl'ordini nostri circa il darla al sudetto Vescouo, che così è parso bene alli medemi miei Illustris. Signori.

Abb. Io: Hier. de Marzo.


## SVMMARIVM.

- 1 *Remedia Capitulorum Regni in personis Ecclesiasticis quomodo tractatur, per totam allegationem & signanter nu. primo.*
- 2 *Potest Regia Curia tueri clericum in possessione beneficij, aduersus alium clericum violentiam inferentem.*
- 3 *Forma procedendi, virtute capitulorum Regni.*
- 4 *Reus sic generaliter citatus per edictum si sua putauerit interessesse, si comparet dicitur reus voluntarius.*
- 5 *Violentia dicitur committi eo ipso quod quis propria auctoritate cepit possessionem etiam si cepit*

- cepit sine armis.*
- 6** *Presentia armatorum hominum inducit violentiam, etiam si non veniant ad actum factum.*
- 7** *Tribus modis quis dicitur expelli à possessione.*
- 8** *Vno beneficiorum an possit fieri, & quando.*
- 9** *Confirmatio subsequita nullū iustribuit, si priuilegium erat inualidum.*
- 10** *Quando ecclesia unitur, non preiudicatur Rectori ecclesiae unite.*
- 11** *Priuilegium debet intelligi sine iniuria tertij.*
- 12** *Nemo potest propria auctoritate capere possessionem.*
- 13** *Quis dicatur notorie intrusus in beneficio.*
- 14** *Beneficium inter annos diuidi prohibetur.*

### ALLEGATIO 52.

#### D E remedij Capitulorum Regni.



**N** causa Reuer. Alfonsi de Accia magni magistris militis Sancti Lazari super conseruatione dicti magni magistratus, & perceptoriæ Sancti Lazari, & alijs; ut ex actis d. causæ continetur; Puto non esse dubitandum; quin eidem Reueren. Alfonso non sit concedendum conseruatorum in forma Cancelleriaz pro conseruatione suæ antiquæ possessionis dicti magni magistratus

iuxta formam Capitulorum Regni, desuper æditorum, stante quod ipse Reueren. Alphonsus optime probauit ipsius possessionem continuatam dicti magni magistratus per annos 23. seu 24. pacifice, & quiete, vsq; ad tempus mortis quondam Magn. & Reuend. Pirri Aloisij Carrafæ qui erat in solidū magnus magister ut erat ipse Reuer. Alfonsus, & eo mortuo continuacionem dictæ suæ possessionis pacifice, & quiete non solum in ecclesia, sed in perceptione fructuum, & similiter nō solum probauit simplicem turbationem Aduersarij, sed etiam violentam turbationem in possessione dictæ ecclesiae, ac etiam in fructuū perceptione, f. quo casu Reg. Cur. potest & debet ipsum Reuer. Alfonsum tueri in sua pacifica, & anteriori possessione virtute Capitulorum Regni quorum vnum incipit finis præcepti caritas, & aliud, omnis prædatio, & aliud ad Regale fastigium. quorum Capitulorum 2. vigore Reg. Cur. potest f. clericū tueri in possessione beneficij aduersus alium clericum violentiam inferentem. Ita ad enucleationem dictorum Capitulorum notanter dixit Lucas de Penna in l. si coloni col. pen. & fin. vers. similiter quæritur C. de agris & censit lib. 11. ex quo Rex prædicta faciens tueritur oppressum & violentia, & oppressione sicut de Sancto Moise legitur, ut in dictis Capitulis habetur, quotū verba sumpta fuerunt a c. non inferenda 23. q. 3. & a c. omnis 7. que. 1. idem in specie tenuit Affl. decis. 24. que incipit quidam clericus ponens formam concedendi virtute Capitulorum prædictorum f. que est ut proposito edicto citentur omnes interessè prætententes qui compareant, si eorum interesse putauerint ad dicendum; quocasu clericus qui directa à judice laicocitati non potest per iura vulgaria, si comparecerit voluntarius reus, seu comparens, & procedit iudicium, ita punctualiter tenuit Bal. & ibi eum sequitur Paul. de Castr. in l. testamento Ec 2 omnia.

omnia C. de testa. quē sequitur Fely. in c. cum inter priorem col. 8. versic. limita 2. extra de except. quicquid dixerit Alex. in l. de pupillo §. fin. ff. de oper. nou. nuncia. qui videtur tener, quod quando reus † sic genera-  
 4 liter citatus si sua putauerit interesse comparet & vult de suo interesse docere, erit necessarius, & non voluntarius, nam dictum Alex. procedit in eo qui est nominatim citatus, cum clausula si sua putauerit interesse, secus tam  
 men est in eo qui generaliter citatur cum d. clausula allegat Ang. in l. 1. §.  
 hæc stipulatio col. 7. ff. si cui plus quam per l. fal. & multa alia, siccq; cum Reu. Regens officium maioris Cappellani processerit seruata forma dictori Capitulorum affigendo sedictum, & citando omnes interesse prætendentes sic ut diutius in talibus extitit obseruatum tam in Sac. Cons. quam in Regia Audientia, vt dicit Affl. in d. decis. 24. & idem Affl. decis. 2. col. 3. vers. sed contra eum, dicens quod si forma tradita per dicta Capitula Regni non servaretur in citando, citatio esset nulla, & propterea non potuit nec potest dici processus nullus, quia Adversarius qui ex dispositione iuris non potuit nominatim citari per laicum iudicem, non fuit particulariter citatus, cum in similibus procedatur non in forma iudicij, sed per summariam informatiōnem à laico iudice capiendam, in qua si per famam publicam, vel facti notorium vel aliter consisteret de turbatione, poterit possessorem tueri, vt in dictis Capitulis declaratur, quæ omnia apparēt legitime obseruata, & probata in processu desuper formato, & quamvis in memoriali præfati Reuer. alphonſi nominetur dictus Adversarius expresse declarando se ab ipso adversario turbari, non propterea erat nominatim citandus, quia talis forma conquerendi ponitur in Capitulis Regni prædictis, & non obstante, quod sciatur certus turbator, vel spoliator, datur prædicta forma procedendi, &

quamvis ex aduerso dicatur, quod intentum Regis qui prædicta capitula edidit, fuerit tueri possessorum à violentijs, & oppresso succurrere, vt in eisdem dicitur, & quod dictus Adversarius possessionem cœperit pacifice, & quiete absq; alia violentia, vt in asserto instrumento desuper confessio ponitur contineri, attamen ex prædictis quando apparerent non excluditur violentia cōmissa per dictum Adversarium, stante quod ipse Adversarius fultus authoritate Magno. Capitanei Capuani eius consanguinei, multū potentis in loco propter authoritatē officij propria authoritate possessionē dicti magni magistratus, & ecclesiæ cepit, quo casu satis dicitur violentiā inferre, ita probat † formalis tex. in l. extat ff. quod metus causa, vbi videatur violenter captum illud quod quis propria authoritate capit, etiam si illud accipit sine armis, tanto magis in casu nostro, vbi cum magna comitius armatorum hominum dictus adversarius processit ad capiendam dictam possessionem quo casu d. Reuerendus Alfonsus satis dicitur armis. deiectus, ita probat tex. formalis in l. 3. l. armis deiectum, & ibi Bar. & Ang. ff. de vi & ui arm. Bal. in c. cum dilectus vlt. col. extra de ord. cogni. & Inoc. in c. continentiam extra de cleri. percusso.  
 6 vbi tenet, † quod præsentia armatorum hominum satis videtur inferre violentiā, etiam si ad actum facti dicti homines armati non procedant, & idē teneat Bal. in l. raptore penul. not. C. de Episc. & cleri. & idem Bal. in cap. 1. in principio de bene. fratribus, & Ludou. consil. 117. incip. ex præmissa statuti particula.  
 Et ad hoc optime deseruit illud quod notabiliter tenuit Roffee. Beneuen. in rubr. de constit. si quis in tantum col. 9. versic. queritur quomodo intelligitur nu 35. in parua impressione qui dixit quod violenter intelligitur fieri etiam illud quod sit propria authoritate, nec curat ipse si interuenierint arma,

arma, vel ne, & notabiliter hoc tenuit  
Bal. in l. si quis in tantum col. 3. vers.  
decimo queritur, vbi tenet quod qñ  
clam conuertitur ad vim, tunc habe-  
tur ac si palam expelleretur, allegat  
tex. in l. clam possidere s. qui ad anna-  
dinas ff. de acquir. possess. Inferens ad  
statutum puniens expellentem aliquē  
de possessione, quod includit illū qui  
inuasit possessionem, & possidens non  
erat ibi corpore sed animo possidebat,  
& reuertentem non admittat, dicens  
quod aliquis tribus modis expellitur  
7 † videlicet quando expellitur corpo-  
raliter à possessione, & quando redies  
non fuit admissus, & quando metu nō  
reuertitur, in quo casu satis dicitur  
expulsus, taliter quod habet locum s.  
si quis in tantā, & idem Bal. in eadem  
l. si quis in tantā pen. col. verfic. quid  
si clam, dicens quo is qui clam ingre-  
ditur possessionem si reuertentem  
non admittat, dicitur violentus inua-  
sor, allegat glof. in d.l. clam possidere  
s. qui ad annidas & in l. seque. ff. de  
acquir. possess. sicq; cum dictus Reu.  
Alphonsus magnus magister fuerit in  
possessione tanto tempore, & dictus  
aduersarius cum comitiua armatorū  
ad dictam ecclesiam accesserit, & actū  
possessionis gesserit, satis dicitur in-  
tulisse violentiam ipsi Reueren. Al-  
phonso, licet absenti cum propria au-  
thoritate possessionem ceperit, & di-  
ctus Reuer. Alphonsus dictam eius  
antiquam possessionem cōtinuare pa-  
cifice, & quiete non potuerit metu  
armorū hominum in d. ecclesia exi-  
stentium.

Nec prædictis obstat si ex aduerso dica-  
etur quod prædictus aduersarius ges-  
serit prædicta authoritate, ac uirtute  
8 vniōnis annexionis † & incorpora-  
tionis magni magistratus alias factas  
per Innocentium Octauum militias  
Sanceti Ioannis Hierosolimitani post-  
modum, vt ponitur confirmata per  
Clementem Septimum, & Paulum de  
pnti Pontificem. Talis enim asserta  
vniō nō solum obstar ipsi Reuer.

Alphonso magno magistro, sed in pnti  
causa allegari, & produci non debuit,  
Primo quia d. asserta vniō nunquam  
effectum habuit, quia dicta Religio  
Hierosolimitana nunquam possessio-  
nem habuit dicti magni magistratus,  
quo casu tunc vniō dicitur non sorti-  
ta effectum, vt declarat glo. Regulæ  
Cancellariæ 11. quæ allegat extrauag-  
antem Martini quinti quæ hoc dicit,  
& cum non fuerit effe. Qū sortita idem  
Innocentius octauus reuocauit, cas-  
sauit, & irritauit omnes, & singulas  
vniōnes annexiones & incorporatio-  
nes quorūcumq; personatum offici-  
orum, beneficiorum dignitatum, &  
aliorum beneficiorū auctoritate Apo-  
stolica factas, quæ sortitæ non fuerant  
effectum vt habetur in regula Cancel-  
lariæ 11. in ordine quo casu stan-  
te annullatione, & irritatione dictæ  
assertæ vniōnis ab eodem Innocentio  
facta † confirmationes Clementis, &  
Pauli postea subsecutæ nihil tribuunt  
d. Religioni Hierosolimitanæ de no-  
uo, sed tantum prius habita legitime,  
roborat ita Andr. de Iser. in cap. 1. in  
princ. de vaxali. decrep. ætat. bonus  
est tex. in cap. inter dilectos, vbi per  
Docto. maxime Fely. de fide instrum.  
Cum autem tempore confirmationū  
prædictarum d. asserta vniō reperi-  
tur irritata, & annulata, tales confir-  
mationes nihil tribuunt, nec aliquid  
operantur ita notanter Bal. in l. ex  
verbis C. de donat. inter vir. & vxor.  
qui dixit, quod confirmatio priuile-  
giorum quæ alias erant inualida nihil  
operatur, allegat tex. in c. 1. de con-  
firmat. vtil. vel inutil. tenet expresse  
Petr. de Anchar. in cons. 389. incip.  
vitis diligenter fin. col. verfic. sed hic  
est videndum, faciunt not. per Bar. in  
l. more maiorum col. 2. ff. de iurisd.  
omn. iud. et ibi per Doct. sicq; dicta  
asserta vniō irritata, et annulata licet  
postmodum confirmata dictæ Reli-  
gioni Hierosolimitanæ, et consequen-  
ter dicto aduersario nihil tribuit ar-  
gumento legis bonorum ff. rem rāta  
haberi,

haberi, et i. fin. ff. quis ordo in bon.  
poss. serue.

Et dato, non tamen concessio quod dicta vno ex aliquo teneret prout nō tenet ipsa nihilominus non præiudicaret d. Reuer. Alfonso magno magistro d. militiæ Sancti Lazari possessori d. magni magistratus virtute auctoriticarum bullarum Adriani, & successione Clementis, & nouissime Pauli, & ita est tex. & ibi hoc notant Doct. maxime Abb. in cap. consultationibus extra de donat. notat expresse Io. de Lignano in clem. si vna de rebus eccl. non alien. in versi. si venerabili, qui 10 dixit, quod quando t ecclesia vnitur non sit alienatio bonorum ecclesiarum vnite, nec præiudicatur Rectori ecclesiarum vnitæ, allegat tex. in d. c. consultationibus, & idem tenuit Hostien. in cap. sicut vniare extra de concessione præben. notat expresse Abb. in c. pastoralis 2. not. de priui. qui allegat d. c. consultationibus, & clem. si vna de reb. eccl. hon alie. Et potest esse 11 euidentis ratio, quia t priuilegium seu concessio Papæ debet intelligi facta sine iniuria, & lesione tertij l. 2. l. merito, & l. si quis à Principe ff. ne quid in loco publ. c. licet extra de officio ordinarij cap. ex tuarum extra de author. & vsu palij cum similibus, quod procedit etiam si Princeps concedat priuilegiū motu proprio, ita lo. And. in cap. si motu proprio de præb. in 6. quem sequitur Abb. in cap. 1. col. 10. extra de Iudi. ex quo mens & intentio superioris talis præsumitur qualis esse debet, ita Bal. in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupill. & dixit Bal. in c. 1. col. 1. apud quem vel quos controuersia scudi dici debet, quod Principis voluntas præsumitur talis, qualis est lex scripta, & ratio natura. lis, ita quod quādo proprio dicta vno, & annexio pér Clemētem, & Paulum facta ut asseritur, valerent, & de no. uo tribuerent ius dictæ religioni Hierosolimitanæ intelligeretur sine præiudicio dicti Reuer. Alfonsi magni ma-

gistri possessoris dicti magni magistratus per supradicta.

Confirmantur prædicta nam vno duarum ecclesiarum est contra ius commune, quia quælibet ecclesia debet habere proprium rectorem, cap. quia non nulli extra de cleric. non resid. ita notanter tenuit Oldra. conf. 260. incip. quod vno facta &c. in principio Hinc dixit notabiliter Bal. in cap. 1. in 1. col. Episcopum vel Abb. quod vna ecclesia non est ancilla alterius, & propterea cēsendæ sunt dictæ vnones odiose, quia per eas minuitur cultus diuinus, & ideo restringendæ, & intelligendæ, vt alium non ledant vt in regula odia de regul. iur. in 6. ve dixit Oldr. vbi supra maxime quia dictus Reuer. Alfonius possidet dictum magnum magistratum cū titulo, seu titulis veris vt supra quo casu in præiudicium dictæ suæ possessionis etiam si possideret cum titulo colorato non posset alij concedi, ita notanter tenuit Abb. in c. cum nostris extra de concessione præbendæ, & in d. cap. consultationibus.

Et ad prædicta optime deseruit, nō dato quod dicta asserta vno remansisset valida prout reuera non est per supradicta, & aliis non reperiatur in possessione prout reperitur, ex quo dicta asserta vno dicitur facta autoritate Apostolicæ Sedis, & dicta Religio Sancti Ioannis Hierosolimitani nunquam habuit possessionem dicti magistratus, non potuit t. dictus aduersarius propria autoritate capere possessionem dicti magni magistratus, ita probat notabilis tex. in c. pastoralis extra de priuile. & ibi glossa verbo in possessionem quæ dixit hoc procedere ea ratione, quia nemo sua auctoritate rem suam accipere debet, allegat l. si quis in tantam C. unde vi, & aliqua alia iura, & ibi lo. And. dicit, quod is cui conceditur ecclesia nō potest propria auctoritate apprehendere possessionem. ipsius, quia nec Dñs cōceditur intrare possessionem quam

quam nunquam adeptus est propria authoritate, immo secundum ipsum per hoc quandoq; cadit à iure suo allegat tex. in c. placuit 16. q. 6. maxime quando violēter ingreditur talem possessionem prout fecit dictus aduersarius, qui cum hominibus armatis ad dictam ecclesiam accessit actū possessionis gerendo, vt supra, quo casu si quod ius habuisset prout non haberet, illud ipso iure ammisisset, vt est formalis tex. in c. eum qui de preben. in 6. Prædicta omnia in præsenti discussione circa conseruationem possessionis ipsius Reuer. Alfonsi magni magistri nō erant necessario disceptāda cum non tractetur de proprietate dicti magni magistratus, sed ad colorandam veram possessionem dicti Reueren. Alfonsi iuxta not. per glo. in clem. vnica in verbo solo de causa possess. & proprietatis, & per Doct. maxime Abb. in c. in literis col. 4. vers. 4. opinio est cōmunis de restitpt. spoliat. fuerunt productæ literæ seu bullæ ipsius Reu. Alfonsi, & per supradicta, & scripturas partis aduersæ ostensum nullum ius dictum aduersarium habere, tam in proprietate quam in possessione, & ideo non immerito aperte 13 appareat ipsum fuisse † & esse notorrie intrusum per ea quæ notabiliter dicit Calder. cons. 13. in tit. de verbis. signif. qui dixit quod intrusus dicitur ille qui propria authoritate sine aliquo tit. vel colore beneficium occupauit, allegat cap. ad aures de excess. præla. & c. eum qui de præb. in 6. qui etiam dicit, quod intrusus etiam dicitur qui titulum habet, vel colorem, sed non canonicum : quinimo dicit Dñicus 19. dist. c. propter col. fin. q; largo modo dicitur intrusus ille qui authoritate superioris obtinuit beneficium, si reperitur vitium propter q; debet beneficio priuari per tex. in c. veniens extra de accus. & ipsos appellat quasi intrusos glo. in cap. cum super in glos. 2. de caus. poss. & propri. sicq; cum ipse Reuerend. Alfonsus

produixerit veros, & legitimos titulos regijs executoriis tulcitos, & dictus aduersarius qui se fundat in asserta vniione iam annullata, & reuocata, & in pretensis confirmationibus Clementis, & Pauli similiter nullum ius tribuentibus stante nullitate primæ vnionis nunquam effectuatæ, non potest dici habere titulum aliquem sine quo possessio in beneficialibus non datur, vt in reg. beneficium in 6. & in c. ex frequentibus extra de constit. & consequenter de eius conseruatione non est tractandum, stante maxime quia ipse Reuer. Alphonsus docuit de eius antiqua, & antiquiori possessione fulcita titulis legitimis vt supra quo casu aduersarius qui se fundat in recenti possessione maxime nullo legitimo titulo fulcita, debet excludi, & ipse Reuer. Alphonsus conseruari, ita probat formalis tex. in cap. licet causam, & ibi per Doct. extra de probat. & ibi per Innoc. notat Bar. in l. celsus ff. de vñcap. & notat Innoc. in c. s̄pē de restit. spoliat. & per Bar. in l. si duo. vti posside. cum similibus.

Et ad prædicta optime deseruit, nō dictus aduersarius prætendit dictum magnum magistratus officium vacasse per mortem quondam Reuer. Pirri Aloisij Carrafe, & per eius mortem de eodem tanquam vacante fuisse pruisum; dictum autem magni magistratus officium non vacauit per mortem dicti Pirri Aloisij, ex quo ipso viuente ipse Reu. Alphonsus erat magnus magister in solidum, & inter ipsum Reu. Alphonsum, & prædictum Reu. Pirrum Aloisium in conuentione inter eos habita non fuerat dictum magni magistratus beneficium, seu ecclesiasticum officium, quod idem est quod 14 beneficium † ex quo solet concedi in titulu ecclesiasticis personis per tex. in c. final. circa princ. de concess. præb. in 6. diuīsum, quod quidem diuidi non poterat, quia prohibitum per Turonense Consilium per tex. in c. dilecto de præben. & per tex. in cap. maioribus

## ALLEGATIONVM

bus eod. tit. sed tantum administratio introituum, & ipsi introitus seu administratio introituum & subditorum per regiones diuisa, cum expresso regressu vicissim expedito per cessum, vel decessum, ut ex ipsis literis plenius appareret, quo casu eodem Pirro Aloisio defuncto d. beneficium non vacauit, sed sic integrum remansit penes ipsum Reuer. Alphonsum, prout erat viuente dicto Reu. Pirro Aloisio, & ipse Reuer. Alphonsus non apprehendit possessionē dicti beneficij post mortem d. Reu. Pirri Aloisij, sed eam continuavit prout continuat tam in Ecclesia quā in perceptione fructuū, vt ex scripturis desuper confessis, & præsentatis appareret, taliter quod d. aduersarius qui prætendit habere titulum d. beneficij tanquam vacantis per mortem dicti Pirri Aloisij, cum non vacet, nec vacauerit, nullum requiritur habere titulum, & propterea de eius conseruatione tractari non potest, sed ipse Reuer. Alphonsus qui per tot annos dictum beneficium integrū possedit, non potest modo aliquo inquietari, sed conseruari debet, stante maxime, regula de trienalī possessore non molestando, quæ in casu de quo agitur optime militat. Ex quibus optimè concludi potest ipsum Reuer. Alphonsum magoum magistrum dictæ perceptoriæ debere conseruari in sua possessione legitima, maxime quia in omnibus ipsis bullis fuerunt executoriales Regij expediti, quorum auctoritate cepit primo loco, & edemum continuauit suam possessionem, & ita mihi de iure videtur, salvo saniori iudicio excellentium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium.

## ADDITIONES.

**N**Vmero 3. tractat hęc allegatio principali liter de remedio capitulo Regni, quo potest Regia Curia tueri clericum in possessione sui beneficij aduersus alium clericum violentiam inferentem, vt per Lucam de Penna in l. si coloni col. pen. C. de agric.

& censit. l. 11. & Affl. decis. 24. Quę mens Auus allegauit, ad quorum confirmationem addo Couarr. practicarum questionū c. 35. & addo Ioannem Vincentium de Anna in allegat. 92. nu. 1. vbi dixit quod hęc remedia capitulorum Regni, sunt remedia extraordinaria, quę fundantur in violētia, & cessant vbi non est violentia, sed authoritas superioris. Vide etiam latissimè Vincentium de Franch. decis. 163. num. 21. & num. 18. & 19.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia potest aliam ecclesiam legitima prescriptione sibi acquirere.
- 2 Unio ecclesiæ quando concedatur.
- 3 Ecclesiæ sunt exemptæ à iurisdictione Imperij.
- 4 An Abbas possit præscribere iura Episcopalia, & iurisdictionalia.

## ALLEGATIO 53.

**A**N ex donatione laici possit Ecclesia contra Ecclesiam præscribere, & quanto tempore.



Voniam ex diuersis priuilegijs Regum huius Regni, & signanter ex priuilegio Incliti Regis Rogerij filij magni Rogerij, ac etiam ex priuilegio Serenissimi Imperatoris Henrici Sexti, appareat quod ipsi donauerunt ecclesię Sanctę Marię de Latina constructa in Insula Sicilię, quæ ex fundatione, & dotatione affecta erat de iure patronatus ipsorum Regum, ecclesiam Sancti Petri de Ninphis alias de Tachina con-

- construqtam in Prouintia Calabriæ, & ipsa Ecclesia S. Mariæ de Latina seu ecclesia S. Philippi de Argirion, quæ successit in locum p̄fate eccles. S. Mariæ de Latina, & eius Abbes eandem ecclesiam S. Petri possiderunt spatio annorum fere ducentum, non est dubium tandem q̄ ipsa ecclesia S. Mariæ de Latina seu S. Philippi & illius Abbes eandem ecclesiam S. Petri acquisiuit quo ad dominii saltim preſcriptione dicti temporis immemorabilis ita probat formalis tex. in c. cura ex. de iure patr. t̄ vbi ex donatione laici ecclesia p̄t aliam ecclesiam sibi donatam legitima preſcriptione sibi acquirere, per quē tex. dicit ibi Abb. in 1. notab. laicum posse ex diocesani consensu donare ecclesiā quo ad proprietatē loco religioso, & in 2. notab. dicit q̄ ecclesiā p̄t p̄scribi per ecclesia iure proprietas, ut ecclesiā habeat ad proprios usus, vel tanquam subiectam vel unitam, & idem repuit ibi Ant. de Butr. in 4. notab. dicens q̄ ecclesiā quantum ad proprietatem est preſcriptilis per alia ecclesiā, dicens et̄, q̄ titulus inutilis, quandoq; transfert usus capiendi condiſione, & idem tenuit Abb. in c. illud in 3. oppositione eod. tit. qui dixit, q̄ ille tex. intelligitur in ecclesijs quæ de facto detinentur à laicis potētibus, unde ut eripiatur à manibus eorum. iura concedunt, quod inveniente authore Episcopi valent cōcessio facta loco religioso vel alteri ecclesiæ, & idem y. 3., quod. una ecclesiā possit aliam p̄scribere tenuit glo. notab. in Clem. 1. ip̄ verbo ad mensam de excessi. prælat. & expresse notat lo. Apdr. in c. qui contra dē regul. iur. in 6. in mercuriali, & tenuit Abb. in c. dudū in 3. not. ex. de docim. & idem tenuit expresse glo. in c. contingit in verbo constitutio circa medium ex. de loco, & contum.
2. Quæ t̄ donationes, & vñiones factæ per dictos retro R̄ges fuerunt confirmatæ per priuilegia diuersorum Pontificum qui similiiter ecclesiæ predicatoras, & signanter ecclesiā p̄dictā

Sancti Petri de Nymphis eidem ecclesiæ Sanctæ Mariæ delatina pleno iure donauerunt, vt appareat ex priuilegio Adriani, Alexandri, & Benedicti Pontificum, taliter quod dictæ donationes Regum non solum factæ fuerunt auctoritate summorum Pontificum, & propterea dicta ecclesiæ Sancti Philippi, quæ successit in locum dictæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Latina, potuit dictam ecclesiā Sancti Petri p̄scribere, quod ad acquisitionem ipsius, quinimo ex dicta donatione Pontificū ecclesiæ p̄dictæ Sancti Philippi, eandem ecclesiā Sancti Petri plene iure acquisiuit, ita probat formalis tex. in c. pastoralis, & ibi per omnes Doct. ex. de priuileg. & idem tenuit Abb. in c. quoniam in prima glo. & ibi per omnes Doct. cod. tit.

3. Et ad hoc accedant + quod omnes ecclesiæ olim erant subiectæ Imperatori, ita notanter tenuit Innoc. in c. 2. de maior. & obed. quem refert, & sequitur Alber. de rosa in 1. bene à Zenone col. 3. vers. sed an Imperator C. de quadric. p̄script. qui allegat tex. in authen. vt ecclesiæ Romana centum anno. gaud. p̄script. in princ. dicens quod Innoç. etiam dixit quod ecclesiæ fuerunt exemptæ à iurisdictione Imperij voluntate Imperatoris, ac etiam quod ipse ecclesiæ potuerunt eximiæ iurisdictione Imperij per constitutioñem Papæ tamquam res spirituales quibus ipse p̄cebat, & idem in specie tenuit Boer. decis. 69. in princ.

Cum ergo ex p̄dictis fundetur quod d. ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Latina acquisuerit dictam ecclesiā Sancti Petri de Nymphis pleno iure virtute dictarum donationum, & post ipsius acquisitionem Abbas, seu p̄p̄situs d. ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Latina, & successiue Abbas Sancti Philippi de Argirion subrogate in locum dictæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Latina, eandem ecclesiā Sancti Petri de tachina contulerunt diuersis personis, & in eadam possessione conferendi Ff fuerunt

fuerunt spatio centum annorum, & sa-  
tis plus non est dubitandum, quod ip-  
sa ecclesia Sanctæ Mariæ seu ecclesia  
Sancti Philippi, & ipsius Abbatum spa-  
4 tio tanti temporis præscriperunt + om-  
nia iura episcopalia in eadem ecclesia  
Sancti Petri de Tachina, & consequē-  
ter dictum ius conferendi, ita probat  
formalis tex. in c. auditis ex. de præ-  
script. & ibi glos. in verbo ius episco-  
pale, quæ etiam dicit quod Prælatus  
inferior potest in una ecclesia diocesis  
episcopi præscribere omnia iura epi-  
scopalia spectantia ad utraq; l. episco-  
palem s. diocesani & iurisdictionis. bo-  
nus est tex. in c. cum olim, & ibi per  
Doct. cod. tit. & propterea dixit Abb.  
in d. c. auditis in 4. notab. quod duo-  
bus modis ecclesiæ seculares possunt  
pleno iure subesse Abbatum. videlicet  
per priuilegium, & per præscriptio-  
nem, & dicitur pleno iure ecclesia su-  
besse Abbatum inferiori quando in ec-  
clesia episcopus nullum ius episcopa-  
le exercet sed utraq; lege subiicitur  
Abbatum, vt legitur, & noratur secundū  
eum in c. quoniam ex. de priuile. infe-  
rens ex prædictis quod totum ius epi-  
scopale incertis ecclesijs est præscrip-  
tibile per inferiorem. idem in specie  
tenuit Cald. cons. 2. incip. An Archi-  
presbiter cum capitulo ecclesiæ Ca-  
thedralis potest in aliqua ecclesia præ-  
scribere omnia iura episcopalia cum  
aliquo tit. colorato de præscript. qd̄  
procedit in præscriptione 40. annotū  
sed in præscriptione temporis imme-  
morabilis non est opus aliquo tit. vt  
probatur in d. c. auditis iuncto c. 1. in  
fine de præscrip. in 6.

Et talis præscriptio intelligitur pri-  
uatiue ad episcopum allegat glos. in c.  
pastoralis ex. de offic. ordin. in prima  
glos. & per Doct. in c. bonæ de postu-  
lat. prel. & per Innoc. & Doct. in c. cō-  
querēte de off. ordin. & in specie Abb.  
in c. auditis in 4. not. ex. de in integrū  
restit. vbi per illum tex. in verbo ple-  
no iure dicit quod Prælatus citra epi-  
scopum potest præscribere omnes ec-

clesias existentes in certa parte diocē-  
sis quo ad totale ius episcopale, & sic  
ipse Prælatus inferior, & non episco-  
pus ibi iurisdictionem exerceat epi-  
scopalem, quod procedit ne dum in  
Prælato seculari, sed etiam Prælato re-  
gulari secundum eum ibi, & in c. ac-  
cedentibus de excessib. prælat. & in c.  
pastoralis in principio vbi glos. de off.  
ord. Constat autem, quod collatio be-  
neficiorum est de pertinētibus ad epi-  
scopum l. iurisdictionis c. conqueren-  
te ex. de offic. ordi. vbi institutio, &  
destitutio ecclesiarum est de pertinē-  
tibus ad iura episcopi, & idem notat  
glos. in c. dilectus in verbo de lege iu-  
risdictionis eodem tit. vbi dicit quod  
omne ius episcopale consistit in dupli-  
ci lege, videlicet & in l. iurisdictionis,  
& in l. diocesani de qua duplii lege ha-  
betur per Innoc. in c. primo ex. de sta-  
tu regular. & per glos. x. q. prima in  
summa, & per Bal. in l. si quis ad decli-  
nandam col. s. vers. secundo est præ-  
mittendum C. de episcopis & cler. cū  
ergo Abbatum Santi Philippi prædictū  
virtute dictarum donationum acqui-  
sierint pleno iure dictā ecclesiam San-  
ti Petri, ipsam ecclesiam per tem-  
pus immemorabile contulerint di-  
uersis hominibus tanquam Prælati, &  
sic dictum ius conferendi acquisue-  
rint priuatiue, ad ordinarium Ciuita-  
tis Sanctæ Seuerinæ, in cuius diocesi  
sita est, sequitur quod collatio d. or-  
dinarij Sanctæ Seuerinæ facta aduer-  
sario ex prædictis redditur nulla non  
solum ex defectu potestatis, sed etiam  
quia cum ipsa ecclesia Sancti Petri per  
unionem factam ecclesiæ prædictæ  
Sancti Philippi quæ est de iure patro-  
natus Regis effecta fuit etiam ipsa de  
iure patronatus, prout in alijs allega-  
tionibus fuit demonstratum, merito  
d. collatio absq; presentatione patro-  
ni redditur nulla, ita probat tex. in  
c. decernimus 1. 7. q. 7. & tenet Abb.  
in c. illud in principio de iure patr. &  
ita de iure sentio ego.

Ad

**A**D numerum quartum, quod Prælatus inferior Episcopo possit in aliena dioecesi præscribere ecclesiam, & iura Episcopalia, ultra allegata per meum Auum hic, vide Felin. in c. irrefragabili circa principium, de officio ordin. & Abb. in e. venerabilis de censibus. Balbus in tract. de præscripto in 3. par. sextæ partis principalis in prima questione.

Ab*s. Io. Hier. de Mauro.*

### S V M M A R I V M .

- 1 *Quando, et quomodo probetur unam ecclesiam esse unitam et incorporatam et effectam gratiam de alia ecclesia seu monasterio?*
- 2 *Instrumenta antiqua enuncia tiua facta inter priuatos, probant iurisdictionem loci, et unionem ecclesiarum.*
- 3 *Possessio inducit presumptiōnem dominij.*
- 4 *Quando una ecclesia unitur alteri per collationem que fit de ecclesia, cui est facta unio, intelligitur facta collatio ecclesiae unitae, quia dignius trahit ad se minus dignum.*
- 5 *Si Rex uniuit, vel subiecit plura castra uni, tunc castra unita, et subiecta erunt ut filiae locus vero cui subjiciuntur, et uniuntur, est ut mater, et consequenter priuilegia eius cui uniuntur ut matris transiunt in castris unitis.*
- 6 *Eo ipso, quod quis accepit possessionem ecclesiae, vel castri, intelligitur habere possessionem,*

- bonorum ecclesiæ vel rerum subiectarum ecclesiæ vel castri, sine aliqua noua apprehensione.
- 7 *Quantumcumque moriatur Prælatus, et omnes clerici ecclesiæ, tamen proprietas et possessio bonorum, et iurium ecclesiæ remanent penes Christum qui vivit in eternum, vel penes universalem, vel singularem ecclesiam, quæ nunquam moritur.*
- 8 *Quamuis regulariter iura, et actiones transferuntur in heredem, possessio autem non transfertur sine noua apprehensione heredis, hoc tamen non procedit in eo qui succedit in dignitate, vel ecclesia, nam non requiritur noua apprehensio.*
- 9 *Priuilegium etiam motu proprio, non praedicat iuribus tertij.*
- 10 *Quando Prælatus vel beneficiatus moritur Romæ, collatio beneficiorum spectat ad Papam, non ad ordinarios locorum. cum sequenti num. 11.*
- 12 *Vbi iudicis seculari videtur notoria iniusta imploratio auxilii sui brachii, non debet ipsum brachium petitum concedere, sed expresse denegare.*

### ALLEGATIO 54.

**D**E vnione Ecclesiarum, & grancia.

Ff 2 Quod



V O D Reuer. Episcopus Verulanus Abbas, seu cōmendatarius mo nasterij seu Abbatie Casemaris Verulanę Dio cesis debeat conseruari in possessione Sācti Antonij veteris constructi extra portam Sancti Ianparij, tanquam granciæ dictæ Abbatiae Casamaris demonstratur; prius tamen præsupposito, quod tam per testes pro parte d. Reueren. Episcopi examinatos, quam per multa instrumenta antiqua præsentata pro parte dicti Episcopi, & Comendatarij, in quibus sit mentio quod d. ecclesia Sancti Antonij est grancia, & unita dicto monasterio, & bene probatur dictam ecclesiam Sancti Antonij suis se vnitam, & incorporatam d. monasterio, licet incidenter, & enunciatiue de hoc sicut mentio in dictis instru mentis per ea quæ notanter & dixit Bal. in l. cum aliquis col. 2. vers. item quod dicit glos. C. de iure delib. vbi ex instrumentis antiquis faciētibus men tionem quod aliquis locus sit de per dusso districtu; bene probatur locum illum esse de dicto districtu, ex quo dicta instrumenta antiqua probant co munem opinionem hominum quæ præfumitur esse vera allegat de fluminil. primam, & multa alia iura sequitur Soc. cons. 187. col. 2. vol. 2. vbi tenet quod per instrumenta antiqua inter priuatos confecta, probatur iuris dictio loci, idem Socci. consil. 14. in princ. eod. vol. & quia dicta ecclesia Sancti Antonij fuit possessa per prædecessores commendatarios d. monasterij, tanquam Grancia dicti monasterij longissimo tempore, & signanter per Reuerendiss. Cardinalem Verulanum tanquam Commendatarium dicti monasterij ante ipsius resignationem prout per testes dicti Reuer. Episcopi probatur, non est dubitandum, quod cum in præsenti agatur de possessione dictæ ecclesiæ Sancti Antonij principaliter, & de dominio ip-

sios ecclesiæ tractetur incidenter & tali possessione probatur dominium ipsius ecclesiæ Sancti Antonij esse penes dictum monasterium, ita punctualiter tenuit Bar. in l. apud trebatum. §. fin. in fine ff. de aqua plu. arce. notat expresse Bal. in l. cum res 2. col. C. probat, qui dixit, quod talis possessio inducit præsumptionem dñij, ex quo omne dñium habet principia possessua l. 1. in princ. ff. de acquir. possess. Item parit acquisitionem fructum secundum eum idem in terminis tenuit Aret. in §. sic itaq; quinta col. versic. quero secundo instit. de actio. qui dixit quod vbi de dñio agitur incidenter ex possessione probatur dominium, immo fortius dicit, quod vbi de dominio agitur principaliter ex possessione probatur dominium contra violentem occupatorem, prout est aduersarius, & idem tenuit Lanfranc. in c. qm̄ contra in ultima carta 1. col. extra de probat. quia ergo per testes dicti Reu. Episcopi probatur quod dicta Ecclesia Sancti Antonij fuit per commendatarios monasterij Casamaris possessa tanquam grancia dicti monasterij, & de pñti agitur de conseruatione possessionis dictæ ecclesiæ non videtur dubitandum bene fuisse probatum ipsam ecclesiam esse granciam dicti monasterij, & fuisse, ac esse in dominio d. monasterij; quia ergo per bulas in processu pñtatas apparet de resignatione dictæ Abbatiae facta per quondam Reuerendissimum Cardinalem Verulanum in Romana Curia in favorem d. Reuerendi Episcopi ac etiam de collatione facta dictæ Abbatiae cum omnibus iuribus & pertinentiis suis d. Reuerendo Episcopo, & dictæ collationis vigore d. Reuerendus Episcopus asecutus fuit possessionē dictæ Abbatie, non est dubitandum quod virtute dictæ collationis ipsi Reuerendo Episcopo intelligit collata dicta ecclesia Sancti Antonij unita dicto monasterio Casemaris, ita punctualiter tenuit glos. in c. gratia in ver.

4 bō de iure de rescript. in 6. + quæ dicit quod, quando vna ecclesia vnitur alteri per collationem quæ sit de ecclæsia cui facta est vno, intelligitur facta collatio ecclæsæ vnitæ, quod etiæ sequitur Philip. Fran. ibi dicens quod quando vnum beneficium est vnitum vel annexum alteri, sufficit quod fiat collatio de beneficio cui facta est vno ut sic de alijs vnitis, & annexis intelligatur facta collatio licet de eis aliter non sit facta mentio, facit secundum eum c. super eo de præben. in 6. & ibi per lo: Andr. & per ipsū Philip. Franc. & notatur in cap. cum in illis in princ. cod. tit. de præben. in 6.

Et ad hoc accedit, quod quando Princeps vniuit duo officia vel dignitates vnum ipsorum vniendo alteri digniori, nomen minus digni supprimitur, & sit, ac fieri debet denominatio à digniori, nulla facta mentione minus digni, ita probat rex. formalis in 9. illud in auth. vt Iudices sine quo quo suffr. vbi Vicarius Provinciæ Asia ña si sit factus ludex, vel Comes Pacasine Frigiæ, debet denominari Comes Frigiæ Pacasine sumpto nomine ab officio, & Provincia digniori, nec ulterius vocatur Vicarius Asianæ Provinciae inferioris, & percipit oīa emolumenta quæ per prius proueniebant ab ambobus officijs, vt ibi in rex. bon<sup>9</sup> tex. in 1.2. in fi. vbi hoc notat Bald. in princ. C. comu. delega. vbi Bal. dicit quod vnitis ad inuicem dignius, ad se trahit minus dignum, & id quod plurimum potest trahit ad se, quod minimum potest, & comunicat illi suam propriam dignitatem, & priuilegia, & ad prædicta optime deseruunt notabiliter dicta per Luc. de Penna in l. fin. col. 2. 4. q. C. de quibus munet. vel prestat. nemini liceat se excus. hb. 10. qui dixit + quod vbi Rex vniuit, & subiecit plura castra vni. tunc castra vnitæ, & subiecta erunt vt filiæ, locus vero cui subiectiuntur, & vniuntur vt mater, & consequenter priuilegia eius cui vniuntur vt matris transerunt in

castris vnitis allegat: bonum tex. in c. pœnæ ex. de his quæ vi metue causæ & in c. recolentes circa finem de statu monac. subiciens, quod loca vnitæ munitionem capit. patiuntur, & omnia munera, & honores priorum locorum transerunt in potestate eius corporis cui vnitæ fuerunt, allegat l. si pater ss. de adopt. & multa alia iura. Quia igit, tur dicta ecclesia Sancti Antonij non est beneficium de per se, sed vnitum & incorporatum d. monasterio Casæ maris, & ratione dictæ vniōnis transiit in dominio & potestatem dicti monasterij, cui omnia iura d. ecclæsæ S. & Antonij fuerunt acquisita non in congrue dici debet quod ipsa ecclesia transiuit in eundem Reuerendū Episcopum simul cum dicto monasterio tanquam capite virtute dictæ renunciatiōnis, & collationis sibi factæ pos sopradicta.

Nec obstat quod dictus Reuerendus Episcopus virtute dictæ renunciatiōnis, & collationis sibi factæ de monasterio. prædicto non fuerit assecutus possessionem dictæ ecclesie Sancti Antonij, nam stante dicta vniōne dictæ ecclesie ipsa ecclesia erat pro ut est in dominio & possessione dicti monasterij, ita quod assecuta possessione dicti monasterij intelligitur etiam acquisita possessio iurium, & bonorum dicti monasterij, ita punctualiter dicitur Innoc. in c. in præsentiam col. 2. vers. in præbendis rāmen &c. de probat. qui dixit quod licet præbende ius vacet, res rāmen, & iura pertinentia ad præbendam non vacant, Immo possidentur ab ecclesia etiam dum viuis Prælatus vel præbendarius, quia Prælatus possidet illa nomine ecclæsæ secundum eum sequitur Bal. in l. 3. col. 2. in fine versic. est & quartus casus C. de edic. diui, &c. & ideo eleganter + tenuit Capic. decis. prima col. 2. versic. unde dicimus & col. sequenti quod eo ipso quod quis accepit possessionem ecclæsæ vel castræ intelligitur habere possessionem bonorum ecclæsæ vel rerum.

- serum subiectarum Ecclesie: vel Cas-  
tro sine alia noua apprehensione, &  
multa ad hoc allegat, que breuitatis  
causa omittit. Vide Petrum de Bel-  
la pert. in l. seruitutes sibi de seruit. re-  
fert Ant. de Butr. in cap. fin. de causa  
possess. & prop. vide omnino decis.  
Guid. Pap. 355. incip. utrum Prae-  
latus bonus, qui tenet quod bonus Prae-  
lates censetur possidere bona ecclesie  
sine noua apprehensione eo ipso quod  
habet possessionem ecclesie, ex quo  
talis possessio, & dñum fuerunt, &  
sunt penes ecclesiam, quod etiam no-  
tanter tenuit Innoc. in cap. cum super  
col. 2. vers. dicuntur etiam esse pau-  
perum de causa posse. & prop. + qui  
dixit. quod quamcumq; moriatur  
Praelatus, & omnes clerici ecclesie, ta-  
men proprietas, & possessio honoris,  
& iurium ecclesie remanent penes  
Christum, qui viuit in eternum, vel  
penes vniuersalem vel singularem ec-  
clesiam que nūquam moritur, & Prae-  
latus habita confitacione ecclesie, sta-  
tim possunt administrare bona sicut  
si pupillo daretur tutor vel adulto Cu-  
rator, & si antequam Praelatus adipi-  
scatur possessionem ecclesie spoliatur  
potest Praelatus adempta possessione  
ecclesie agere interdicto, unde vi no-  
mine ecclesie secundum eum, idem  
punctualiter tenet Paul. de Castr. in l.  
si forori prima col. C. de iure delib. qui  
8 dixit + quod quamvis regulariter iura  
qua non fuerunt extincta sicut est do-  
minium & iura, & actiones transferā-  
tur in heredem ipso iure, possessio au-  
tem quæ per mortem defuncti extin-  
cta fuit non transeat in heredem sine  
apprehensione, & ea apprehensa cen-  
seatur noua possessio iuxta tex. in l. cù  
heredes de acquir. possess. non tamen  
9 hoc procedit + in eo qui succedit in di-  
gnitate, nam possessio quæ erat penes  
ipsum nomine ecclesie continuatur  
in eius successorem sine alia corporali  
apprehensione, ex quo illa erat penes  
ecclesiam; quæ non mutatur neq; va-  
riatur, licet varientur Praelati; cum

ergo monasterium prædictum Cas-  
maris fuerit dominus dictæ ecclesie  
Sancti Antonij, & illius possessionem  
habuerit tanquam ipsius grancię, eo  
ipso quod. d. Reuerendus Episcopus  
habuit possessionem dicti monasterij  
intelligitur etiam possessor d. ecclesie  
Sancti Antonij tanquam membra dicti  
monasterij per supradicta, & spoliatus  
vel turbatus, potest contra turbato-  
rem, vel spoliatorem agere interdi-  
cto retinenda vel unde vi per supra  
allegata.

Nec obstant asserta priuilegia ut po-  
nitur concessa perceptoriæ, seu com-  
mendæ Sancti Antonij de Viēna, vniem  
di omnes ecclesias sub invocatione Sā  
cti Antonij, quia dicta asserta priuile-  
gia intelliguntur, & loquuntur de ec-  
clesijs, seu beneficijs sub invocatione  
Sancti Antonij, quæ erant ecclesiae, &  
membrad. ecclesie, & Viennensis per-  
ceptoriorum, sed d. ecclesia Sancti Auto-  
nij veteris de qua agitur, non solum  
non erat vniata, & incorporata dictæ  
perceptoriorum Viennensis, & membrorum  
ipsius, sed erat per ipsum, & suos com-  
mendatarios possessa. dicta priuilegia  
ut ponitur concessa Sancto Antonio  
Viennensi, non intelliguntur + con-  
cessa de dicta ecclesia Sancti Antonij  
Veteris Provinciae d. monasterij Cas-  
maris, & quæ nūquam fuit dictæ per-  
ceptoriorum Viennensis nisi præ iudicium  
d. Abbatia Casamaris l. 2. § merito, &  
§. si quis à Principe ff. ne quid in loco  
publico ēt q; priuilegia prædicta Sancti  
Antonij Viennensis fuissent concessa  
motu proprio à concedētibus, ita pura  
equaliter tenuit lo. Andr. in c. si motu  
proprio de præben. in 6. sequitur Abb.  
in c. 1. col. 10. de iudi, qui multos alle-  
gat. Hinc dixit Bal. in c. primo col. 1.  
apud quem vel quos controu. feud, di-  
ci debet, quod Principis voluntas pre-  
sumitur talis qualis est lex scripta, &  
ratio naturalis & dixit Bal. in l. ex fa-  
cto in principio. ff. de vulg. & pupill.  
quod mens superioris præsumitur talis  
qualis esse debet, propterea dicta  
priuilegia

priuilegia Vienneusis perceptoriæ, cōcessa se non extendunt ad ecclesiæ quæ non fuerunt semper dictæ perceptoriæ Viennensi.

Nec similiter obstabit si diceretur quod Reuerendiss. Cardinalis Verulanus post dictam resignationem, ut supra factam in fauorem d. Reuer. episcopi remansit in possessione d. ecclesiæ Sancti Antonij per multos annos, & usq; ad eius mortem quo casu dicta ecclesia Sancti Antonij censetur vacare per mortem d. Reuerendissimi Cardinalis resignantis, iux. regulam Cancelleriæ 34. quia ipse Reuer. Card. tempore dictæ resignationis d. monasterij reseruauit sibi omnes fructus dicti monasterij & desuper expeditæ fuerunt liesteræ, Apostolicæ in actis presentatæ, quo casu non potuit dici possessio Abbatiæ & dictæ ecclesiæ, sed virtute referuationis prædictæ percepit dictos fructus; & dato quod dicta Abbatia vacasset per mortem dicti Reuerendiss. Card. prout reuera non vacauit t ipsa tanquam vacans iti Curia, & per obitum Cardinalis esset reseruata collationi suæ Sanctitatis per aliâ Regulam Cancelleriæ, tanquam nullus ordinarius aut quorumcumq; priuilegiorum vigore posset eam conferre, & sic assertus titulus dicti Aduersarij est notoriæ nullus, & inualidus. Et quia de præsenti virtute capitulorum Regni imploratur auxilium Regin ad expellendam violentiam ipsi Reuer. Episcopo illatam ab aduersario, & in propiptu apparet de notorio iure d. Reuer. Episcopi, & de notorio defensu iuris aduersario, brachium Regiū, vel auxilium Regium petitum præstari debet ipsi Reuer. Episcopo, & non aduersario notoriæ nullum ius habentis. Ita punctualiter tenuit Innoc. & ibi Bal. in c. 1. de eff. ordina. qui dixerunt quod ubi iudici vel superiori temporali videtur notoria iniustitia imploratio auxiliij sui brachij non debet ipsum brachium petitum concedi, sed expresse denegari, & dixit notan-

ter Angel. conf. 276. prope finem vers. secundo, quia ex quo sententia, &c. quod ubi sententia iudicis ecclesiastici est nulla ipso iure secularis iudex ea exequi non debet, & idem s. quod secularis iudex cuius auxilium petitur ab ecclesiastico, non tenetur dictum auxilium impartiri, quando dicta imploratio auxiliij videtur ipsi iudici seculari iniqua, & iniusta, tenuit Petrus Belluca in speculo Principum in tit. de propositione grauaminum rubrica 11. tractandum restat num. 4. ubi multa allegat.

### A D D I T I O N E S.

**N**umero 6. fundat mens Auus hic, quod eo ipso, quod quis accepit possessionem ecclesiæ, vel castri, intelligitur habere possessionem bonorum ecclesiæ, & allegat inter ceteros Capic. decis. prima numer. 10. Ad quorum confirmationem addo Peregrinum de fideicommissis artic. 48. post nūm. 76. & 79. quia membra caput sequuntur c. cum non licet de præscriptionibus. Ideo Reator si adipiscatur possessionem ecclesiæ, aut beneficij, dicitur obtinuisse possessionem omnium rerum ecclesiæ licet non apprehenderit singulariter illarum possessionem. Innoc. in c. in litore aumer. 7. & Ios. Andr. num. 10. de restit. spoliat. Aret. in l. 3. num. 8. ff. de acquir. poss. & Guido Papa decis. 355. verum Prælatus & concessio, & recognito castro, censetur eius accessorium (scilicet) territorium concessum, & recognitum, probat tex. in l. creditor s. vicimo ff. de action. empt. & Menoch. col. 498. nūm. 43. vol. 6.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

### S V M M A R I V M.

- 1 Per secundum testamētum reubatur primum; Quid si secundum testamentum non sit sollempne?
- 2 Si testamentum inscriptis non potest valere ut testamentum, inscriptis an possit valere, ut testamentum-

- flamentum nuncupatiuum? vel  
vt quilibet ultima voluntas?*
- 3 Clausula codicillaris quid in  
hoc operetur.*
- 4 Testamentum factum ad inter-  
rogationem notarij, an valeat?*

## ALLEGATIO 35.

**Q**VANDO per secundum te-  
stamentum non sollempne  
reuocatur primum,

**I**N causa Iacobi de Tro-  
ianello, & litis consor-  
tium agentium contra  
Antonium Troianum,  
& Morganum Verril-  
los super hæreditate  
quondam Ioannis de  
Iacobutio in magna Curia Vicariæ in-  
troduceda per remediu appellatio-  
& alijs, vt ex processu, & actis dictæ  
causæ. subtinendo partes dictorum  
conuentorum, dico non esse dubitan-  
dum ex deductis in dicto processu de-  
bere declarari male fuisse sententiatu-  
per Curiam Ciuitatis Sancti Germani  
contra dictos conuentos appellantes,  
& bene fuisse appellatu ex infrascrip-  
tis, constat .n. ipsos Iacobum de Tro-  
ianello, & litis consortes se fundare in  
quodam testamento dicti Iacobutij  
annis præteritis condito, in quo ipsi  
pro certa parte fuerunt hæredes institu-  
ti, quod quidem testamento primo  
loco conditum fuit ipso iure reuoca-  
tum per aliud testamentum + nouissi-  
me conditum à dicto Ioanne, in quo  
ipsi conuenti fuerunt hæredes institu-  
ti l. sancimus C. de testam. & ibi per  
Doct. l. cum in 2. ff. de injusto rupto  
testamento s. posteriore institutut.  
quib. mod. testam. infir. cum alijs vul-  
gar. quod procedit etiam si in 2. non  
dicatur expresse, cassans, & irritans  
primum, ex quo in secundo testamen-

to facite inest clausula cassans, & irri-  
tans, ita Bal. in l. fin. in 5. q. in princ.  
C. de edict. diui &c. qui all. gat nota-  
ra per glosin l. hæred. tñ ffdc his qui-  
bus ut indign.

Et quia dicti agentes prætendunt  
dictum secundum testamentum nul-  
lum, & invalidum, & ideo primum re-  
manisse firmum, per iura vulgaria,  
dico de iuribus dicti ultimi testamen-  
ti, non esse existandum, nam quamvis  
aliquo modo possit dici dictum ultim-  
um testamentum non habere om-  
nes solemnitates de quibus in l. hac  
consultissima C. de testam. non ideo  
potest dici nullum, stante quod de eo:  
dem testamento fuit notarius roga-  
tus, vt instrumentum conficeret pro-  
ut consecit, quo casu licet testamen-  
tum non sit sollempne iuxta formam  
d. legis hac consultissima, attamen in  
strumentum testamatis est publicum,  
& bene probat ipsum testametu,   
ita tenet glos. in l. 2. ff. quemadmo-  
dum testam. aper. in verbo publicum,  
quam sequitur Bart. in l. prima in 3.  
lect. C. de testam. & probat glos. in l.  
fin. in verbo ostenditur C. de fideicom-  
mis. notat. las. in l. 2. prima col. C. de  
testam. max. quia in casu nostro non  
dubitatur, quin dictus Ioannes conse-  
cerit dictum ultimum testamentum,  
& sic de eius voluntate, quia dicti agen-  
tes interrogati super articulis dicto-  
rum conuentorum, & maxime super  
artic. . . . farentur dictum Ioannem  
fecisse dictum ultimum testamentum  
quo casu de voluntate non estatur,  
sed tantum de sollemnitate, san dictum  
testamentum fuerit sollempne, vel ne,  
& ideo non solum per dictum Instru-  
mentum testamenti, sed per duos re-  
stes probari potest, ita Bal. in l. 2. C.  
de bonis possess. secundum tabul. & est  
optimus tex. io l. fin. C. de fideicom.  
notat Alex. in l. si vnuis in princ. C. de  
testam.

Confirmantur prædicta ex his, que  
volvit Angel. in l. prima s. sin autem,  
quem ibi sequitur l. mol. ff. de hæred.  
Instit.

**2** Instit. qui dixit † quod quando testator poterat testari in scriptis, & nuncupatiue, & deficit aliquas sollemnitatis testamenti in scriptis, etiam ex errore notarij, valet ut testamentum nuncupat iuum, nisi testator se arcta-uerit ad testameatum in scriptis, quia forte noluit aliter valere, quam ut te-  
stamentum in scriptis, quia tunc non valeret, ut nuncupatiuum pernotata in l. contractus C. de fide instru. quod maxime apparet in casu nostro, in quo in eodem testamento apparet apposita clausula, quod tale testamentum valeret quocūq; meliori modo, quo valere poterit per quā clausulā aperte apparet; q̄ testator noluit se aretare ad aliquē spalē modū testandi, ita q̄ in ca-  
su prædicto, cū habeam⁹ intentionem non est dubitandū, quin tale testamen-  
tū valuerit, ut nuncupatiū. Ita per mul-  
ta media concludit Philip. Dec. cons.  
14. 2. & penul. col. 1. vol. notat Cy. in  
l. hac consultissima ſ. per nuncupatio-  
nem C. de testam.

**3** Et ad hoc † accedat, q̄ in eodē te-  
stamēto est apposita clausula codicilla-  
ris, cuius effectus est, q̄ vbi testamētū non valeret in vim testamēti in scrip-  
tis ppter defectum aliquarum sollem-  
nitatum, substitetur tanquam nuncupatiū, ita Bar. in l. 1. ff. de iure codic.  
& plene Alex. cons. 176. viso processu  
causæ, 1. & 2. col. & Bar. & Doct. in l.  
fin. C. de codic.

**4** Nec videtur obſtare † si dicatur di-  
ctū testamentū nō posse valere in vim  
nuncupatiui, quia h̄eredum nomina  
non fuerunt testatoris voce coram te-  
ſtibus expressa, quoniā in processu cla-  
re apparet quod d. Ioannes interroga-  
tus à notario ſi testamentū, quod no-  
tarius habebat in manus erat cōfictū  
ab eo, & volebat illud ſeruari, & ipſe  
respondit, messeri, ex quibus teſta-  
mentū p̄dicitū ſubſtitetur in vim  
nuncupatiui teſtamēti, ita notāter te-  
nuit gl. in d.l. iubemus in verbo quēad  
modū C. de testam. quam ibi ſequitur  
Bar. Bal. & cæteri, & expreſſe Bar. in l.

h̄eredes palā in fine princ. ff. eod. tit.  
& Alex. in d. l. iubemus, qui dixit, q̄  
ita ſe habet cōis opinio: decisio S. Cōſ.  
143. vbi dicitur quod gl. in l. iubemus  
locū habet in teſtamēto nuncupatiuo.

Et quāuis Paul. de caſtr. in l. hac cō-  
ſultissima ſ. at cū hamana. C. qui teſt  
facere poſſūt, teneat, q̄ tale teſtamētū  
ad notarij interrogatiōne factū nō te-  
net, & idē uidetur tenere Lud. Rom. in  
l. gerit ff. de acquir. h̄are. & lo: Andr.  
poſt Alber. Papien. in tit. de teſtam. ſ.  
1. vers. quid ſi is; qui videtur in aliquo  
tenere contrariū eius, quod tenuit gl.  
in d.l. iubemus, attamē Alber. Papien.  
relatus per lo: Andr. ibi tenet, quod teſtamen-  
tū p̄dicitū non valet in caſu,  
quādo infirmus eſt prope mortē et ex.  
ſensu, & cōſanguinei defuncti fecerūt  
teſtamētū ſcribere à notario, & poſtea  
fecerunt per notariū interrogari de-  
functū existentē prope mortem, quia  
eo caſu ſi teſtator tedio affectus, respō-  
dit, quod ſic, teſtamētū non valet, &  
ita intelligit lo: Andr. dictum Albert.  
Papien: tenentis contra glos. ſequitur  
Ioannes de Imol. in l. h̄eredes palā in  
fine principij de teſtam. & ſequitur  
Paul. de Caſtr. cōſ. 364. incip. viſo pū-  
eto, in quibus terminis dictam opinio-  
ne in intelligit Soccin. cons. 229. inci-  
piente primo aspectu ſ. col. quod in  
caſu nostro non procedit, quia dictus  
Ioannes erat in recto ſensu, & loqui  
poterat, prout attestatur notarius in  
instrumento teſtamenti cui in dubio  
ſtare debemus l. cum p̄cibus C. de  
probat. & notario afferenti teſtato-  
rem tempore teſtamenti fuſſe ſane  
mentis, creditur, ut notat lo: de Imol.  
in l. 2. ff. de teſtam. & vltra notariū: te-  
ſtes pro parte ipsorū conuentorū ex-  
aminati bene deponunt, & notarius nō  
fuit adhibitus per consanguineos de-  
functi, nec teſtamētū fuſſit ſcriptum  
de ordine consanguineorum, prout  
præſupponit Ioannes Andr. & ceteri  
Doct. ſupra relati, ſed potius de ordine  
teſtatoris, quo caſu tale teſtamētū ad  
notarij interrogatiōne factum bene

Gg valet,

valet, ita Bald. in d. l. iubemus, & ibi Alex. qui dixit opinionem glosæ esse cōmunem: sequitur Ludou. cons. 306. incipiente proposita consultatio versus finem, & Aret. in l. hæredes palam in principio de testam.

Et quamvis notarius tempore dictæ interrogationis aliter non nominauerit hæredes iuxta terminos d. l. iubemus, & glosæ prædictæ, attamen testamentum prædictum ex hoc non vitiatur, quia testator respondendo notario interroganti, si illud erat suū testamentum, & dicendo quod sic, sat is videtur nominare hæredes saltim implicite, cum in eodem testamento erant descripti hæredes de ordine testatoris, ut notarius attestatur, cui per supradicta creditur, per ea quæ notat Bar. & cæteri Doct. post ipsum in l. si ita scripsero per illum tex. ff. de condit. & demostr. ubi dispositio testatoris dicentis se instituere hæredem illum qui est scriptus in cedula quam reliquit apud guardianum, non aliter nominato hærede, valet, idem tenuit Bal. & Ang. in l. asse toto in principio ff. de hæredibus instit. Franc. de Are-tio in d. l. hæres palam in princ. ff. de testam. Ex quibus, & alijs dicendis coram magnifico Domino Commissario dico, debere declarari male fuisse iudicatum per Curiam Ciuitatis Sancti Germani, & bene appellatum, & ita de iure mihi videtur salvo iuditio potiori.

## ADDITIO N E S.

Traetat hæc allegatio, quando per secundum testamentum non sollempne reuocatur primum. In quo puncto ultra tradita per meum auum hic, addo quod licet secundum testamentum prætendatur non sollempne, tamen quando cum tali ultimo testamento concurrit spatium decem annorum à tempore primi, tunc secundum testamentum licet imperfectum, tollit primum perfectum l. sancimus C. de testamētis, ubi omnes Doctores, & Alexander cōsuluit in cons. 105. in 2. col. ve: s. ad probandum vol. 4. & in cons. 101. paucis vtar

in principio vol. 2. Fulgos. in cons. 57. Socin. in cons. 2. num. 10. vol. 3. Guido Papa decis. 200. cætera vide per Ioannem Vincentium de Anna qui doctissime scriptis in hoc punto, in allegat. 10. per totam.


Abb. Iо. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *Ius patronatus in antiquis qualiter probetur.*
- 2 *Descendentia nobilium qualiter probetur in antiquis, cum testes haberi non possint in facto antiquo.*
- 3 *Si sunt plures hæredes, omnes simul efficiuntur patroni.*
- 4 *Etiam ad extraneos hæredes transit ius patronatus.*
- 5 *In renunciatione ecclesie existentis de iure patronatus, requiritur expressus consensus patroni.*
- 6 *Valet conuentio inter plures hæredes patronos, ut præsentent alternatis vicibus.*

## ALLEGATIO 56.

**I**us patronatus in antiquis qualiter probetur.



N causa Clerici Roberti Sebastiani super institutione ecclesie, seu Cappellæ nuncupatae Sanctæ Stephanæ de Ciuitate Scalarum, dico, quod meo iudicio causa non habet difficultatem, quia dictus Clericus Robertus debeat institui in cappellanum dictæ ecclesie, tanquam præsentatus à veris, & legitimis patronis.

Prius

Prius tamen presupposito , quod ambe partes conueniunt , quod dicta ecclesia fuerit , & sit ab antiquissimis temporibus de iure patronatus hominum de domo de Afficto de dicta Ciuitate Scalarum .

- 1 Quo presupposito non est dubitandum quod dictus cler. Robertus bene probauit , quod in eodem iure presentandi Cappellanū ad dictam ecclesiā successerit quondā Ant. de Afficto descendēs ab Orlando de Afficto, prout deponūt aliqui testes dicti Roberti super 4 art. & sup 6. & signāter octauus testis super 4. dicit, quod audiuuit quod Orlādus presentauit Cappellanū pro vna voce, & Rētius filius Antonij presentauit pro alia medietate , & vacāte dicta ecclesia per mortē D. Francisci, & D. Iuliani, Lucretia Surrentina vxor Antonij predīcti filij, vt dicebatur dicti Orlandi, presentauit dictum Antonium Surrentinum , & Pantonus , & Michael presentauerūt D. Io. Thomāsium , & similiter 5. testis super 6. art. deponit per auditum , quod Lucretia fuit vxor Antonij, & quod habebat vocem ad dictam ecclesiam presentandi Cappellanum, & dictus octauus testis super dicto art. 6. similiter per auditum , quod d. Antonius successit in dicto iure patronatus constat autē, quod ius patronatus antiquū , & qđ aliquis successit in eodē iure patronatus probatur per testes de auditu, & per famā, ita pūctualiter tenuit Bal. in l. cū sēper C. de rei vendic. qui dixit , quod illa lex optime facit ad questionē nobiliū, qui prætendunt ius patronatus antiquum, & nō possunt aliquo modo probare quomodo descenderint + per matrimonia successiva, & legitimā consequentiā, sufficit. n. secundū ipsū, quod antiqua facta probentur , per iudicia, & per famā, & in d.l. & per Innoc. in c. veniens ex. de verb. signif. Idem, & me ius tenuit Bal. in auth. quas actiones in fine C. de Sacr. Sanct. eccl. qui dixit, quod ius patronatus antiquum ex quo non potest directo probari, in his
- 2

multum operatur fama , & allegat Innoc. ia d.c. veniens , & dicit ibi Bald. quod ratione difficultis probationis sufficit probatio præsumpta, allegat notata in l. qui ex litteris ff. de secun. tabula. Ad qđ optime deseruit illud quod notat Bald. in l. conuenticulam 5. col. vers. est tamen verū c. de episcopis & cler. qui dixit , quod in factis antiquis opinio generalis habetur pro veritate, nec est necessaria aliqua probatio, allegat Dominū Frabrensem Cardinale, qui allegat d. Innoc. in c. cum causa de iuramento calum. vt ibi per eum.

Et ad prædicta optime deseruiunt presentationes factæ per hæredes dicti Antonij , & signanter presentatio facta in anno 1525. per inamissum tam pro se quam nomine Andreæ de Afficto eius fratri filius, & hæres d. quoniam Antonij eorum patris, & alia presentatio facta per Stasiū de Afficto filiū, & hæredē pro 3. par. dicti Antonij filij dicti quondā Orlandi facta in Anno 1522. tā pro se, quā nomine immisi predicti, et Orlandi similiter filiorum d. Antonij, et fratrū dicti Statij, per quas presentationes sufficienter probatur ipsos fuisse patronos dictæ ecclesiæ S. Stefaniæ. Ita pūctualiter tenuit Feder. de Sen. cons. 234. incip. super 1. col. 2. qui dixit, non esse negādū illum esse patronū, cuius antecessores p. multis annos in Cappella presentauerūt.

Et quia ex dictis duabus presentationibus factis per supradictos immisū, et Andreā, in personā D. Antonij Surrentini qui postmodū fuit institutus Cappellanus d. Ecclesiæ simul cū D. Io: Thomasio de afficto simul præsentato per Michalē , et patronū filios Rencij de Afficto, vt deponunt testes dicti Roberti super art. x. bene probatur ipsos fuisse in possessione, seu quasi præsentandi cappellanum ad dictā ecclesiam iux. plene notata per Doct. max. Abb. in c. cū ecclesia Sutrina col. 4. versi. aduerte, qđ ex hac glo. de causa possess. et p̄pri. et plene Philip. Dec. cons. 117. col. 2. versic. quid autē quasi posses.

possessio 1. vol. & idem Dec. consil. 124. in princ. eod. vol. non est dubitandum, quod hæredes d. Antonij qui reperiuntur in possessione præsentandi, sunt manutenendi in dicta possessione præsentandi, ita est tex. formalis in c. Consultationibus de iure patron. & expræsse firmat Dec. consil. 134. col. 1. vers. cum ergo 1. vol. & idem Dec. in d. consil. 117. col. 2. vers. & in tali præsentatione &c. eod. vol.

Quoniam autem ex prædictis optime fundatur, quod dictus Antonius successit in d. iure patron. & ex processu bene probatur, quod dicti immisus, & Andreas, ac bonæ, & alij tamquam filij dicti Antonij, & hæredes successerunt in d. iure patronatus, & demum eis mortuis ipsis successit Lucretia eorum mater. Cui Lucretiæ defunctæ successerunt Gregorius ac Michael, & Vincentius Surrentini fratres dictæ Lucretiæ, ut appareat per sententiam Sacri Consilij, qui præsentaverunt dictum Clericum Robertum Sebastianum ad dictam ecclesiam non est dubitandum, quod dictum ius patronatus, quod competebat dicto Antonio, & successori eius filijs transiuerit ad dictos Gregorium, & Michaelē, et Vincentium tanquam hæredes dicti Antonij per medias personas dictorum immisli, & fratribus, ac dictæ Lucretiæ eorum matris, ita probat tex. & ibi glos. Abb. & omnes in cap. 3 primo ex. de iure patr. † ubi Abb. dicit, quod si sunt plures hæredes, omnes simul efficiuntur patroni, allegat tex. in Clem. fin. eod. tit. & notat glo. in c. pia mentis, in glo. magna in fin. 16. q. 7. quæ dicit quod quilibet ex hæredibus est patronus in solidum, idem notat glo. in c. cum seculum de iure patr. & quamvis dicti Gregorius, Michael, & Vincentius Surrentini sint 4 hæredes † extranei, adhuc ad eos traxit ius patronatus prædictum, ita punctualiter notat glo. in Clem. plures in verbo hæredes, & ibi per oinnes Doctores de iur. patr. & notat Innoc.

in rubrica eod. tit. in fine, & idem tenuit Feder. de Senis consl. 111. pen. col. & notat Abb. in c. cum seculum eod. tit. & ibi Abb. in sua disputat. Incipien. Augerio col. 3. in fin. & consil. 54. Incipiente casus contingentie primo volum.

Et quoniam dicta ecclesia vacat per renunciationem D. Ferdinandi iuxta notata per glos. in c. si propter tua debita in verbo vacabunt de rescrip. in 6. & est tex. in c. primo de renunciatione in 6. & in c. si apostolica eod. tit. & in cap. si is cui de præben. in 6. & in Clem. ne Romani de elect. non est dubitandum, quod dicti Gregorius, Michael, & Vincentius potuerunt ad vacantem renunciationem præsente d. cleric. Rober. tanquam patroni. ita notat Lapus allegatione sua 78. incipi. in Dei nomine versic. ad quartā in fine, maximè quia in renunciatione ecclesiæ existentis de iure patronatus, requiritur † expressus consensus patroni, ita tenuit Innoc. in c. fin. ex. de renunciatione qui tenuit, quod Reator ecclesiæ patronatus non potest renunciare ecclesiam patronatam sine consensu patroni, & idem tenet Abb. in c. significantur in fine textuum ex. de præbe. & idem Abb. in c. de multa 4. col. de præben.

Et quoniam dictus clericus Rober tus fuit præsentatus à prædictis Gre gorio, Michael, & Vincentio solum qui successerunt in iuribus dicti patronatus dicti Antonij, qui habebat medietatem dicti iuris patr. tamen & pro alia medietate sunt patroni Michael, & Pantonus de Afficto. Dicitur quod in hac præsentatione de qua agitur, attendi debet præsentatio dictorum Gregorij & fratribus, nulla habita ratione dictorum Pantonis, & Michaelis, seu ipsorum præsentationis, stante conuentione habita inter dictos Michaelis de Afficto agentem pro se, & dicto Pantone, ac Donatum de Afficto tutorem, & negotiorum gestorem Orlandi, & immisso de Afficto, & aliorum

aliorum fratum filiorum & hæredum dicti quondam Antonij de Afficto patronorum pro medietate ut supra quod ipsi potuissent præsentare alternis vicibus, quando dicta ecclesia vacabat apparente instrumento dictæ conuentionis in actis præsentato, & dicti Michael, & immissus præsentauere runt d. Ferdinandum solum virtute dictæ conuentionis, ad quorum præsentationem fuit institutus, constat  
**6** autem quod talis conuentio + de iure fieri potuit, & facta valeat, & tenet, ita est formalis tex. in Clem. fin. in verbo, & ut facilius de iur. patr. & ibi glos. dicit quod in hac quæstione nō requiritur Episcopi assensus, & tenet expresse Abb. in c. querimoniam in primo not. versic. sed hoc dictum limita de iure patron. propterea quia prima vice qua vacauit dicta ecclesia post questionē prædictam dicti Michael, & frater præsentauerunt virtute dictæ conuentionis in præsentiarum quo vacat ipsa ecclesia per renunciationem dicti Domini Ferdinandi debent præsentare dicti Gregorius, & alij supradicti hæredes dicti Antonij soli per supradicta, & quia ipsi præsentauerunt d. clericum Robertum, ideo debet ipse clericus Robertus præsensatus institui per supradicta, & ita mihi de iure videtur concludendum.

## ADDITIONES.

**A**d numerum tertium cum seqq. Addo ad confirmationem dictorum per meum, Auū hic quod mortuo patrono, oēs hæredes simul efficiuntur patroni. In tantum hoc esse verum quod cum ius patronatus competat cuilibet in solidum, non venit in divisione: dixit Bal. in l. familiæ C. communia veriusq. iud. & in l. eam quam in fine, C. de fideicomm. & sic fuit decisum in Sacro Consilio, ut per Vincentium de Franchis decis. 85. in causa illorum de orilia.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARY.

**I** Ex conducto tenetur qui onus assumpit pro pecunia.

- 2 Monitus quod soluat pecunias, hoc non faciens committit culpam.
- 3 Depositarius non tenetur de negligentia, nisi sit magna, & quae sit illa.
- 4 Hæres grauatus restituere, & mādatarius ad quid teneātur.
- 5 Culpa crassa, et sapina quæ;
- 6 Diligentia maior exigitur in rebus alienis, quam suis.
- 7 Latrocinium licet inter casus fortuitos connumeretur; tamen limitatur ubi culpa precessit casum.

## ALLEGATIO 57.

**L** Atrocinium commissum culpa custodis facit ut ipsi teneatur, idem in locatore.



VIA agitur de modica summa, ideo paucis contentus ero, dico igitur dictum Marcū debere cōdemnari ad restitutionem pecunie petitæ ipsi Siluestro. Ex processu n. apparet, quod dictus Marcus, pecunia sibi data, vel promissa in Ciuitate Cagliari, onerauit super eius nāilio bona dicti Siluestri cum expressa promissione illa conducendi ad hanc Ciuitatem Neap. & quod propter tempestatem maris dum applicuisset ad Ciuitatem Veterem de ordine dicti Siluestri vendidit duas vegetes vermicellorum, & maccaronorum, & pecuniam inde redactam promisit ducere ad hanc Ciuitatem Neap. taliter quod ipse postquam fuit conductus in Ciuitate Cagliari pro pecunia

- cunia sibi data vel promissa , & dictis  
vegetibus venditis de ordine Domini  
exacta pecunia cum eodem onere il-  
lam conducendi ad Ciuitatem Neapo-  
lis, non potest † dici , quod hoc onus  
ipse Marcus Gratis assumpsit gratia d.  
Siluestri, immo pro p̄tio sibi dato , vel  
promisso onus prædictum assumpsit  
quo casu tenetur ex conducto ipsam  
pecuniam restituere , ita probet tex.  
formalis in l. i. §. si vestimenta , & §. si  
seruum custodiendum ff. depos. Nec  
releuat ipsum Marcum illud quod al-  
legat, quod ipse fuit disrobatus in spia-  
gia Patriæ illud enim furtum manife-  
ste appetit fuisse sibi factum lata culpa  
ipsius Marci quæ æquiparatur dolo l.  
quod nerua ff. depo. nam existens in  
2 eadem spigia fuit admonitus † quod  
saluaret pecunias , & bona in Turri Pa-  
triæ ex quo ibi erant latrones, qui dis-  
robarent ipsum, quo casu si hoc facere  
noluit processit culpa , & magna culpa  
ipsius , & sic tenetur ēt si ipsā pecuniā  
accepisset gratia dantis tantū ita est  
formalis in l. i. §. is quoq; ff. de act. et  
oblig. vbi dicitur quod quamvis ille  
3 † apud quem res aliqua deponitur re-  
ammissa non tenetur de negligentia ,  
quando gratia dantis solum recipit rē  
custodiendam, sed tantum de dolo, at-  
tamen de magna negligentia quæ est  
similis dolo bene tenetur , et ibi glosa  
in verbo negligentiam dicit magnam  
negligentiam intelligi latam culpam  
allegat l quod nerua ff. depos. pro quo  
est glos. in l. mulier §. sed etenim, vers.  
4 culpe plane ff. ad Trebelli. vbi † graua-  
tus restituere hæreditatem non tene-  
tur de morte seruorum hæritariorū,  
attamen tenetur de culpa , et ibi glos.  
dicit, quod tenetur de lata culpa, et ad  
hoc optime deseruit glos. in l. contra-  
ctus ff. de regul. iuris , quæ dicit quod  
in mandato, is qui suscipit mandatum  
tenetur præstare exactissimā diligen-  
tiam, et quia dictus Marcus post ven-  
ditionem dictorum bonorum obtulit  
se pecuniam conducere in Ciuitatem  
Neap. quo casu ipse non solum tenetur

de lata culpa, sed etiam de leuissima, vt  
dicit glos. in d. regula contractus vers.  
sed licet dixerim allegat l. primam §.  
sepe, et maxime si accepit mercedem  
secundum glosam ibi quæ allegat l. si  
vt certo §. nunc videndum ff. comod.  
sed in casu nostro non potest negari  
quin interuenit non solum lata culpa  
5 dicti Marci , sed etiam crassa, † et sa-  
dina negligētia , ex quo tam ex depo-  
sitione ipsius Marci, quam suorum te-  
stium clare appareret , quod postquam  
ipse applicuit ad dictam spagiam Pa-  
triæ ibi stetit per duos dies in quibus  
non fuit aliter disrobatus, et per custo-  
des turris patriæ fuit admonitus qđ  
saluaret bona , et pecuniā in dicta tur-  
ri, ex quo latrones derobarent ipsum.  
Et non solum non curauit hoc facere ,  
immo postquam prima vice à latronibus  
fuit derobatus , et sibi aliqua pars pe-  
cuniæ eleuata , et reliqua alia pars re-  
mancerat in eius posse ipse Marcus ac-  
cessit ad dictam Turrim, et non cura-  
uit ibi dimittere illam pecuniam , quæ  
sibi remancerat , sed iterum cum ipsa  
pecunia reuersus fuit ad dictam spia-  
giam quo casu si postea iterum fuit de-  
robatus, hoc processit culpa , et sum-  
ma negligentia dicti Marci , et sic per  
prædicta ipse tenetur ad eandem pe-  
cuniā per supradicta.

Et licet ipse pretendat quod latro-  
nes non solum derobauerunt dictam  
pecuniam d. Siluestri, sed etiam pecu-  
niā ipsius Marci. Attramen postquā  
ipse Marcus assumpsit onus d. pecunię  
6 tenetur maiorem † diligentiam adhi-  
bere in rebus alienis , quam proprijs ,  
ita probat tex. et ibi Bar. et Alex. in l.  
si constante §. si maritus ff. solut. ma-  
trim, et dixit Bar. in l. i. col. 2. versic.  
Item oppono d.l. si constante ff. de so-  
lut. quod in rebus alienis estimatur  
culpa si non facit illud quod deberet  
facere diligens pater famil. allegat d.l.  
si constante §. si maritus , et l. i. §: is  
quoq; ff. act. et oblig. sed nullus dili-  
gens homo tenuisset pecuniam, et bo-  
na in loco vicino nemori vbi erant la-  
trones

## SV M MARIVM.

- 1 Scriptura antiqua reperta in archiuo quam fidem faciat.
- 2 Verba enunciatiua in antiquis, quando probent iurisdictionem, vel dominum?
- 3 An per exactionem gabellæ, vel pedagij probetur iurisdictionem, vel dominium.
- 4 Verba enunciatiua in antiquis probant dominium, & iurisdictionem.
- 5 Quando in libro Monasterij antiquo sunt aliqua partite vere, alie etiam presumuntur vere.

## ALLEGATIO 58.

Iurisdiction, vel dominium antiquo probetur per exactionem pedagij, vel Gabellæ, vel ex verbis enunciatiuis, vel ex scriptura antiqua.



Demonstrandū quod terra Casalis noui fuit, & est ecclesiæ & Abbatia Sanctæ Mariæ de Cadosa, & consequenter Venerabilis Monasterij Sancti Laurentij

prope Padulam cui dicta ecclesia Sanctæ Mariæ de Cadossa fuit & est plenō lute unita. Adducitur principaliter scriptura, seu annotatio bonorum dictæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ reperta in archiuo publico habens fidem officiis publici deputati ad custodiam dicti

- 1 Archiuij in qua scriptura & expresse dicitur quod dicta Terra Casalis noui est

## ADDITIO N E S

**Q**uod latrocinium, seu vis latronum dicitur. casus fortuitus, de quo depositarius, vel locator non tenetur, ultra tradita permeum Auum hic, adest tex. in l. si merces s. vis maior ff. locati, & per illum tex. Aff. decis. 54. qui dicit sic fuisse iudicatum ut suspensa criminalitate agatur ciuiliter, concordat Decius cons. 7. & cons. 473.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

est Sanctæ Mariæ de Cadossa, quæ scriptura plenam fidem facit, & plene probat, ita est tex. formalis in c. ad audienciam, & ibi per omnes Doctores ex. de præscrip. & bonus tex. in l. census, & ibi per Docto. ff. de probat. & bonus tex. in authen. ad hæc C. de fid. instrum. & ibi Bart. bonus est tex. in c. peruenit 30. q. prima & bonus tex. cū glof. in c. cum causam ex. de probat. & not. Innoc. in c. primo in ultima sua glof. ex. de procur. & notat plene Ay. mon. Crau. in tractatu de antiquitate in prima parte in cap. incip. quarto limitatur car. 52. in parua impress.

Fortificantur prædicta, nam d. ecclesia Sanctæ Mariæ, & consequenter dictum monasterium habet, & habuit ius exigendi gabellam, in territorio dictæ terræ à vendentibus & ementibus bona, quod ius ostendit, & indicat ipsum monasterium habere imperium in loco, ita Bald. in c. primo in verbo Marchio 2. col. vers. ex. quæro qui feud. dare possunt, & in specie Sozin. conf. 35. incip. in contraversia quæ vertitur in 4. col. vers. confirmantur præmissa in 2. volu. qui allegat c. licet causam de probatio. notat expresse Bal. in l. si plures 4. col. vers. vidi dubitari C. de condit. inser. qui dixit quod colligere pedagium est quædam iurisdictione circumscripta loco.

Confirmantur prædicta, nam monasterium prædictum demonstratur per antiquum inuentarium in archivio repertum, quod ad hominibus dictæ terræ habebat certas operas, quæ alias fuerant commutatae cum certa pecuniarum solutione annis singulis 2. facienda per dictos homines † per quas operas & seruitia personalia probatur quod dicta terra est de dominio, & iurisdictione dicti monasterij. Ita pun. Etiam tenuit Bal. in l. data opera in q. col. vers. super situ C. qui accus. nō possunt. qui dixit quod probatur quod aliqua terra vel locus est de iurisdictione alicuius. quando probatur, quod homines illius loci obedierunt ei qui se.

dicit Dominum loci in faciendo aliqd ut ibi per eum. notat Fely. in c. cum Bertoldus in 14. col. vers. & adde q. per exactionem &c. ex. de re iudic. & notat Bal. in l. 3. per illum tex. C. de natu. lib. qui dixit quod probatur q. aliquis locus, vel terra sit de iurisdictione alicuius eo ipso quod homines loci substanient, vel substanterunt oœra Ciuitatis cui dicuntur esse subiecta, sequitur Alex. cons. 43. incip. de celer-rima expeditione requisitus i nfine in primo volum. & maxime procedunt prædicta, quia tam in inuentario in dicto archivio reperto, quam in capitulis initis inter homines dictæ terræ & Piores dicti monasterij nomine ipsius monasterij tanquam Domini dictæ terræ semper nominatur, & enunciatur dictam terram esse ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Cadossa, quæ verba enūciatiua † in dictis scripturis apposita bene probant dominium dictæ terræ esse dictæ terræ, ita probat tex. in l. optima C. de contrahenda & cōmit. stipul. & tex. in l. cū aliquis C. de iure deliber. per quæ iura, ita tenuit Cas-san. in consuetud. Burg in princ. in tex. ibi ou. territorie 2. col. in verbo multa alia carte 23. & dixit Aymon Crau. in tract. de antiqu. in princ. in c. viso de verbis enunciatiuis col. 4. nu. 8. car. 30. in parua impressione quod illa lex optima procedit etiam si verba enunciatiua pferatur in scriptura priuata, stâte ipsius antiquitate, nec obstat, si dicatur quod dictum inuentarium nō est authenticum, quia satis dicitur authenticum eo ipso quod est repertum in archivio, vt supra, sed dato, & non concesso, quod nō esset authenticum prout est, attamen quia in eodem inuentario apponuntur multæ partitæ quæ præcedunt dictam denominacionem terre Casalis noui, & multa quæ subsecuntur, & ipse sunt veræ, & non inficiuntur talis scriptura, quo addic-tam terram Casalis noui bene probat stante ipsius antiquitate. Ita punctualiter tenuit Ostien. in sum. in tit. de probat.

probat. in c. & quod sunt species probatorum col. 3. vers. quid ergo si inueniatur cartularium , qui dixit quod si inueniatur cartularium in quo continetur, quod talis possessor debet tam censum, & sic de singulis, & sit antiquum , & in præcedentibus , & sequentibus inueniatur verum , bene probat , & sibi creditur idem expresse tenuit Bal. in l. exemplo in principio C. de probat. & expresse Aym. Crau. in d. tracta. de antiquitate in prima parte in c. qd in libro officialis vnius monasterij versic. quintam limitationem car. 63. in parua impressione, vbi tenet † quod quando in libro monasterij sunt aliquæ partitæ vere, quod alia præsumuntur vera stante antiquitate scripture, vt ibi per eum, & ultra prædicta ad demostrandum monasterium prædictum esse Dominum dictæ terre, apparet quod ipsum monasterium habuit ab antiquo , & habet iurisdictionem ciuilem, quo casu dicitur Dominus terræ prædictæ, ita punctualiter tenuit Capic. decis. 27. incip. in causa Reuerendi Prioris Baren sis cum magnifico Marco Antonio Filimarino in s. dubio vbi multa allegat, & propter ea in hoc non curauit me dilatare etiā si dicatur , quod prædictum monasterium habet iurisdictionem ciuilem in pertinentibus ad baiulationem tantu.

Dico quod contrarium apparet per capitula inita inter homines dictæ terre, & monasterium tanquam dominū dictæ terre, que capitula hodie sunt in viridi obseruantia , in quibus capitulis sunt multi casus ultra ea, que pertinent ad baiulationem in quibus monasterium procedit ad exactiōnē pena rum contra homines dictæ terra ex quibus videtur rectæ posse concludi quod legitime apparet, quod dicta terra fuit, & est dicti monasterij Sanctæ Mariæ de Cadossa, & consequenter dicti monasterij Sancti Laurentij .

Quo vero ad molendinum ego alter in præsentiarū alia non scribo, quia diebus elapsis scripti aliqua, que mihi occurrebat.

## A D D I T I O N E S.

**A**d numerū secundum. Addo ad confirmationem dictorum per meum Auum hic, quod probatur iurisdictio, vel dominium per actus possessuos , vt hic quibus addo, quod etiam per banna probatur iurisdictio l. prima & 2. C. de condi. insert. l. 3. C. de modo mult. etiam si banno non sit paritum, late Capic. decis. 27. nu. 30.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 *An episcopus ultra solitum numerum canonicorū possit alios aggregare, & per totam.*
- 2 *Non dicitur iuste promotus ad beneficium, qui vadit cum intentione lucrandi fructus beneficij, & non residendi, nec Deosseriendi.*
- 3 *Qui vadit ad celebrandum officiū principaliter, ut lucretur portionem committit simoniam mentalē, & peccat mortaliter.*

## A L L E G A T I O 59.

**A**n Episcopus ultra solitum numerum Canonicorum possit alios aggregare.

**I**n facto de quo à mē consilium petitur puto cōsiderandum , quod qñ in ecclesia Cathedrali Grauinensium, est certus numerus Canonico rum, & præbendarū stabilitus ab antiquo per capitulū , & clerum cum iuramento , & confirmatus per Papā cum clausula decreti irritantis, tūc ultra dictum numerū alij in Canonicos recipi non possunt † ita probat tex. in c. dilecto in verbo nisi forte ex. de præbendis , & tenet Abb. in cap. vacante prima col. versic. & circa materiam eod. tit. si vero in eadē ecclesia nō est

Hh certus

certus, & determinatus numerus, vt supra, tunc quamvis superior possit nouos canonicos creare, ex qua noua creatione inducitur, & causatur nouū ius canonizæ, hoc tamen intelligitur vt dictus superior paucos, & moderatos canonicos creare de novo possit absq; præbendis. Sed multitudinem nouorum Canonicorum creare non posset, & hoc circa numerū canonicorum de novo creandorum remittitur arbitrio episcopi, ita punctualiter tenuit Abb. in c. dilectus col. 3. versi. in eadem glo. ibi, sed numquid eod. tit. de præben. & tenuit idem Abb. in d. c. vacante in præfato vers. circa materia sicut; cum collatio beneficij sit, & dicatur liberalitas seu donatio episcopi, prout tenuit Abb. in c. relatum col. 2. versi. nota ibi concedas liberaliter de præben. qui dixit, quod collatio beneficij quæ sit per prælatum, dicatur liberalitas, ex quo licet teneatur Prælatus beneficia vacantia conferre, non tamen tenetur conferre vni vel alteri, sed ei cui sibi placuerit, & idem tenuit idem Abb. in c. inter cætera in glo. fin. eod. tit. & idem Abb. in c. post electionem, primo not. per illum tex. de concess. præb. propterea non posset d. Episcopus cogi ad dictam liberalitatem exercendam cum illis quos vniuersitas vult, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, maxime quia si omnibus qui promouentur ad minores ordines teneretur episcopus conferre canonicatus, induceretur in ecclesia confusio, ex quo aut ipsi ordinarentur canonici ad canonicatus, & præbendas vacaturas, & hoc fieri non posset per episcopum, quia ipse daret ius ad vacatura quod sibi non permititur, sed soli Papæ. ita est tex. formalis in c. 2. ex. concess. præben. & tenuit Abb. in cap. ex tenore eod. tit. aut dicti canonici nouiter creati sic recipiuntur, vt sint super numerarij, ita quod non habeant vocem in capitulo nec stallum in choro, & tales canonici ex hoc nihil consequuntur, sed habent in

quondam ius ventosum, vt dicit Abb. in d. cap. dilectus col. 3. de præben. & dixit Hostien. in c. super inordinata de præben. quod vbi quis intitulatus in duobus collegijs ecclesiasticis. dicitur canonicus honorarius tantum ad instar tutoris honorarij. sequitur Abb: in c. extirpanda s. qui vero col. 9. nu. 17. versi. idem Hostien. de præb. dicens quod Rex Franciæ est canonicus honorarius ecclesiæ Sancti Hilarij Pictaviensis modo predicto, & ad hoc ibi aliqua allegat taliter, quod dictus canonicus honorarius nihil consequitur, nec habet ex dicta noua creatione. si vero dicti Canonici de novo creandi crearentur, vt aliquid perciperent ex redditibus ecclesiæ, & tuas quia si episcopus omnibus ordinatis ad minores ordines teneretur canonicatus conferre essent tot Canonici qd facultates ecclesiæ non supplerent ad ipsos sustentados quod fieri non debet, nam in ecclesia sunt tot instituendi, quod congrue viuere possent ex redditibus ipsius ut in c. 1. ex. de inconstitut. & in c. vñico de statu regal. in 6.

Et maxime procedunt predicta ex quo omnes dictæ nouæ collationes, & creationes canonicorum fiunt, non vt ipsi seruiant in diuinis ecclesiæ, sed principaliter vt ipsi lucentur medietatem seminii, & efficiantur immunes à solutione dictæ medietatis seminum quod est à iure prohibitum, vt quis assequatur beneficium pro lucrandis temporalibus bonis per ea, quæ notabiliter dixit Abb. in cap. relatum in fine ex. de cleric. non residenti qui dixit, quod acceptas beneficiū vt illud teneat, donec habeat aliud beneficiū pinguis, vel non habuerit animum ibi residendi, vel vt ex fructibus illius possit in iuuentute viuere, & sic cum intentione habendi introitus, 2. vel redditus beneficij f non dicitur iuste promotus ad dictū beneficiū, & dixit glo. in c. vñico in glo. in verbo receperit in fine de cleri. non resident in 6. quod Canonicus f qui vadit ad cele.

celebrandum officium principaliter ut lucretur portionem, vel denarium qui datur cuilibet celebranti officium, committit simoniam mentalem, & consequenter incurrit peccatum mortale. sequitur Abb. in c. significatum col. 2. in fine. versic. in eadem glos. ibi ex. de præbe. taliter quod ipsi acceptantes dictas collationes canonicatum ut lucentur dictum medium semē comitterent simoniam mentalem, & incurrent peccatum mortale, à quo ipse Reuerendus episcopus sciens intentionem dictorum clericorum non esset immunis, & propterea non posset cogi ad dictas collationes facandas, ex quibus incurreret peccatum tā ipse q̄ acceptantes dictas collationes.

Nec obstat consuetudo dictæ Civitatis cum cursu temporis cētum anno sum, ex quo ut supra est demonstratum, dictæ collationes canonicatum super numerariorum sunt positæ in facultate episcopi, & est donatio seu liberalitas ipsius, sed ea quæ sunt facultatis nullo tempore præscribuntur, ita tenuit Abb. in c. ex parte Astenis col. 2. vers. secundo potest solui, & in c. Ioannes de clericis coniug. & in c. pisani ad finem de restit. spoli. siccq; ex prædictis posset concludi, quod nec episcopus cogi possit ad conferendum dictos canonicatus non vacantes præfatis clericis in minoribus ordinibus, nec dictæ collationes valerent per supradicta.

#### A D D I T I O N E S

**A**D numerum primum cum seq. quod non possit augeri per episcopum numerus canonicorum, ultra allegata per meum. Auum hic. Addo canonistas in c. Auaritiae extra de præbendis, & Paul. de Castr. in l. si eadem ff. de offic. assess. qui dixit quod Rex nos potest dividere officium in præjudicium eius qui emerat, & hoc fuit prædictum annis elapsis in causa Ioannis Baptiste Crispī, in Regia Camera Summariz.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *An pœne contrahentium incestas nuptias impositæ per ius ciuile habeant locum in nuptrijs incestis de iure canonico, ultra allegata hic vide Boer. decif. 264. nu. 13. & Iul. Clar. in S. incestus, & per totam.*
- 2 *Qua pœna puniuntur contrahentes incestas nuptias, & qualiter possint excusare, & qualiter possit fieri, ut Curia Secularis non cognoscat criminaliter cum nu. 3.*

#### A L L E G A T I O 60.

**D**E pœnis incestarum nuptiarum.

**V**PER hoc dubio amplexu contrahentis incestas nuptias imposta per ius ciuile habeat locum in nuptrijs incestis de iure canonico, breuiter currenti calamo ob temporis breuitatem, & festinatiam partis est varietas inter Doctores, nam Petr. de Anchar. in consl. 392. videtur prima facie tenere, quod non habeat locū, quia iura ciuilia imponentia dictas pœnas pro incestu, intelliguntur solū quo ad personas inter quas prohibitæ erant nuptiae de iure ciuili ratione cōsanguinitatis, vel affinitatis, non quo ad personas inter quas ex dispositione iuris canonici tamen esset prohibitæ nuptiae, prout in terminis consuluit Ioannes Cald. in consl. 2. sub rubrica de consang. & affinit. & plene Dñs Alex. de Imol. in cōsl. 229. 2. col. nu. 6. in 6. vol. & per Hippol. Marsil. in sing. 254.

Hh 2 & Phi.

& Philipp. dec. conf. 268. fin. col. sed quia prædicti contrahentes matrimonium de iure ciuili non sunt prohibiti, ex quo sunt filij fratrum consobrinorum, quia sunt in 6. gradu, & à iure ciuili inter consobrinos potest contrahi matrimonium, vt in S. duorum instit. de uupti. l. celebrandis C. de nupt. & l. 2. c. de instit. & substit. ergo pena legis ciuilis dicti coniuges puniri non possunt cū ius ciuili inter eos permittat matrimonium.

In contrarium tamen tenet Dominus Abb. in c. & si necesse in fine de don. inter vir. & vxor. & plenissime Dominus Philip. Dec. in conf. 158. & pro tenui facultate, vbi aperte tenent penam legis ciuilis habere locū etiam in nuptijs contractis in gradu prohibito secundum ius canonicum licet non sint incestæ secundum ius ciuile, & idem Philip. Dec. io l. fin. C. vnde legit. magis ample discutit quod intelligentur prohibitæ nuptiæ, & quod puniantur secundum iuris ciuilis penas, vt ibi per eum, & idem Philip. Dec. tenet in l. si auie C. de success. edic.

2 Secundum dubium † ex quo prætenditur ex aduerso prædictos coniuges puniri pena capitali per l. si adulterium cum incestu ff. de adulter. & etiam per l. qui contra, & auth. incestas C. de incestis & nefar. nup. verum quia dubium pendet ex præcedenti igitur, & maxime, quia ex aduerso prætenditur scienter fuisse contractū matrimonium, & currenti calamo ista breuiter sunt, quæ dubium faciunt.

Si in facto daretur probabilis ignorantia cessaret pena l. qui contra C. de incest. nupt. & habetur in Clem. eos de consang. & affinit. sequitur Hier. grat. vbi alia similia allegat in responso 151. vol. 2. si dabimus scientiā quia datur probabilis causa vt potuerint cogitare non esse prohibitum de iure ciuili, & erunt opinones, vt per Doctores supra pro prima parte allegatos ex vulgaribus regulis habuissent

excusationem, vt molestari non possent, prout si opus erit demonstrabitur tamen ego + alias practicau quod obtineretur dispensatio à Summo Pōfice, qua obtenta determinare feci nō posse per magnam curiam molestari. optarem vt factum melius narraretur scilicet in quo statu reperitur, quæ defensiones sunt factæ, nam si causa est in principio, licet dicatur, quod tenet Cur. carceratum maritum, videtur mihi male factum stantibus prædictis opinionibus, detur clarior certificatio, quia erit tempus melius cogitandi, cum per meam infirmitatem catarri non potui multum vacare.

## ADDITIIONES.

A D numerum primum, & per totius. A pene contrahentium incestas nuptias im posite per ius ciuile habeane locum nuptijs incestis de iure canonico; Ultra allegata per meum Auum hic, vide Boer. decis. 264. num. 13. per totum & Iul. Clar. in S. incestus, & quod quando matrimonium declaratur nullum ex incestu, non debetur antefatum, nec legatum, nec dona nuptialis. Vide de Franch. decis. 52. Donna Catharina de Cardines.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 Flumen quando dicatur publicum, & quando priuatum.
- 2 In flumine publico authoritate Principis edificari potest.
- 3 An, & quando molendinum possit construi in flumine publico.
- 4 Et quanto tempore prescribatur molendinum in publico flumine.

ALL.

## ALLEGATIO 61.

**D**E molendino constructo in flumine publico.

**I**N causa Magnifici Camilli Caetani Baronis Castri Baranelli, cum magnifico Hérico Morilli, ac filijs, & hæredibus quodam magnifici Francisci de Sāgro autoribus laudatis super eleuatione cuiusdam molendini constructi in flumine in processu deducti, ac amotione cuiusdam horti seu cluse in ripa ipsius agentis cōstructi, ut ponitur ad vsum dicti molendini, & alijs ut in processu, & aetis.

Dico dictos conuentos debere absolvui ab impetitione dicti agētis prius in presupposito quod flumen & vbi dictum molendinū est cōstructum est priuatum, & commune ipsorum agentis, & conuenti, quod probatur ex concessionibus Principis factis Baronibus Castrorum Baranelli, & spinetarum, in quorum territorijs est dictum flumen, & Principes dicta Castra Baronibus ipsorum concesserunt cum fluminibus aquis aquarumq; decursibus, ut ex forma priuilegiorum colligi potest taliter, quod quamvis flumen prædictum à principio potuisse dici publicum, tamen quia illud fluit per vtrumq; territorium, & principes illud concessit ex concessione Principis priuatum fuit effectum, ita notenter Andr. de Iser. in tit. quā sīt regalia in verbo flumina navigabilia, & Bal. in l. Item lapilli 2. col. ff. de rerum diuis. & in rubr. eod. tit. 3. col. yersi. & not. qui dixit quod v̄sus fluminis publici per Principem priuato concedi potest, & ita quod in flumine publico auctoritate Principis edificari potest, pro quo facit tex. in l. 2. in princ. ff. ne quid in loco public. Item potest dici priuatum, & commne dictis dominis, ex quo eodem flumine

comuniter, & pro communī v̄si fuerat antiquitus Domini dictorum Castrorum per quā possessionem longi temporis acquiritur v̄sus aquæ, ita est tex. formalis in l. si manifeste C. dē seruit, & aqua bonus est tex. in l. prima s. de niq; el 2. in verbo vetustatem, & in l. in summa aqua pluui. arcem. cum alijs similibus, sicq; præsupposito quod flumen prædictum fuerit, & sit priuatum, & commune.

Stante ergo quod flumen prædictum in quo molendinū & scertum sunt cōstructa est commune ipsorum agentis, & conuentorum, dico quod Dominus Castri spinetarū potuit & in dicto flumine construere molendinū & scertum prædictum pro v̄su molendini stante, quod dictum molendinū & scertum non nocet dicto Domino Camillo, imo prosunt, & utilitatem afferunt dicto domino Camillo, prout dicunt testes deponentes in 8. exceptione dicti Conuenti, ita probat tex. in l. quidam hiberus uers. parietem, & in l. fistulam ff. de seruit, urban. p̄gio maxime quia molendinū, & scertum prædictum fuerunt cōstructa de consensu, ac licentia Baronis Castri Baranelli, ut in processu bene probatur, & propterea ipse conuentus non potest cogi, ut opus factum tollat, ita probat tex. in l. Sabinus ff. communi diuid. notat expresse Bart. in l. labeo ff. de aqua pluuiia. arcen. vbi etiam hoc notat Paul. de Castr. notat expresse Bart. in l. qui bona s. si quis sūx. ff. de dam. infest. taliter quod ad tollendum d. scertum in flumine cōstructum, & v̄sum aquæ ducti fluminis ipse agens actionem non habuit, per prædicta.

Fortificantur prædicta & nam quādo flumen prædictum non fuisset cōmune, prout est ut supra, sed esset priuatum dicti Agentis, attamen quia Baro spinetarum, et successive ipse Magnus Henricus conuentus tenuerunt dictum molendinū, et scertum in dicto flumine, et aqua dicti flu.

fluminis pro vnu molendini vni fuerunt, mediante scerto praedicto plus annis quinquaginta, vt deponunt testes utriusq; partis per vsum tanti temporis fuit acquisita servitus utendi aqua, & flumine praedicto ad vsum dicti molendini ac tenendi scertum predictum in dicto flumine, ita probat tex. in l. si quis diuturno ff. si servitus vendic. bonus tex. in l. qui in aliena s. primo ff. de acquir. hære. notat expresse Bald. in l. prima s. deniq; ff. de aqua p luui. arcend.

Et ad hoc accedant notata per Bar. in l. prima s. hoc interdicto 2. col. verific. venio ad sequentem ff. de itinere actuq; priuato qui dixit quod ex actibus quos ego non facerem in alieno nisi servitus mihi competenter probatur, quod servitutis iure vsus fui. aliquid in re vicini, & dicit hoc fuisse dictum Innoc. in c. bone 2. & 3. glos. ex. de postul. prælat. quamvis ergo flumen praedictum vbi molendum, & scertum sunt constructa fuisse proprium Baronis Baranelli prout non est, quia dictus Baro Spinetarum, & successore ipse Magnificus Henricus vni fuerunt aqua dicti fluminis, & scertum praedictum ibi habuerūt ad vsum molendini spatio annorum 30. videtur præterea acquisita servitus aquæ, & tenendi dictum scertum in dicto flumine per supradicta.

#### ADDITIONE S.

**N**VNP. 1. et per totam in hac materia molendini, et fluminis, ultra allegata per meum Auum hic. Addo an collapso molendino sit dominum amissum, ita quod amplius rescripsi non possit, nec duci aqua ex flumine? Et an dominus molendini postquam aqua intrat in territorium suum possit usum aque mutare? et concessa aqua an possint fieri plura molendina? vide Ioannem Vincentium de Anna in allegat. 91.

Addo etiam quod aquam de flamine publico, vaxallis non licet sumere sine licentia Regis, vel Baronis, etiam si nemici non noceat. Vincentius de Franch. decis. 183. num. 2. et 3. cum pluribus seq. et quod mo-

lēdīcum si primus fecit in flumine, et aqua est sufficiens omnibus, non potest prohibere secundum, quia ibi aliud edificet molendinum? ibidem num. 9. et quod contra Baronem circa aquam non prescribitur minori tempore 30. vel 40. annorum. Sed contra Regem requiritur prescriptio centum annorum. Ibidem num. 11,

Abb. I. Hier. de Mauro.

#### SVMMARIVM.


- X. Priuilegia antiqua facientia mentionem enunciatiue de territorio seu iurisdictione loci bene probant.
2. cui nocet sententia, etiam recent probationes in alio iudicio.
3. Acta inducunt notorium.
4. Si res reperitur intra fines aliqui territorij presumitur esse illius cuius sunt fines quo ad iurisdictionem tantum.
5. Inducitur etiam probatio per exercitiū iurisdictionis et quasi possessio iurisdictionis probatur per testes.
6. Testes singulares admittuntur ad probandum quasi possessio iurisdictionis.
7. Possessio antiquior prefertur, sed recens presumitur vitiosa.
8. Vbi sunt pares probationes in possessorio, preferuntur qui docet de titulo.
9. Termini naturales, seu fines naturales qui dicantur.
10. Ciues etiam Presbiteri depontentes pro Ciuitate sua non probant.

II-In

- 11 In confictu testium hinc inde qui præferuntur.
- 12 Testis falsus in uno, redditur falsus in omnibus.
- 13 Confessio facta in articulis, vel in libello per Procuratorem vel sindicum nocet.
- 14 Testis productus plene probat contra producentem eodem numero.
- 15 Geminatio actuum quantum operetur.

## ALLEGATIO 62.

**Q**Valiter probetur usus iurisdictionis in loco.



N causa inter vniuersitatem Auersæ, & vniuersitatem Puteolorū vertente coram excellentibus Dominis Hie non imode Colle, ac Domino Cicco de Loffreda, & Domino Ioanne Marciali V. I. D. Regentibus R. Cancellariam, & Commissariis deputatis per suam Excellentiam super territorio in processu & actis deducto, non videtur posse dubitari quin territorium de quo agitur sit dictæ Magnificæ vniuersitatis Auersæ, & dictam vniuersitatē Auersæ debere conseruari in possessione ipsius territorij, ex deductis, & probatis in processu. Prius tamen præsupposito, quod Galdum ab antiquo, & originaliter fuit, prout est territorij Auersanum, quod aperte demonstratur per priuilegia retro regum hujus Regni, & signanter per priuilegium Incliti Regis Caroli, ac etiam per priuilegium incliti Regis Roberti in actis presentata, in quibus priuilegijs expresse dicitur, Galdum esse territorij

Auersanum, quæ priuilegia + cum sint antiquissima excedentia annos centū licet enunciatiue faciant mentionem Galdum esse territorium Auerfanum, bene probant prædicta per ea quæ voluit notāter Bal. & Sali. in l. cū aliquis, 2. col. C. de iur. delib. qui dixit quod instrumenta antiqua quæ faciunt mentionem, quod aliquis locus est Perusini districtus, bene probant districtū licet sint inter alios facta, ex quo ipsa probant communem opinionem hominum, quæ præsumitur esse vera, allegat tex. in l. prima s. primo ff. de flumin. & multa alia iura, idem tenet Ang. & Imo, in l. sciendum ff. de verb. oblig. notat glos. in c. cum olim in gl. prima de censibus, quæ dixit quod verba enunciatiua emissa propter aliud probant in talibus finibus, & idem in specie tenuit Philip. Dec. cons. 42. incip. diligenter in specto tenore instrumenti 6. col. vers. 2. hoc bene confirmatur primo volu. ubi multa ad hoc allegat, & tenet Ant. de Butr. in c. fin. de success. ab intest. & in specie Fely. in c. cum causa fina. colum. versic. ex glos. ex. de probatio, & idem in specie tenuit Socc. in cons. 14. incip. in causa communitatis prima col. versic. confirmantur prædicta 2. vol. & idem Socc. cons. 42. incipiente subtiliter, & eleganter 5. col. vers. sed contra duo prima fundamenta eo. vol. & in specie Alex. cons. 6. col. 3. primo vol. & in specie notat Franc. de Are. cons. 42. in princ. ad quæ multa alia allegari possent, quæ breuitatis causa omittuntur, sicq; ex priuilegijs prædictis fatis appetat Galdum integrum esse de territorio Auersano.

Præsupposito igitur Galdum esse territorium Auersanum, quia in præsenti iudicio inter alia agitur de monte Cumarum & eius territorio, ac de penetis Coimæ, & Caualli, quæ sunt magnifici Alphonsi Coppulæ non videtur posse dubitari quin dicta loca sint de territorio Galdi, hoc enim bene probant primo testes examinati in Regia

Regia Camera Summariae in causa alias agitata inter ipsam vniuersitatem Puteolorum, & dictum magnificum Alphonsum super dictis penetis, ac ipsorum possessione inter quos sunt multi testes Puteolani qui expresse dicunt dictas penetas esse fitas in territorio Galdi, easq; esse de territorio Auersano, quorum depositiones bene probant non ostante, quod fuerint examinati in alio iudicio agitato inter ipsam vniuersitatem Puteolorum, & praefatum magnificum Alphonsum Coppulam, & Baiulos dictæ Ciuitatis Auerse stante quod in d. iudicio agebatur de eisdem penetis, quas prætendebat dicta vniuersitas Puteolorum esse de territorio suo, & iudicium prædictum agitabatur cum ipsa vniuersitate Puteolorum, quo casu sicut sententia in dicto iudicio lata nocuit, ac prodest poterat ipsi vniuersitati Puteolorum,

2. ita etiam probationes in dicto iudicio factæ nocent eidem vniuersitati Puteolorum in hoc iudicio, ita punctualiter tenuit Innoc. in c. causamq; ei primo in fine ex. de testib. qui dixit quod in omnibus casibus in quibus sententia in alio iudicio etiam inter alios lata alijs prodest, vel nocet in eisdem casibus etiam acta, & probationes tenent; idem expresse tenuit Bar. in l. si superatus in fine ff. de pigno. qui dixit quod quando sententia in uno iudicio lata inter aliquos præiudicat alijs, in eodem casu præiudicant etiam probationes, & dicta testium dicens dictam questionem alias habuisse de facto, idem expresse tenuit Bal. in l. 2. in 3. col. ff. iudic. solu. qui inter alia dat regulam, quod in illis casibus, in quibus sententia lata inter alios, alijs præiudicat in eisdem casibus præiudicant etiam probationes, tanto magis in casu nostro vbi probationes prædictæ fuerint in Regia Camera factæ cum eadem vniuersitate Puteolorum respectu earundem penetarum de quibus in hoc iudicio agitur cum eadem vniuersitate Puteolorum, & sic non videtur

habere difficultatem per ea quæ notat Bar. in d. l. 2. iudic. sol. idem expresse tenuit Bar. in l. 3. S. hoc adicto col. 3 & sequenti versic. quæro utrum ff. de vi bonor. raptor.

Et idem tenet Bart. Ang. & Imol. & Dominus Alex. in l. si sepe ff. de re iudic. & idem Bar. in l. si prolusorio S. fin. ff. de appell. & idem tenuit Bal. in l. 2. C. quib. res iudic. non nocet cum multis alijs quæ breuitatis causa omittit. Taliter quod ex prædictis apparet quod dictæ penetas dicti magnifici Alphoni sunt sitae in territorio Galdi, & sic in territorio Auersano.

Confirmantur prædicta exactis Regia Camerae Summariae in quibus apparet quod dum quondam magnifice Alphonsine de Vrsinis per Regiam Curiam fuissent assignati anni duc. tercentum super cœsalibus seu introitibus Galdi, & ex dictis ducatis tercentum deficerent ducati 30. ex commissione incliti Regis Catholici Regia Camera ipsa seruatis seruandis per ipsius decretum assignauit d. Magnificæ Alphonsinæ pro ducatis 30. magnificum Alphonsum Coppulam tanquam cessionarium dictarum penetarū existentium de territorio Galdi, & tanquam unus de Censuarijs Galdi f. quibus actis Regia Curia creditur tantum notorium inducētibus per tex. notab. in l. in donat. C. de donat. & ibi hoc notat Bal. & Salic. & notat. in c. vestra de cohabit. cleric. & mulier. notat expresse glof. & ibi Bal. Imol. & Abb. in c. quoniam contra in verbo viros ex. de probat. notat expresse Bal. in Rubrica C. de fid. instru. 2. col. vers. sed dubitatur notat glof. in l. gesta in glof. 2. in fin. de reiud. C. cum multis alijs similibus.

Stante igitur quod dictæ Penetas sunt in territorio Galdi, & sic in territorio Auersano, consequenter dicendum est, quod mons Cumar, qui est situs post dictas penetas, debeat dici de territorio Galdi, & consequenter de territorio Auersano, & similiter omnia

4 omnia territoria quæ sunt infra dictas penetas, per ea quæ notanter dixit Hostien. & ibi Dominus Abb. in c. si diligentii in 2. not. ex. de præscrip. qui dicit quod Domini temporales fundant intentionem suam de iure comuni, quo ad + res sitas infra limites suæ Terræ, idem in specie tenuit Socc. in cons. 29. incip. viis capitulis 3. col. versi. aliquando & 3.&c. 2. vol. qui dixit quod res sitæ infra fines alicuius territorij præsumuntur esse illius Ciuitatis, cuius sunt fines quo ad iurisdictionem licet sit secus quo ad dominium rerum particularium allegat Hostien. in d.c. si diligentii pro quo est bonus tex. in c. cū Bertoldus in versi. cum vniuersitate de re iudicata, idem expresse tenuit Bal. in rub. C. de contrah. empt. col. 6. versi. vlti. quæro qui dixit, quod illud quod est infra fines præsumitur esse definibus, vel illius cuius sunt fines, allegat tex. in l. ede Sacra §. fin. ff. de contrah. empt. & idem in specie tenuit Socc. cons. 14. incip. in causa comunitatis 2. col. versi. tertia conclusio 2. vol. & idem eleganter notat Franc. de Aret. cons. 42. 2. col. versi. ex his infertur ad falcatum, vbi tenet quod probato quod aliquis locus est de territorio ciuitatis + Probatur similiter, quod òia loca quæ sunt in tra illos fines suor de eodem territorio.

5 Confirmantur prædicta, nam quod aliqua bona sint de territorio & finibus alicuius domini, vel ciuitatis probatur per exercitium iurisdictionis, ita notanter tenuit Bal. in l. data opera 9. col. versi. super situ C. qui accusare non possunt, vbi dicit quod probatur quod aliquis locus est de territorio Perusino, vel Eugubio, per testes deponentes vidisse ibi ab officialibus Perusiniis, vel Eugubinis iurisdictione exerceri, sequitur Alex. cons. 43. in fin. primo volu. & idem in specie tenuit Franc. de Are. cons. 42. incip. viso cōs. 2. col. qui dixit, quod per testes deponentes, quod illi de vniuersitate accesserunt ad loca aliqua tanquam lo-

ca dictæ Ciuitatis, & fecerunt ibi capi & relaxari postea animalia pbaratur illa loca esse dictæ ciuitatis, ac quasi possessio Ciuitatis illorum locorum, idem in specie tenuit Iacobinus de Sancto Georgio in l. cum aliquis 2. col. versi. additur ad istam materiam quotidiam C. de iure deliberandi, qui dixit quod fines et territoria probantur in multis modis inter quos ponit, quod probatur per exercitium Iurisdictionis per appositionem custodum, seu campiorum per solutionē pedagij, seu Gabellæ, et alijs, vt ibi per eū. quæ omnia bene probantur facta per Auer nos, ac eius officiales in dictis locis de quibus agitur, idem in specie tenuit Alex. cons. 23. incip. viso processu causa prima col. 5. vol. sed pro parte Ciuitatis Auerse satis sufficienter fuit probatum per multos testes, quod loca prædicta de quibus agitur fuerunt custodita de voluntate dominorum territorialium prædictorum, tam per baculos dictæ Ciuitatis, quam per alios officiales, per quas appositiones custodum probantur fines territorialium l. si ita §. mulier ville custos ff. de fundo instr. ac etiam probatur de exactione pénarum à Dominis animalium ibi inuentorum ad damnificandum, & signanter à Putheolanis, & sic exercitiū iurisdictionis, per quod similiter probantur fines territorialū per supradicta, ac etiā probantur exactiones gabellarū à vendētibus merces, & vinū in eodē loco cumarū, & in loco Gavite, & signanter à Puteolanis. Probatur etiā de exercitio tabernarū factarum in d. mōte Cumarū per homines Auerse, & eius Casaliū, ac mensuris datis tabernariis prædictis à Ciuitate Auerse per quas mēsuras denotatur, & probatur Imperiū seu iurisdictione in loco, ita Guid. Pap. decis. 490. quæ incipit mēsura, & multa alia iurisdictionalia probantur per dictam Ciuitatem Auerse in locis prædictis, ex quibus satis probata est intērio Auerse norū. tā in posseſsorio, q̄ in petitorio per supradicta.

Ii

Nec

Nec obstat si dicatur quod testes super praedictis deponentes sunt singulares + nam quasi possessio iurisdictionis probatur per testes singulares, ita est gl. notabilis in l. ob carnē ff. de testib. notat expresse Bal. in l. actor C. de probat. & plene Fely. in c. licet ex quā dā de testib. per Innoc. in c. qualiter & qñ il 2. ex. de accus. cū simil. siccq; cū p Auersanos fuerit plene probatum de atq; finibus per priuilegia, & per tot actus jurisdictionales factos longissimo tempore scientibus. Putheolanis de quorum scientia expressa bene fuit probatum per Auersanos, & quando non esset probata, prout est, illa præsumitur ex diuturnitate temporis, & loci vicinitate cap. quanto de præsumptionibus & cap. cum dilectus de purgat. canon. l. sita in fine de fundo instr.

Nec obstat si ex aduerso dicatur p ipsos Puteolanos fecisse similiter prædicta probata, illa n. præterea possessio intercipiédi animalia quā prætenduntur probasse dicti Puteolani, excluditur per probationes Aduersanorum ex multis, & primo, quia Auersanorum possesso ex processu probatur + antiquior & cōtinuata usq; ad tēpus litis mota, & prætensa per Puteolanos fuit & est recens & moderna, quo casu præsumitur clandestina, & vitiosa, ita notanter tenuit Bar. in l. si duo penul. col. ff. vti possid. & est bonus tex. in c. licet causam ex. de probat. & ibi per Doct. cum alijs vulga. Secundo etiam præfertur dicta probatio Auersanorum stante quod per priuilegia praedicta, ac per scripturas d. Regiae Cameræ, quae habent vim tituli quo ad dictos terminos, & confines iux. notata per Bal. & Salic. in d. l. cū aliquis, & per alia supra allegata, quo casu stante antiquiori possessione, & titulis praedictis etiā si probationes essēt pares + præfertur is qui docet de titulo, ita probat tex. in dict. c. licet causam, & ibi per Doct. & Bal. in dicta seduo, & Bal. in cons. 468. incipi. qualiter probentur

pertinentiz, & districtus 3. vol. ubi multa ad propositum causæ nostræ dicuntur.

Fortificantur praedicta, nam in consibus dictorum territoriorum, est quædam via publica, & quidam vallores montium, qui sunt termini naturales + per ea optime probantur fines territoriorum, ita punctualiter tenuit Bal. in c. primo ff. si quis de māso. 3. col. versic. ex. nota. de controu. Inuest. ubi dicit quod via regales mātes, & rupes sunt fines territoriorum invariabiles, allegat tex. in c. 2. ex. de parrocch. & in c. ex litteris de probat. & ita etiam notat Io: Andr. in c. cum causam ex. de probat. Idem in specie tenuit Bal. qui multum notanter loquitur in hac materia in cons. 445. quod incipit qualiter probentur pertinentie 5. vol. & idem Bal. cons. 420. incip. verba Principis primo vol. & idem Bal. cons. 468. 3. vol. & idem Bal. in d. c. cum causam.

Insuperq; puto considerandum qd illi septem Presbiteri Puteolani examinari in causa ad instantiam Putheolanorum nullam + fidem faciunt stante quod ipsi sunt ciues Putheolani, & habitantes in eadem Ciuitate, & in præsenti iuditio agitur de territorio, ex quo si Vniuersitas Puteolana obtineret ipsi perciperent comodum, & utilitatem, quia in eo haberent pasculationes cum eorum animalibus, & ius lignandi, & alia faciendi gratias, quo casu cum tractetur de comodo, & utilitate singulorum Cuiumdictæ vniuersitatis Puteolorum, & signanter dictorum Presbyterorum. ipsi non sunt testes idonei in tali causa, ita Bart. in l. tantum ff. vniuersitatis ff. de rerum diuis. Idem in specie tenet Bald. in cap. cum nunciis ex. de testib. ubi dixit, quod ubi agitur de vinea, vel nemore, ubi illi de Vniuersitate possent habere pascua, vel aliquam comoditatrem testes de Vniuersitate non admittuntur ad testificandum, nec probant, & ibi

& ibi hoc tenet Io: Andr. Ant. de Butr.  
Imol. sequitur Felyn. in cap. insuper  
col. 3. ver. sic. fallit 4. eod. tit. de testi-  
bus, & idem tenuit Bal. in l. Parentes  
in fin. C. de testib. & Bald. in d. c. insu-  
per hoc notanter tenuit, & est decisio  
S. Consilij collecta per Afsl. 400. quæ  
incipit nobilis Petus Ioannes Spinell-  
lus. Demptis igitur dictis septem te-  
stibus à probationibus Puteolanorū  
remanent minores testes deponentes  
pro Puteolanis, q̄ testes Auersanorū,  
& illi testes qui remanēt ipsis Puteola-  
nis aliqui sunt ipsorum famuli, & alij  
Hispani, & aduenæ qui per annum fue-  
runt officiales, & verisimiliter noti-  
tiā de finibus territoriorū habere  
nō potuerunt † quo casu testes Auer-  
sanorum maiores numero legaliores  
ex quo aduene, & nullam habent affe-  
ctionem ac interesse in causa & verisi-  
miliora deponentes tanquā continuo  
stantes, & cōuersantes in dictis locis  
præferuntur testibus Puteolanorū, ita  
notanter tenuit glos. & ibi Salic. & ce-  
teri in l. hoc carmen ff. de testib. plene  
Felyn. in cap. in nostra ex. de testib. &  
multa dicit Alex. in d.l. ob carmem in  
addit. ad Bar. de quo cum sit materia  
diffusa tractata per Doct. in multis lo-  
cis aliter non me extendo.

Insuper puto considerandum, quod  
ex testibus Puteolanorum, multi cum  
reuerentia falsum notorie dixerūt in  
eo quod dicunt, quod vniuersitas Pu-  
teolanorum loca de quibus agitur te-  
nuit, & possidet ea cultuando, & culti-  
uari faciendo, ac seminando, et fructus  
dictorū territoriorū capiendo, tāquā  
dñā, et patrona, quod euidenter est  
falsū cum reuerentia; quia dicta terri-  
toria quo ad domum particulare sunt  
diuersarū ecclesiarum, et dñorum, ita  
quod vniuersitas Puteolana nihil ha-  
bet in dictis locis, quo casu testis qui  
dicit falsum in uno, redditur falsus in  
omnibus, ita punctualiter tenuit glos.  
quā ibi omnes Doct. sequuntur in c. in  
nostra in gl. 1. in princ. ex. de testib. et  
maxime Franc. de Aret. qui diffuse ibi

de hoc loquitur, et notat exp̄sse Bal.  
in l. si ex faltis in final. col. versi. sed qd  
in testibus C. de transact. qui dicit, q̄  
si testis dicit falsum in eo quod perti-  
net ad cām, et est substantiale in causa  
reditur falsus in omnibus sicut est in  
casu nostro vbi agitur de possessione  
territoriū in actis cōtentorū, idem  
exp̄sse tenuit Franc. de Aret. in cons.  
71. tenet exp̄sse Innoc. et ceteri, maxi-  
me Fely. qui plene ponit in c. fraterni-  
tatis, de hereticis et tenuit Alex. cōs.  
45. quod incipit visis attestationibus  
2. col. versi. modo si dictū testis 2. vol.  
& idem tenuit Oldrad. cons. 35. incip.  
ad prædictam quæstionem testis &c.  
cum multis similibus.

Et ad prædicta non incongrue ad-  
duci possunt quod vnu ex testibus Pu-  
teolanorum nomine Biaso Schera Hi-  
spanus, qui est primus testis Puteola-  
norū super rubr. articulorū partis  
aduersar, deponit q̄ maxaria mona-  
sterij S. Seuerini, est sita in Galdo, quo  
casu cū sit testis productus à parte ad-  
uersa plene probat contra eum, ita te-  
nuit Ludou. cōs. 104. quod incipit Pa-  
ter Reuer. in fine, sequitur las. in rubr.  
de iur. iur. vlt. col. in 6. limitatione.

Et q̄a dicta vniuersitas Puteolana  
in articulis ipsius v3. in articulis pro-  
ductis in p̄nti causa in articulo 19. &  
in articulis p̄ductis in causa agitata in  
Regia Cam. inter ipsam vniuersitatē,  
& magnificū Alphonsū Coppulā ex-  
presso cōfitetur q̄ territoriū Galdi est  
diuisum, & separatū a territorio Pu-  
teolano, quæ confessio in articulis †  
facta quamvis asseratur facta per Sin-  
dicum, vel Procuratorem vniuersi-  
tatis Puteolorum, ex quo fuit facta  
in iuditio, & per modum contentiose  
iurisdictionis, non autem volunta-  
rie, bene præjudicat ipsi vniuersita-  
ti, ita punctualiter tenuit Bar. in l. cer-  
tū 5. et an ipsos ff. de cōfessis 2. col. no-  
nat exp̄sse Bal. in l. vnicā col. 17. ver.  
porro si confiteatur aliquid in libello  
C. eod. tit. de confess. & videtur bonus  
tex. quem ibi ad hoc notat Abb. in c. si

## ALLEGATIONVM

diligēti in 3. nota b. ex. de praefcript. refert, & seq̄t̄ur Frāc. Cur. in tract. feud. in 1. par. q. 8. col. 5. in princ. stāte ergo dicta confessione Puteolanarū, q̄ Gal dum non est territorium eorum, & at tētis probationibus, ac scripturis Auer sanorum in processu productis per quas apparet, quod dicta loca tam penitiarum p̄dictarum quam montis Cumarum, & locus de la Gauita ac dicta maxaria dicti monasterij, & locūs grotæ baccarie, & alia loca sunt in territorio Galdi sequitur necessario quod ipsa sint in territorio Auer sano, & consequenter extra territo rium Puteolanum, ita quod talis probatio proprietatis, & defectus iuris agendi in proprietate nō solum iuuat & roboret probationes Auer sanorum in possessione, sed etiam impedit di etam Vniuersitatem Puteolanorum agere possessorio, non solum retinen de, sed etiam recuperande, quod est priuilegium iux. not. per Abb. in c. in 1. tteris pen. & fin. col. ex. de restit. spolia. & per Abb. in c. sollicite 3. col. cod. tit. & per Abb. in c. ex parte 5. col. versi. oppono, & videtur eodē tit.

Et quia in præsen tiarum agitur de possessione dicti territorij, puto esse considerandum, quod qnamuis vni uersitas Putecolorum fuerit conata probare possessionem intercipiendi animalia in eodem territorio. Atta men Vniuersitas Auer sana nou solum probauit dictam possessionem intercipiendi animalia in ipso territorio; sed etiam plures actus possessiuos, videlicet exactiones gabellarum à venditoribus merciū, & vini in tabernis traditiones mensurarum tabernarijs factas ac possessionem iurisdictionis Magnifici Capitanei Auer sani, & multos alios actus possessionis, taliter quod 14 dicta multiplicatio actuum + possessio nis cum continuatione tanti temporis plus operatur quam vnu actus posses sionis, ita notanter tenuit Bald. in l. si mulier la vltima primo notab. C. ad uellei qui dixit, quod geminatio actuū

cum notabili perseuerantia magis no cēt quam vnu, de qua geminatione actuum, & eius effectu loquitur plene Ludou. Rom. in l. si vero l. de viro in 31. fall. in repetit. ff. solut. matri ad q̄ optime deseruit tex. & ibi not. per Doct. in l. balista ff. ad Trebell. cum alijs vulgar. quæ ad hoc allegari pos sent.

Ex quibus cum satis plene appareat fundata intentio Auer sanorum tam in proprietate iurisdictionis dicti territorij, quam in ipsius possessione per diuersos, & multiplicatos actus, pro ut supra cum perseuerantia tanti tem poris, puto recte concludendum ipsā Vniuersitatē Auer se, debere in ipsius possessione conseruari, & manuteneri per supradicta, & ita censeo de iure saluo saniori iudicio excellentium Dq minorum Commis siorum.

## ADDITIONES.

**A**D numerum primum, quod priuilegia antiqua facientia mentionem enuntiatiue de territorio, seu iurisdictione loci, bene probant. Ultra allegata per meum Auum hic, vide Affl. decil. 245. num. 4. cum sequentibus, & Aimonem Crauetam cons. 29. pro clariori declaratione in princ.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *Si habens potestatem utendi Pontificalibus in aliena Dio cesi possit ibi ordines conferre, & alia iurisdictionalia exerce re, per totam.*
- 2 *Ad effentiam gratiae, an requi ratur scriptura?*
- 3 *Episcopalia Iura prescribi nō possunt.*
- 4 *Tantum intelligitur prescrip tum, quantum esset possatum.*

ALLE.

## ALLEGATIO 63.

**A**N in aliena diocesi possint ordines conferri, & spiritua lia exerceri, & quando.



VONIAM asseritur, quod Abbas Iacobus Pacificus, qui prætentit ordinasse talem solitus fuerat quando celebrat in sua ecclesia Abbatiali celebrare cū mitria, & Sandalis, & propterea prætendit ipsum habuisse potestatem ordinandi sicut episcopus, & ideo ipsum talem fuisse legitime ordinatum, & si bi primam tonsuram canonicæ illatā; Dicitur quod hoc nullo iure fundari potest meo iudicio, mitria. n. & Sandalia sunt insignia episcopalia, & episcopalis dignitatis, quamuis ergo dicatur, quod dictus Abbas in sua Abbatialia ecclesia possit vti dictis insignis episcopalibus ex priuilegio Apostolico in Diocesi Caputaquensi, non tam sequitur, quod ipse qui esset priuilegiatus in vsu mitriæ, & pontificalium insignium in aliena Diocesi possit propterea in ea uti alijs prærogatiuis iurisdictionibus episcopo competentibus, sicut est ordinare, degradare, & alia iurisdictionalia exercere, ita punctualiter tenuit glo. notab. in clem. fin. in verbo etiam celebrare, de priuileg. quæ dicit quod Episcopus qui ex priuilegio potest celebrando in aliena Diocesi, vti Pontificalibus insignis sicut est mitra, & alijs insignijs, non propterea poterit vti iurisdictione, vel officio Ponfitali, sicut est ordinare, degradare, vel crismare, & alia facere allegat. 9. q. 2. per totum, & si nimirum Archiepiscopus qui ex priuilegio potest vti pallio, in aliena diocesi, non propterea virtute dicti priuilegij poterit vti pontificalibus, quod etiā tenuit ibi Petr. de Anchar. & dixit Cardin. in ead. clem. fin. §.

fin. in 3. notab. quod priuilegiatus in uno, non potest manus extendere ad aliud, ex quo priuilegium quod potest alij obesse debet stricte interpretari, allegat c. sane, & cap. in literis eod. tit. de priuileg. & dicit etiam ibi Cardin. quod Episcopus qui ex priuilegio celebrat in Pontificali in aliena Diocesi, non potest ibi concedere indulgentias, quia hoc est iurisdictionis secundum eum. idem tenuit Abb. in c. fin. extra de author. & vsu palij, qui dixit quod Archiepiscopus qui ex priuilegio potest in Pontificalibus celebrare in aliena Diocesi, vel Ecclesia, non potest virtute dicti priuilegij ibi subdiaconos ordinare, quia hoc est iurisdictionis, qua iurisdictione vti non potest in aliena diocesi sine priuilegio, vel licentia Episcopi loci, & idem tenuit Abb. in cap. cum sit eod. tit. de author. & vsu palij.

Et est formalis decisio Abb. in cap. accendentibus 2. col. in princ. qui dicit quod Prælati inferiores non possunt habere ea quæ competit Epi scopali dignitati, nisi ex priuilegio Papæ, & ideo dicit quod Prælati inferioribus solet per Papam cōcedi vsus mitriæ, & aliorum Pontificalium, vt habetur in c. vt Apostolicae de priuileg. in 6. attamen ille qui ex priuilegio potest vti mitra, & alijs insignijs episcopalibus, non propterea poterit exercere iura episcopalia, quia mitra & alia insignia, est quædam nuda demonstratio, quæ habet significatum suum.

Insuper puto aduertendum, quod quatenus dicatur quod dictus Abbas habet priuilegium celebrandi in Pontificali, hoc non potest probari per testes, sed necessaria est scriptura, ita punctualiter tenuit Bal. in l. humanum in fine C. de legib. ¶ qui dixit quod quamvis adesse gratiæ Papalis non requiratur scriptura attamen ad probandum talem gratiam non sufficiunt testes, sed requiritur scriptura, idem, & plenius tenuit Felin. in rubrica extra

tra de constit. in 4. col. vers. & possunt ista merito induci. idem expressius tenuit Bal. in cap. 1. in 2. col. in princ. per quos fiat inuestitura, qui dixit q̄ omnis gratia Papae videtur fieri hoc acto, quod inde conficiatur scriptura, vnde nisi educatur in modum non dicitur esse perfecta dicens quod ad supplementum literarum testes non admittuntur, & idem tenuit Abb. in c. auditis 1. col. ex. de in integrum restituzione, & quia de priuilegio talia faciendi non appetet, ideo ordinatio facta ab eo quæ alias sine priuilegio fieri non potest ab ipso Abbatore non habente conuentum nihil valet.

Et quatenus ipse Abbas initeretur præscriptioni faciendi prædicta, quod non dicitur, nec allegari potest, quia 3 talia + præscribi non possunt nisi præscriptione immemorabili p̄ iura vulgaria, attamen quia hic ageretur etiā de præscribendis iurisdictionibus episcopo competentibus ex possessione detinendi mitram, & insignia Pontificalia tempore celebrationis, non potest inferri ad aliud, sed tantum est 4 set præscriptum + quantum esset possessum, ita quod ultra possessa non possit se extendere, ita Bart. in l. fin. S. si quis hoc interdicto ff. de itinere actuq; priuato, qui dixit, quod ubi agitur de præscriptione iurisdictionis probata quasi possessione certi actus in illo tantum actu præscribitur non in alijs, idem tenuit Soccin. conf. 35. incip. in controversia quæ vertitur fin. col. versic. postremo non potest 2. volum. & per Innoc. in c. dilectus 2. col. ex. de Cappell. monac. ex quibus recte concludi potest, quod prætensa probatio facta per dictū talem quod d. Abbas in celebrando usus fuerit mitra, & alijs Pontificalibus insignijs non concludit quod ipse Abbas potuerit exercere iurisdictionalia, sicut est ordinare, & primam tonsuram conferre, per supradicta, & sic ipse talis ordinatus à non habente potestatem, remansit purus

Laicus per deducta in alijs allegationibus.

### A D D I T I O N E S.

**A**D numerum primum, & per totam, quod inferioribus Abbatibus, vel Prælatis soleat per Papam concedi usus mitre & aliorum Pontificalium, non eamen ex hoc poterunt exercere iura Episcopalia, ut ordinare clericos, & huiusmodi, ultra allegata per meum Avum hic: vide Abb. in c. ut Apostolicæ de excessibus Prælatorum in 6. & vide Franciscum de Aretio in conf. 150. versus finem num. 3.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Ius patronatus in Cappella qualiter acquiratur.*
- 2 *Fauor & pia causa reijcitur pena opposita per testatorem, et legatum tenet.*
- 3 *Legatum cedit principali Reclatori ecclesiae, etiam si testator non dicat, aut aliter dicat.*
- 4 *Quando agitur ex declarante, et quando ex declarato.*
- 5 *Quid de confirmatione.*

### ALLEGATIO 64.

**D**E iure patronatus in Capella qualiter acquiratur.



**R**AESVPPONIT VR in facto quod existente Archipresbiterali seu Parrocchiali ecclesia in Terra Ayrolæ intus quam erat cappella ab antiquo ibi constructa sub inuocatione Sancti Georgij, quæcum aliter non appetet, quod antiquitus fuerit patronata illa præsumitur fuisse dictæ ecclesiæ plebanæ & ad

& ad eam spectasse, & sic Prælatus maioris ecclesiaz erat etiam Rector Cappellæ in ea constructæ gl. notab. in c. eam re de etat. & qualit. quam sequitur Abb. in c. cum ecclesia vers. ad de tamen de elect. & plene Fely. in c. ex parte. §. el 2. de rescript. in princ. quia ergo præsupponitur quod quidam testator nomine Ioannes de Castello fit eius testamento legauerit dictæ Cappellæ duas petias terrarum dicendo, lego dictæ Cappellæ meæ, seu que est de iure patronatus ipsi dictas terras, cum certis alijs dispositionibus ut ex dicto testamento apparet, dico quod ex tali legato non fuit ipsi testatori, vel eius hæredibus acquisitum ius patronatus, stante & quod in acquisitione ipsius non interuenit assensus Archipresbiteri beneficiati dictæ Cappellæ, & authoritas Episcopi loci ordinarij, ita notanter tenuit Calder. de iure patron. cons. vlt. qui dixit, quod ad hoc ut dotentur beneficia, & dotas efficiatur patronus, requiritur approbatio Episcopi, sine qua nihil valent statuentium conuentiones, al legat glos. in c. cum dilectus in verbo constitutum de consuet. sequitur Fely. in d. c. ex parte §. 1. col. referens rotam de iur. patr. x. ad fine & de prebend. 17. in antiquioribus quod non dicitur beneficium ante approbationem Episcopi & multa alia dicit quæ aliter non referto, & in specie notat Dñus Abb. in c. nobis & ibi per Doct. de iure patro.

3 Stante ergo quod ex tali legato non fuit quæsum ius patronatus testatori aut suis hæredibus per supradictum dico quod dictum legatum dictum factum terrarum factum dictæ Cappellæ existentis intus ecclesiam plebanam fuit acquisitum dictæ ecclesiaz plebanæ, & consequenter dicto Archipresbytero tanquam Cappellano dictæ Ecclesiaz Parrocchialis, ita punctualiter & tenuit Dominus Abb. in c. cum olim il 2. in nono notab. ex de priuilegiis dñi dixit, quod ecclesiaz edificata in

Parrocchia aliena sine licentia episcopi non veniunt destruende, sed cedunt iuri episcopi una cum dotibus suis, ita quod edificans sine episcopi consensu, non querit ius patronatus, & ibi in specie lo: Andr. in fine qui allegat c. fin. de success. ab intest. & c. cum vos de offic. ordin.

Fortius dixit Fely. in c. cum venerabilis in col. 2. ampliatione de except. quod si testator in sua dispositio ne apposuit poenam dicendo, quod si dicta ecclesia seu Cappella non gubernaretur, prout ipse ordinavit, si irrita eius dispositio, nam in tali casu reicitur talis poena, & remanet legatum purum, allegat rotam de testam. viii. incip. factum tale est. Testator in antiquis, & in specie hoc tenuit Fely, in d. c. ex parte §. el 2. col. 2. de rescript. qui referendo Petrum de Perusio in q. episcopalij dicit quod fructus reliqui altari, sunt principalis Rectoris ecclesiaz, & si testator non dicat, & vide de hac Dec. cons. 12 i. prima col. prima vol. vbi multa de hoc.

Præsupposito ergo per supradicta quod dictum Legatum fuerit acquisitum ecclesiaz Archipresbyterali, vbi dicta Cappella sita est, licet postea eadem. Cappella appareat authoritate episcopi consentiente Archipresbitero effeta de iure patronatus hæredum testatoris, attamen dictus Archipresbiter & quando consensit dictæ erectioni dictæ Cappellæ expresse reservauit sibi, & dictæ suæ Archipresbyterali ecclesiaz vnam ex dictis Terris à principio dictæ suæ ecclesiaz acquisitis alias largiendo dictæ cappellæ, quod bene si. bilicuit cū ipse fuerit dominus dictarum terrarum, ante erectionem dictæ cappellæ in beneficium per supra allegata, & ideo rei suæ licuit legem apponere quam voluit l. in re m. data C. mand. l. etiam l. licet ff. solut. matr. l. sed & si quid possessor l. sicut autem de petit. hæred. cū vulgaribus. Quia ergo per legatum factum à dicto quod dñi Ioanne de Castello, dicta Cappella non

## ADDITIONES.

non fuit effecta de iure patronatus hæredum d. testatoris stante quod dictus testator non habuit potestatem constitutendi ius patronatus sine Archipresbyteri, & ordinarij assensu. sub secuto ergo assensu dicti Archipresbyteri, & ordinarij, dictum ius patronatus assumit vires ex dicto ultimo a se su confirmante dispositionem testatoris inualidam, non autem ex ipsa dispositione testatoris non habentis potestatem in prædictis ita punctualiter dixit Bal. in l. petens in 4. col. C. de pact. qui dixit quod ubi, declaratio subsequens, vel confirmatio dispositionis sit ab eo qui potest disponere, agitur ex declarante, & non ex declarato, allegat l. Aurelius S. fin. de libe. leg. & sequitur ibi Alex. 2. col. qui dixit, quod ubi declaratum non est habile ad producendam actionem, sed declarans tantum est habilis actionem producendam, tunc actio oritur ex declarante, & ex declarato, allegat hoc firmare Bart. in l. singularia 3. & 4. col. ff. si cert. pet. sfcq; cum dispositio testatoris fuerit sufficiens ad acquisitionem iuris patronatus subsequetus consensus Archipresbyteri, & ordinarij fuit cā efficax iuris patron. prædicti per supra allegata, consensus ergo præstitus in d. constitutione iuris patronatus per supradictum Archipresbiterum limitate videlicet cū dicta reservatione dictæ terræ limitatum producit effectum l. in agris ff. de cauir. rerum dom. notat Bal. in l. fin. C. ad maced. qui dixit quod statutum validans contractum cum filio fam. mercatore inhibitum, non intelligitur de contractu facto ex. mercantiā, quia limitata causa statuti, limitatum producit effectum, & multa ad hoc adducuntur per Felyn. in c. Petrus in 3. col. ex. de homic. Ex quibus de iure videtur concludendum quod dictus Archipresbiter debet absolvi ab imcompetitione agentis, cetera suppleat authoritas magnifici Domini Iudicantis iux. tit. vt quæ desunt aduocatis.

**A**D numerum primum cum seq. ad confirmationem eorum quæ dixit meus Aulus hic; Addo ad acquisitionem iuris patronatus in Cappella, vel ecclesia, ne dum requiritur constructio, vel dotatio; sed consensus Episcopi, quia Ius patronatus est quædam servitus ipsius ecclesie, late prosequitur Abb. in c. 3. nu. 8. cum seqq. exx. de iur. patron. & vide Ioannem de Anania conf. 24.

Abb. Io: Hier. de Masso.

## SVM MARIVM.

- 1 *An episcopus possit compellere beneficium ad ostendendum titulum sui beneficij.*
- 2 *Episcopus nomine tantum, nō re quid operetur,*
- 3 *Beneficia duo incompatibilia quando dicantur,*

## ALLEGATIO 65.

**A**N & quando Episcopus possit compellere beneficium ad ostendendum titulum sui beneficij.

 **V**AM VIS ecclesiastica beneficia regulariter sine canonica institutione possideri non possint vt in regula prima in 6. possiq; episcopus beneficium compellere ad ostendendum titulum sui beneficij, prout tenuit & glos. in d. reg. prima in verbo obtineri in versic. & nota quod hæc Regula est in argumentum &c. & per Doct. maxime Abb. in c. licet heli, ex. de Simon. col. pen. & fin. versi. ex. glos. quero, & recent Philip. Franc. Gemin. Io: Andr. & alij in c. ordinarij de offic. ordin. in 6.

&

& multi alij quorum allegationes prætermitto. Attamen Reuerendus episcopus Suessanus reēte consideret, q̄ Reuerendus Episcopus Caſtrensis posſedit beneficia, quæ tenet in Dioceſi Suessana per annos 25. & plus, prout mihi retulit, per quod tempus per prædeceſſores episcopos Suessianos, & per ipsum modernum episcopum fuit toleratus in dict. poſſeſſione benefi- ciorum quo caſu ſtante poſſeſſione dictorum benefi- ciorum per tam longum tempus non poſteſt ordinarius cum cogere ad oſtendendum titulum dictorum benefi- ciorum. Ita punctua- liter tenuit Abbas in cap. in litteris col. 5. verſ. item dic extra de refit. spo- lia. Idem expreſſe tenuit idem Abbas in d. cap. licet helic. pen. & fin. Idem expreſſe tenuit idem Abb. in c. d. i. e. to col. 2. verſ. & not. tex. in eo quod al- legabatur ex. de præben. qui tenuit q̄ Prælatus, qui diu tolerauit ſubditum in beneficio nō poſteſt cum cogere ad oſtendēdum titulum benefi- cij, & hoc etiā tenuit Fely. in c. illud col. 3. verſ. ſed per iſtum tex. infertur ex. de præ- ſcript. qui dixit, quod is qui longo tem- pore poſſedit eccleſiam, non cogitur aliter oſtendere titulum, ex quo ſupe- riores ſep̄e viſitant eccleſias, & propter- rea præſumitur quod viderint titu- lum, & non eſt veriſimile, quod iſum tanto tempore toleraſſent ſine canoni- co titulo, & ibi allegat multos Docto- res, hoc idem tenentes, idem dicit Corſe. in ſing. ſuo verbo titulus, & propter- rea notanter dixit Bald. in leg. qui in aliena verſic. ſed ſi non adierit ff. de acquir. hære. quod clericus qui diu poſſedit benefi- cium præſumitur ab episcopo legitime inueſtitus, quod etiam tenuit Dec. consil. 135. & primo vol. & dixit notanter Ludo. Gomes. in regul. de triennali poſſeffore quæ- ſtione 26. numer. 3. quod is qui abſq; titulo poſſedit benefi- cium eccleſiaſti- cum per decennium, quod ex dicta poſſeſſione tanti temporis cauſatur præſumptus titulus, & ad hoc opti-

me deſeruit illud, quod dicit Abb. in c. cum noſtris 5. not. verſ. & ex hoc colligo de con- ſeſſ. præb. qui dixit per illum tex. quod in benefi- cialibus po- teſt haberi vera poſſeſſio ſine iusto tit. & ita intelligit dictam regulam pri- mā, & quia in prædictis nulla eſt di- ſi- cultas, ideo in prædictis aliter non inſiſto.

Et quoniam afferit per dictum Reuerendum Episcopum Suessianum quod dictus Reuerendus Episcopus Caſtrensis obtinet in ſua dioceſi Sueſ- ſana quandam Parrocchialem ecclē- ſiam curam animarum habentem, q̄ dicto Reuerendo Episcopo Caſtrenſi præſupponitur non licere absque di- ſpenſatione, cum ipſe habeat episco- patum, cui cura iminet animarum vulgatō c. de multa de præben. & propter- rea ab eo exigat exhibitionem di- ſpenſationis per cap. ordinarij, & ibi per Doct. de offic. ordin. in 6.

2 Dicitur, quod quamuis præfatus & Reuerendus Episcopus Caſtrensis ha- beat nomen Episcopi, nullam tamen habet administrationem, nec curam animarum dicti, Episcopatus, ex quo per Papam fuit ſibi deputatus admi- nistrator, & rector, qui iura episcopalia exerceat, & curam habeat anima- rum, vt eft notorium, poſteſt. n. Papa in Episcopatu administratorem depu- tare, vt ille iura Episcopalia exerceat. Ita eft tex. in cap. is cui, & ibi glos. in verbo confirmatus verſic. nota enim ibi de elect. in 6. & ibi Philip. Franch. & alij, & propter- rea quamuis dictus Reuerendus Episcopus ſit intitulatus Episcopus Caſtrensis, quia tamen ibi non habet administrationem, vel ali- quam curam aut introitus, dicitur tantum honorarius Episcopus, & non vere Episcopus, ſicut quando quis intitulatur in duobus collegijs Eccleſiaſticis, ita tenuit Hostien. in cap. ſuper inordinata ex. de præben. qui dixit, quod vbi quis intitulatur in duo bus Collegijs Eccleſiaſticis dicitur Ca- nonicus honorarius tantum ad inſtar

Kk

tutoris

## ALLEGATIONVM

tutaris honorarij, sequitur Abb. in c. estirpande & qui vero col. 9. num. 17. vers. Idem Hostien. in c. super inordinata &c. ex de præben. dicens quod Rex Francie est Canonicus Honora- rius ecclesie Sancti Hilarij Pictaviensis modo prædicto dicens, quod hoc tenet Guiglielm. de Montelaud. in Clem. gratia de rescript. & multos alios allegat, ut ibi Ratio aurem pro- hibitionis obtainendi plura incompa- tibilia est, quia eodem tempore quis non potest residere, & curam anima- rum tenere in duabus ecclesijs, ut per 3. Doct. ¶ in c. de multa præallegato, & tenuit Abb. & alij in c. quia in tantum ex de præb. sed quia dictus Reuerendus Episcopus Castrensis curam non habet dicti Episcopatus ut supra, ideo cessat ratio prohibitionis assecutionis alterius beneficij curati, qua cessante cessare debet dispositio c. cum cessante, & ibi per Doct. ex de appell. c. post translationem vers. ceterum extra de renunciat. leg. in omni vbi Bart. ff. de adopt. cum alijs vulgar. & maxime, quia si parochialis quam obtinet di- Etus Reuerendus Episcopus Castren- sis aliquo modo posset dici incompa- tibilis, & tanquam incompatibilis pos- set dici, quod deberet vacare illa non vacaret, nisi post ademptam posses- sionem Episcopatus, prout expresse di- cit tex. in dict. cap. multa, & ibi glo- in verbo post receptionem, quam pos- sessionem Episcopatus dictus Reue- rendus Episcopus numquam habuit, nec habet, propterea dicta parroc- chialis quam obtinet in dioceesi Suef- fana, non dicitur incompatibilis cum dictus Reuerendus episcopus Castren- sis aliam ecclesiam curatam non ob- tineat cum effectu, sed tantum no- mine.

Et dato non tamen concessio, quod administratio Episcopatus Castrensis cum animarum cura resideret in per- sona dicti Reuendi Episcopi Castren- sis, prout non resideret, adhuc di- eta parochialis non posset dici in-

compatibilis, ex quo in eadem Par- rochiali de antiqua consuetudine duo Presbyteri animarum curam exerce- re consuerunt, ut mihi retulit di- Etus Reuerendus Episcopus Castren- sis, quo casu nullus ipsorum dicitur curam animarum habere, & propte- re cessat dispositio dicti cap. de mul- ta de præb. ita punctualiter tenuit Ol- dr. conf. 67. incip. questio talis est iu- tit. de præb. ita quod cessante dispo- sitione d. c. de multa eandem parroc- chiam d. Reuerendus Episcopus ab- sque aliqua dispensatione obtainere po- ruit, & potest.

Et dato non tamen concessio, quod ad eam obtainendam requireretur di- spensatio, prout non requiritur per prædicta, at tamen ordinarius non pos- set eam cogere ad demonstrandum di- Etiam dispensationem, sicutne quod di- Etus Castrensis Episcopus longo tem- pore eam possedit, & ordinarius cum tolleravit, ita punctualiter tenuit Phi- lip. Franc. in d. c. ordinarij in prin- cipo col. fin. in 3. limit. qui allegat Inno- .c. in c. ex iustificatione ex de pro- curat. & Host. in c. licet eli de simona. Hac omnia currenti calamo scribere volui, ut satisfacerem præcibus dicti Reuerendi Episcopi Castrensis, ex qui- bus puto, quod ipse Reuerendus Ca- strensis non debet aliter molestari, salvo tamen seniori iuditio rectius sentientis.

## ADDITIONES.

**A**D numerum primum, tractatur per meū auum hic. An episcopus possit compet- tere beneficatum ad ostendum titu- lum sui beneficij? In quo dubio ultra tradi- ta per ipsum. Addo Innocentium in c. illud de presumpcionibus, vbi tenet, quod etiam si factum sit antiquum ex hoc non- probatur titulus beneficij. Sed Hostiensis Ioannes Andreas, & Butrius, videntur dicere quod satis probat de iure suo si factum est antiquum. Sed pro concor- dia, aduerte quod Innocentius loqui- tur quando agitur petitorio, & actor dicat beneficium suum, nam tenetur probare,

ex

ex quo agit l. actor C. de probat. Secus si conueniatur ad ostendendum titulum sui beneficij, nam tunc procedunt allegata per meum Auum hic. Tu vide longam distinctionem Alexandri de Neuo in addit. ad Abb. in c. licet heli, ex. de simonia, vbi omnes concordantias habebis.


*Abb. Io. Hier. de Mauro.*

## SVMMARIVM.

- 1 Ecclesiæ unitæ uni ecclesiæ assumunt naturam, & priuilegia, ac prærogatiwas ecclesiæ cui unitæ fuerunt.
  - 2 Si ecclesia principalis est destruēta, & alia in eius locum sufficta illa dicitur caput aliarū, & idem erit patronus secundæ qui fuerat primæ.
  - 3 Institutio facta sine patroni consensu est nulla.
  - 4 Papa potest derogare iuribus Patroni.
  - 5 Quid si ius patronatus erat Regis?
  - 6 Quid si beneficium vacauit in Curia?
  - 7 Regula de triennali possessore conservando in beneficialibus, qualiter intelligatur.
- Vide in allegatione 53. fol. 224. in ead. causa licet diuersimode sit scriptum.

## ALLEGATIO 66.

D E vnione Ecclesiæ, & de iure patronatus prout in Summarijs.



VONIAM per scripturas in processu præsætas clare appetit q̄ in cliti Reges huius Regni ex fundatione, & dotatione ecclesiæ seu prioratus S. Mariæ de Latina in Hierusalem constructa in Insula Siciliæ acquisiuerunt ius patronatus dictæ ecclesiæ S. Mariæ de Latina, ipsi; ecclesiæ S. Mariæ donauerunt, & vniuerunt multas alias ecclesiæs in diuersis locis cōstructas, & signanter ecclesiæ S. Philippi de Argirion in dicta Insula Siciliæ constructam, & ecclesiæ S. Petri de Nimphe alias de tacina in Prouincia Calabriæ sistentē, quæ vno nes postmodū cōfirmatae fuerunt per diuersos Pontifices, vt appareat ex priuilegio Henrici 6. Imperatoris, ac per bullā diuersorum Pontificū, & signanter Adriani, Alexandri, & Benedicti sequitur ex predictis q̄ dictæ ecclesiæ S. Philippi, & S. Petri, & aliæ ecclesiæs vnitæ p̄fatæ ecclesiæ S. Mariæ de Latina sistentis de iure patronatus Regio tanquā capiti fuerūt similiter effecte de iure patronatus Regio; prout erat dicta ecclesie S. Mariæ de Latina ex qua parte ecclesiæ vnitæ predictæ ecclesie S. Mariæ de Latina assūperunt naturā, & priuilegia, ac prærogatiwas ecclesiæ cui vnitæ fuerunt, ita punctualiter p̄bat tex. in c. recolentes §. fin. ex. de statu monac. vbi ecclesia vnitæ manastério Cisterciensi efficitur de ordine Cisterciensi, quāvis ipsa t̄ p̄e vñionis fuisse alterius ordinis, idem in sp̄e tenuit gl. in c. & tēporis qualitas in verbo vñire 16. q. 1. quæ dicit q̄ qñ vna ecclesia vnitur alteri assumit naturā, consuetudinem, & priuilegia illius ecclesiæ cui vnitur, & idē exp̄sse tenuit gl. in c. nouit q̄ est c. 1. ex. ne sede vacante quæ dixit, q̄ qñ vna ecclesia vnitur alteri, illa ecclesia q̄ vnitur assumit naturā, consuetudinem, & priuilegia ecclesiæ, cui vnitur, allegat tex. in d. c. recolentes §. fin. de stat. monac. quā glos. sequitur ibi Ant. de Butr. Hostien. & alij, & ad hoc accedat, notata per Lucā de Pēna

in l. fin. in 4. q. C. de quibus muner. vel  
præstatnem. liceat se excusare lib. x.  
qui dixit, quod quando Rex vniuit  
plura loca vni, tunc priuilegia loci cui  
facta est vnio, acquirūtur locis vnitatis,  
quia locus cui facta est vnio, habetur  
vt mater, & loca vnitatis censemur vt  
filij, & ideo assumunt naturam, & pri-  
uilegia loci cui facta est vnio, allegat  
c. pen. ex. quod metus causa, & d. c. re  
colentes s. fin.

Quamvis ergo postea dicta ecclē-  
sia Sanctæ Mariæ de Latina fuerit de-  
structa penitus, quia tamen in locum  
dictæ ecclēsiae Sanctæ Mariæ de Lat-  
ina successit, & subrogata fuit dicta  
ecclēsia Sancti Philippi de Argirion,  
ita quod sicut dicta ecclēsia Sanctæ  
Mariæ erat caput dictarum ecclēsiae-  
rum sibi vnitarum, ita de præsentie ec-  
clēsia Sancti Philippi, quæ in locum  
eius successit, remanet caput dictarū  
ecclēsiarum, & omnes ecclēsię vnitę  
dictę ecclēsię Sanctæ Mariæ, & eidē  
subiectę remanent subiectę dictę ec-  
clēsię Sancti Philippi, taliter quod si-  
cuit dicta ecclēsia Sanctæ Mariæ cum  
omnibus ecclēsijs fibi subiectis, erant  
de iure patronatus Regini vt supra. Ita  
etiam de præsenti est ecclēsia Sancti  
Philippi cum suis membris, ita pun-  
ctualiter tenuit Innoc. in rub. ex. de  
2 iure patron. qui dixit † quod si ecclē-  
sia vbi prius erat patronatus sit de-  
structa, & alia in alio loco edificata,  
cui dos primæ ecclēsiae fuit assignata,  
cum dicatur in locum primæ ecclēsiae  
successisse, idem donator erit Patro-  
nus etiam posterioris, quem ibi sequi-  
tur Cardin. Florent. in 6. quest. sequi-  
tur Rocchus in tract. iur. patr. in ver-  
bo, & donavit in 19. q. & in verbo ec-  
clēsiam fundauit in 3. quest.

Et hoc accedant ea quæ notanter  
dicit Bal. de pace constant. in verbo  
imperialis clementiae in 30. col. versic.  
pone quædam Ciuitas, qui dixit quod  
sumersa Ciuitate in qua episcopus  
erat creatus. dictus episcopus rema-  
net episcopus in diocesi, & dicit Ar-

chidiac. in c. felicis de penis in 6. quod  
priuata Ciuitate episcopo, remanet  
episcopus in diocesi quem ibi sequi-  
tur lo: Andr. col. 7. vers. sed dubita-  
tur hic, & eo sequitur Felyn. in cap.  
Rodulphus in principio de rescriptis,  
dicens quod de illo dicto Archidiac.  
& lo: Andr. meminit Petrus de Anch.  
in repetit. Regulæ accessorium 68.  
col. de reg. iur. taliter quod ex prædi-  
ctis remanet vera cōclusio, quod quā-  
uis ecclēsia Sanctæ Mariæ de Latina  
fuerit extincta, adhuc remanet ius pa-  
tronatus suæ Cesar. Maiestatis in di-  
ctis ecclēsijs Sancti Philippi, & San-  
cti Petri & alijs ecclēsijs vnitatis vt su-  
pra.

Sequitur ex prædictis, quod colla-  
tio dictæ ecclēsiae Sancti Petri ex iste-  
nis de iure patronatus suę Cesar. Maie-  
statis facta per ordinarium absq; præ-  
sentatione vel consensu suę Cesar.  
Maiestatis tanquam patroni fuit & est  
nulla, vel saltim irritanda, ita probac-  
tex. in c. decernimus 17. q. 7. in ver-  
bo ordinationem suā irritam nouerit,  
ita etiam tenuit Abb. in cap. illud in  
principio, & circa finem ex. de iure  
patr. & expresse tenuit Abb. in c. cum  
Bertoldus col. 4. vers. ex hoc notabili-  
ter colligitur ex. de re iudicata, qui di-  
xit, quod institutio facta † sine pre-  
sentatione patroni, est ipso iure nulla,  
quem ibi sequitur Felyn. col. 3. & ibi  
multa allegat.

Et quamvis ex aduerso dici posset  
quod dicta ecclēsia Sancti Petri fuit  
collata d. aduersario per Papam, & sic  
Papa possit derogare iuribus Patro-  
ni † ex quo in beneficialibus habet  
Amplissimā potestatem, vt in Clem.  
prima, vt lite penden. & ibi per Doct.  
& tenet expresse Felyn. in tract. quan-  
do litteræ Apostolicæ noc. patron. ec-  
clēsiarum circa principium, & sic di-  
ctus aduersarius potuerit se defende-  
re cum diuersis titulis iux. notata per  
Abb. in c. post electionem prima col.  
per illum tex. quem dicit alibi nesci-  
re meliorem ex. de concess. præben.

Attamen

¶ Attamen in collatione Pontificis non solum non fuit facta mentio de Patro natu Regio t[em]p[or]e immo Papa non derogavit, nec derogare voluit iuribus Patroni, quo casu simpliciter conferendo d[icitu]r ecclesiam non videtur derogasse iuribus patroni l[et]c. S. merito, & S. si quis a Principe ff. ne quid in loco publico, & tenet expresse lo: Andr. in c. si motu proprio de præben. in 6. qui dixit quod quamvis Princeps concedat priuilegium motu proprio illud non censetur concessisse in p[re]iudicium tertij, sequitur Abb. in c. primo col. x. ex. de iudic.

6 Imò si dictum beneficium t[em]p[or]e vacaret in Curia quo casu censeretur affere. Etum taliter, quod aliis illud conferre non posset, vt in c. 2. & in c. præsentati de præben. in 6. Attamen si ecclesiæ patronatus vacant in Curia possunt conferri per ordinarium ad præsentationem patroni laici, ita punctualiter tenuit glos. in d. c. 2. in verbo collatio & ibi per Doct. maxime Philip. Fran. & in specie Lapis alleg. 96. incip. benef. vacantia in Curia prima col. qui tenet, quod reservatio beneficiorum vacantium in curia etiā per mortem Cappelanorum comensalium Domini Papæ, non includunt beneficia, ad quæ Laici patroni habent ius præsentandi.

Nec obstat si dicatur, quod dictus Aduersarius possederit dictam ecclesiæ Sancti Petri per annos septem, & plus quo casu videtur obstat regula t[em]p[or]e triennali possessore non molestando, nam dicta regula in aliquo nō obstat. stante, quod dicta ecclesia Sancti Patri, fuit, & est de iure patron. suæ Cæsar. Maiestatis, quo casu collatio dictæ ecclesiæ aduersario facta absq[ue] præsentatione, & voluntate suæ Cæs. Maiestatis patroni ipsius fuit nulla, vt supra fuit demonstratum, stante igitur nullitate tituli præfati aduersarij ipse fuit intrusus in eodem beneficio per ea, quæ notanter dixit Calder. consl. 13. in tit. de verb. signif. qui di-

xit, quod ille dicitur intrusus, qui nō habet titulum Canonicum, & notat Abb. in c. cum venissent in 3. not. de in integrum restit. & notat Ihnac. in c. nihil, & Bald. ibi col. 5. versic. addit. quod nullus de elect. sed dicta regula non habet locum in intruso, vt dicit expressæ verba regulae, & ad hoc accedant notanter dicta per Philid. Dec. consl. 224. incip. in casu proposito occurrenti prima col. qui tenet quod regula de infirmis resignantibus loquens de beneficiis pertinentibus ad collationem non habet locum in beneficiis existentibus ad præsentationem patroni, ista n. sunt diuersa collatio, & institutio, vt notanter declarat Abb. in c. authoritate prima col. ex. de insti. tut. & idem notabiliter tenuit Gom. in regula de annali possessore q. 27. versic. 2. est casus qui tenet, quod illa regula non habet locum in ecclesijs patronatis, & idem Gomes in d. reg. de trienal. possessore q. 9. vbi quoad materiam ipsius regulae remittit ad dicta per eum in d. regula de annali possess. q. 27.

Et quamvis per unionem dictæ ecclesiæ Sancti Petri factam dictæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Latina non videatur in aliquo derogatum ordinario loci, vbi dicta ecclesia Sancti Petri est sita, per tex. in c. quia monasterium ex. de relig. domib. & sic dicta ecclesia Sancti Petri potuisset conferri per dictum ordinarium loci, quando fuisset ad eius merā collationem. Attamen ea effecta de iure patr. Regis vt supra est demonstratum, illa nō portavit per ordinarium conferri, sed debuit ad præsentationem patroni, vel de eius voluntate institui rector, vel prior in ea, & alias collatio facta est nulla, vt supra est demonstratum, propterea collatio dicti ordinarij, & etiam Pontificis debet nulla declarari per supradicta, & ita mihi de iure videtur, salvo seniori iudicio rectius sentiētis.

ADDI.

## ADDITIO N E S.

**A**D num. 1. quod ecclesia vñita alteri ecclesiz assumat naturam, & priuilegia, ac prærogatiwas ecclesiz cui fuit vñita; ultima tradita per meum Auum hic, vide Oldradum confil. 223. incip. factum tale est, & Felinum in c. translato col. 3. vers. limita ista extra de consuetud.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

## SUMMARYM.

1. *Fructus extantes, ac pendentes tempore vacationis ecclesie, spectant ad modernum Abbatem successorem, et in eis nullum ius cōpetit hæredibus prædecessoris, et num. 2. 3. 4.*
5. *Successor in ecclesia an ligetur affitu facto per suum præcessorem.*

## ALLEGATIO 67.

**S**Vcessor in Ecclesia an ligetur affitu facto per suū prædecessorem. Et an fructus extantes, ac pendentes tempore vacationis ecclesie spectant ad Abbatem successorem, vel ad hæredes prædecessoris.



VO D omnes fructus extantes + ac pendentes tempore vacationis ecclesie, seu Abbatie Sancti Ioannis de Terra Angri dioceſi Luceriaz paganorum spectant ad modernum Abbatem, & in eis nullum ius competit hæredibus prædecessoris Abbatis defuncti euidenter ostenditur, prius præsupposito, quod

dicta ecclesia conceditur, & ab antiquo concedi solita fuit in titulum Abbatibus qui pro tempore fuerunt, & sub titulo Abbatie huic moderno Abbatii concessa fuit, quo casu tam iste modernus Abbas, quam cæteri Abbares qui pro tempore fuerunt, habuerunt administrationem ipsius Abbatie, ita sentit glos. in c. ex tuæ extra de cleri. non resid. in verbo, ut ipsos, & sentit Innoc. in c. cum in officijs extra de testa. & expresse Dominicus in cap. pñti de officio ordin. & ibi Philip. Franc. qui dicunt hoc procedere in omni eo qui habet simplex beneficium in titulum cui fuit assignata certa dos, ut ipse dicatur habere beneficium cum administratione sicq; ipse præcessor Abbas mortuus, cum dictam ecclesiam habentem certam dotem habuerit in titulum illius ecclesie iure licito dicitur habuisse administrationem per supradicta, stante ergo quod ipse habens ecclesiam cum administratione decessit fructibus existentibus, ac pendentibus iure licito omnes pertinent ad dictam ecclesiam & illius successorem, ita punctualiter probat tex. & ibi tenuit glos. notab. quæ est vulgar. in d. c. præsentि de offic. ordin. in 6: & ibi per omnes vbi glosa distinguit inter Clericum habentem administrationem, & non habentem, & tenet quod clericus habens administrationem quamdiu viuit, equiparatur usufructuario, qui potest fructus consumere ad sui utilitatem, & moriens de eis non testatur, nec aliter disponere potest, sed remanent pro ecclesia vel successore. Hoc tenuit expresse Bal. in conf. 313. incip. præmittendum est ad euidentiam 2. vol. vbi in spetie de fructibus extantibus remittit se ad distinctionem dictæ glosæ, & hoc etiam tenuit expresse Andr. de Iser. in cap. 1. §. his consequenter hic finitur lex, qui tenet quod omnes fructus pendentes, seu extantes tempore mortis Prælati, sunt eccle-

- ecclesiae seu successoris, & in eis hæredes mortui nullum habent ius, idem quod dixit glof. in d. cap. prælenti tenuit. Alex. in l. diuortio 2. col. ff. solut. matrim. qui dixit, quod communis conclusio est illa quam ponit glof. in d. cap. præsenti, ut distinguitur inter clericum habentem administrationem, & non habentem; & tenuit expresse Archidac. in cap. statutum s. assessorum de rescriptis in 6. & Dominicus in cap. si propter tua debita cod. tit. & lib. taliter quod nulla videatur difficultas, quod clericus habens administrationem, ut in casu nostro non transmittit fructus pendentes, & extantes ad hæredes, sed illi sunt ecclesiae & successoris per prædicta. Et propterea dicebat Ioan. Andr. in cap. cum in officijs col. 2. vers. sed queritur extra de testam. quod mortuo & Prælato si bona post eius mortem remansia occupentur per hæredes. Prælati, vel alium, ecclesia non agit contra occupatores criminis expilatæ hæreditatis, sed agit actione surti, vel vi bonorum raptorum, vel alijs actionibus dñi competentibus, quia ecclesia vendicat dicta bona, non tanquam hæres, sed tanquam Domina.
- Qui a me si fructus & fuissent percepti, & reconditi, & tempore mortis Abbatis reperirentur reconditi, ex quo constat ipsos ab ecclesia peruenisse post mortem Abbatis remanent in dominio ecclesiae, ita probat tex. formalis in cap. l. de pecul. cleric. & ibi per Doct. bonus est textus in cap. 1. 12. quest. 3. & est bonus tex. in cap. si quis sane quod est cap. fin. eod. tit. de pecul. cleric. & ibi per Doct. tex. in c. res ecclesiae in c. expedit, & in c. si priuatum 12. q. 1. & est bonus tex. in cap. episcopi de rebus ead. causa & quest. vbi probatur quod acquisita de bono ecclesiae sunt in prouisione ecclesie,

nota expresse Innocentius in cap. indecorum extra de reitate & qualitate. In tantum quod alias dixit Abb. in c. i. de testam. per illum tex. quod & ecclesia habet intentionem fundam de iure super omnibus bonis possessis per Prelatum, defunctum, ut præsumantur quæsita de bonis ecclesiae nisi probeatur ex aduerso illa fuisse patrimonialia. Ad prædicta possent infinita adduci, sed quia non est in prædictis aliqua dubitatio, ideo contentus his paucis concludendo dico, quod omnes fructus ram pendent, quam reconditi, & extantes tempore mortis prædecessoris Abbatis spectant ad ecclesiam, & successorem in eadem ecclesia, & si aliqui ipsorum fuerint occupati per hæredes Abbatis d. functi, potest contra eos agi actione surti, vel alijs actionibus, vt supra prædicta.

Et quia audio quod quidam presbiter prætextu cuiusdam affictus sibi ut ponitur facti per Abb. prædecessorem ingessit se in exactione fructuum, dico quod quando de affictu prædicto aliquid appareret, ex quo & non apparet, quod fuerit factus pro utilitate, & necessitate ecclesiae, successor in ecclesia non obligatur ex affictu seu locatione prædecessoris, ita punctualiter tenuit Dñs Abb. in cap. fin. extra ne prælat. vices suas, & ibi hoc tenet Innoc. & idem Cardin. in cons. 95. incip. respondeo singulariter qui refert Innoc. in d. cap. fin. & eum sequitur, & in specie notat Bal. in l. iubemus la 2. in princ. in 3. col. vers. tertio est videndum C. de sacro sanct. eccles. & aliquid per Bal. in cap. 1. prima col. vers. nota quod Prælatus qui successor, teneatur qui dixit quod Prælatus successor non tenetur habere ratum factum prædecessoris, nisi de iure sit confutatum, ut ibi per eum; ex quibus re-

¶

*C*re concludi potest, quod nec ha-  
res Prælati defuneti, nec præten-  
sus affictator possunt se in fructibus  
dictæ ecclesiæ intromittere, & suc-  
cessorem impedire, in ipsorum per-  
ceptione per supradicta, & ita de iu-  
re mihi videtur.

## ADDITIONES.

**N**um. 1. quod fructus pendentes, seu extantes tempore mortis Prælati sine ecclesiæ vel successoris non autem hæredis; ultra allegata per meum Auum, hic; vide Ioannem Lupum in rub. de do-  
nat. inter vir. & vxor. §. 66. num. 21. in fine; Baldum in zuth. licentiam col. fin. in fin. C. de Episc. & cler. & in l. iube-  
bus in prin. col. fin. C. de sacr. san. eccl. Aluarotum in cap. 1. §. his consequenter numero 5. verificulo quid in clericis in tit. hic finitur lex. & ibi Affiat. num. 3. & Loffredum cons. 4o. per totum.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

1. *An matre existente in medio in substitut. cōpendiosa inducatur directa pupillaris substitutio, an verò omni tempore sit fideicommissaria.*
2. *In legitima impuberis non potest imponi onus fideicommissi, & sic in dote filie impuberi per patrem legata.*
3. *Relictum dotis compensatur in legitima etiam debetur filie etiam antequam nubat, et rejicitur omnis conditio, & omnis mora.*
4. *Si puella antequam nuberet moriatur relictū dotis trans-*

*mittit ad matrem.*

5. *Dos quæ debetur de iure Regni filie, extantibus masculis est loco legitime, & ideo omnis di-  
lato, omnis conditio, ac omne  
onus fideicommissi rejicitur.*
6. *Substitutio compendiosa fidei-  
commissaria non excludit ma-  
trem.*

## ALLEGATIO 68.

**A**n matre existēte in medio in substitutione compen-  
diosa inducatur directa pupil-  
laris substitutio, an verò omni  
tempore sit fideicommissaria.



Veritur in præsen-  
ti causa † an lega-  
tum à patre in te-  
stamento posthu-  
mæ factum de vi-  
tijs 50. pro mari-  
tagio eius, tali na-  
que conditione adiecta q̄ morien-  
te Postuma quandocumq; in pupil-  
laris etate, vel post quadocumq; ab in-  
testato quod tunc, & eo casu in dote  
predicta succederent Io. Paulus, &  
Io. Andreas hæredes testatoris, &  
filij primi matrimonij inducatur di-  
recta pupillaris substitutio, matre post  
humæ existente in medio: an verò  
omni tempore sit fideicommissaria  
substitutio: Ita quod à tali legato  
per mortem posthumæ in pupillari  
estate mater non intelligatur ex-  
clusa.

Et modernorum inhærendo ve-  
stigijs quorum est breuitate gaude-  
re iuxta glosin l. prima ff. quod met.  
cau. Prima fronte dicendum esse  
censetur dictam substitutionem cō-  
pen-

pendiosam à Pagano per verbum comune factam matre existente in medio infra pupillarem ætatem directo iure valere secundum glosam magnam circa fin. in §. qua ratione institut. de pupill. substitut. vt tenet Cyn. post antiquos in l. præcibus C. de impuber. & alijs substitut. vbi refert se ita consuluisse, & sequitur Ioannes Andreas in capitulo si pater de testament. in 6. & idem tenet Oldrad. in consilio 125. Angel. Ioan. de Imol. Raph. Cuman. Paul. de Castr. Alexand. & scribentes in l. centurio ff. de vulgar. & pupill. Alexan. in consilio 12. in quinta column. versiculo quod substitutio numero quinto in tertio volumine. Vnde cum detur in præsenti casu Posthumæ compendiosam fuisse factam substitutionem per verbum succedat, quod est commune, vt habetur per Bartol. & communiter omnes Doctores in dicta l. centurio in finali columna. Ideo dicendum esse videtur matrem dictæ quondam Posthumæ tanquam expresse exclusam per directam pupillarem substitutionem à successione eiusdem Posthumæ nullum ius in dictis vncijs 50. habere nec consequi posse.

Prædictis namque nullo modo obstantibus contrariam partem secundum magis communem Docto. opinionem veriorem esse demonstratur: Nam apertissimi Iuris esse constat quod quando substitutione facta est per verbum commune adiectum certæ rei vel quantitati quod tunc non importat substitutionem directam sed fideicommissariam ut eleganter voluit Bar. in dicta l. centurio in 12. columna versic. quæzo vterius per te, in l. cogi §. & generaliter ff. ad Trebellian. per quem refert idem tenere Dyn. vbi ex hoc infert ad quæstionem quasi in proprijs terminis, quod si testator

instituit filiam in certa quantitate, & si decederet in pupillari ætate vel post quandocumq; quod dicta quantitas veniat in talem, quod tunc non continet pupillarem: hoc idem tenet Bar. ju repet. l. si arrogator in antepen. columna versiculo item diligenter est considerandum ff. de adoptionibus, vbi dixit, quod substitutio determinata ad certa bona intelligitur fideicommissaria, & idem in omnibus tenet Angel. l. prima §. si ex fundo, & ibi hoc idem tenet Ioan. de Imol. in eius repeti. in 16. columna ff. de hæredi. instit. Paul. de Castr. in l. cohærede §. finali, ff. de vulgari, & pupillari, & in l. precibus C. de impuberum & alijs substitutionibus eandem opinionem tenet Lanfranc. in reperit. dicta l. centurio in 16. columna versiculo duodecima conclusio, & idem consulendo tenet expresse Bal. in consilio 127. in prima columna versiculo in cōtrarium est veritas in tertio volum. & idem sequitur Petr. de Ancharan. in consilio 43. numero tertio, vbi exorditur, quod verbum commune adiectum certæ rei vel quantitati non importat substitutionem directam, & verba illa si decesserit in pupillari ætate non mutant naturam verbi obliqui, in naturam verbi directi, & eandem doctrinam Bar. tenet Ioan. de Imol. & Alexan. in dicta l. centurio in trenta columna versiculo item in quantum Bart. & in dicto §. & generaliter qui legitur & situatur per Alexan. sub §. non omissis l. apud Julianum ff. ad Trebellian. vbi inquit quod istud communiter tenetur, & alibi Soccyn. in consilio 117. in prima columna sub numero tertio in quarto volum. dixit hanc conclusionem sequi magis communiter DD.

Si ergo vbi facta est substitutione impuberi per verbum commune

L1 adiectum

adieatum certe rei vel quantitati omni tempore talis substitutio est fideicommissaria, & in casu dictæ posthumæ filiæ datur substitutio nem factam esse per verbum succedit, quod est verbum commune certæ quantitatis vnciarum 50. ad iectum pro maritaggio dictæ posthumæ, sequitur de necessitate dicendum, quod quemadmodum in 2 legitima impuberis imponi + posse non permittitur onus fideicommissi, vt habetur per glos. in dicta l. quoniam in prioribus, & per Bar. in l. prima s. finali in ultima quæstione ff. de vulgari & pupillari, & per Doctores in l. ex tribus C. de inofficio testamento. Ita in dote filiæ impuberi per patrem legata, onus fideicommissi imponi non potuisse, vt voluit Cyn. in l. vnica, s. videamus in fine C. de rei uxoris actione, & Ioannes Andreas in additione Specula. in tit. de instrumentorū editione, s. vt autem in additione incipiente sed incidit, & Bart. in l. fin. s. filia ff. de legatis secundo, Bart. & Doctores in l. Lucius s. maritus ff. ad Trebelli. Bal. & Salyc. in l. quoniam nouella in ij. q. C. de inoff. testam.

Et quod sicut onus fideicommissi reiicitur à legitima, & omnis conditio iuxta tex. in l. quoniam in prioribus C. de inofficio testamento. Ita pari formiter in reliquo dotis facto per patrem filię tener etiam Alber. de Rosa in dicta l. quoniam in prioribus in finali columna versiculo vnde sicut in legitima. & idem tenet Alexan. de Imot. in consilio 55. in quarta columna versic. sicut de legitima sub numero sexto in secundo volum. fol. 47. & hoc idem refert, & sequitur Decius in consilio 106. in tertia colum. versiculo, & ideo sicut de legitima sub num. 3.

Ad cuius namq; conclusionis cor-

roborationem, Accedat decisio Rychar. Malum. quam refert, & sequitur Cyn. Bal. & Salyc. in l. Sancius C. de nuptijs, vbi concludunt quod si statutum dicat, quod existantibus masculis filiæ foeminæ non succedant, sed debeant à patre vel fratribus dotari, & contigerit patrem masculis hæredibus institutis relinquere filiæ infanti certam pecuniaæ quantitatem si dupserit quod dicta quantitas incontinenti debetur filiæ antequam nubat. quia reliquum + dotis compensatur in legitima; bonus est tex. in l. quoniam nouella in fin. C. de inofficio testamento, & sicut de legitima reiicitur omnis conditio, & omnis mōra dicta l. quoniam in prioribus, ita de hoc legato puellæ facto, quod subrogatur loco legitimæ quia idem iudicandum est de subrogato quod iudicatur de eo in cuius locum subrogatur l. si eum s. qui iniuriarum ff. si quis cautio: vnde tenet Rychar. quod si puella + antequam nubet decederet, q; tāquam simplex legatum ad matrem liberè transmisstat tex. est in l. prima s. si impuberi ff. de colla. bonor. l. vnica s. cum igitur C. de caduc. tollen. refert, & sequitur Bal. in l. generaliter in penultima columna versiculo in quæstione prædicta determinat Dominus Vber. C. de Episcopis, & clericis Alexand. de Imot. in consilio supra allegat. 55. in quarta columna versiculo ex quo infertur sub numero sexto, & Soccyn. in consilio 92. in tertia columna versiculo circa secundam dubitationem in primo volumine. Accedat etiam quod legatum pro dote factum à patre filiæ cum alias legitimam non reliquisset quod tale legatum pro dote factum est purum, & non conditionale, vt inquit Bar. in l. Titio centum s. Titio genero in tertia colum. circa finem versiculo sed si alias legitimam

gitimam non relinquenter ff. de cond.  
& demonstr.

Sed quia de iure Regni parifor-  
s miter + filiæ fœminæ per existentiā  
masculorum ab intestato excludun-  
tur à successione paterna, sicut ex  
tenore prædicti statuti dum tamen  
dotentur secundum paragium iux-  
ta tex. in constitutione aliquibus de  
successione filiorum libro tertio, unde  
inquit ibi Andreas de Iser. in  
octaua columna versiculo sed hoc  
paragium quod dos quæ filiæ de-  
betur virtute dictæ constitutionis  
est loco legitimæ, & eiusdem iuris  
est sicut legitima, refert, & sequi-  
tur Matth. de Afsl. in decima tertia  
columna versic. finaliter concludit  
sub numero vigesimo sexto, & quod  
dos quæ debetur filiæ exclusæ per  
existentiā masculorum, virtute  
statuti, sit loco legitimæ iure na-  
ture filiæ debitæ tenet Bal. in di-  
cta l. quoniam nouella in secundo  
doc. & Bal. in consilio 448. incipien-  
te factum in quo consilium petitur  
in primo volumine Paul. de Castr.  
in consilio 73. in finali colum: ver-  
siculo quia negari non potest sub  
numero nono in prima parte Ale-  
xand. de Imol. in consilio 131. in  
secunda columnā versiculo quæ qui-  
dem dos sub numero quarto in pri-  
mo volum. & idem Alex. in consil-  
lio septimo numero 17. in secundo  
volum. Dec. in consilio 106. nume-  
ro tertio.

Stat igitur ex prædictis firma, &  
solidissima, vera conclusio quod om-  
nis conditio, & dilatio, ac omne  
onus fideicommissi sicut reijcitur à  
legitima filiæ iure naturæ debita.  
Ita reijcitur à legato dotis per pa-  
trem filiæ facto quæ iure Regni lo-  
co legitimæ subrogatur.

Ex quibus supra allegatis non

obstare apparet, quod in obiectum  
primo loco dicebatur quia illud pro-  
cederet quando compendiosa sub-  
stitutio facta esset impuberi per ver-  
bum commune, adiectum Vniver-  
sitati bonorum, vel quotæ portio-  
nis hæreditatis secundum quod cō-  
muniter habetur per Doctores ibi  
relatos, & sic in alijs diuersis ter-  
minis à puncto hæsitationis nostræ,  
in qua substitutio fuit facta per ver-  
bum cōmune adiectum certæ quan-  
titati, iuxta tex. in l.cog. S. & ge-  
neraliter prout diuersas facit quæ-  
stiones de prædictis Bar. in dicta l.  
Centurio: & sic ratione diuersi ca-  
sus de uno ad alium nulla fieri po-  
test illatio. l. si. ff. de calum.

Ideo concludendum esse censeo  
6 prædictā substitutionem + per ver-  
bum commune de certa quantita-  
te factam vt omni tempore fidei-  
commissariam à iure reiectam ad-  
uersus matrem nihil operari posse  
ad excludendam ipsam à successio-  
ne dicti legati ad ipsam matrē trans-  
lati per superius iura allegata, &  
propterea hæredes quondam Iaco-  
bi condemnandos fore ad daodium,  
& consignandum dictum legatum  
vnciarum 50. Posthumæ factum ip-  
si matri, & proximiori dictæ Post-  
humæ iuxta te. in Aūthen. defunct.  
C. ad sen. consul. Tertul. & l. apud  
hostes C. de suis, & legiti. ex in-  
correcta iuris dispositione l. fœmi-  
ne S. fin. C. de secund. nupt.

#### ADDITI O N E S.


**T**V vide ad hanc allegationem Affic.  
decil. 38. cum ibi additis.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

- 1 *Quando ex prestatione annua presumatur titulus concessionis præcessisse.*
- 2 *Instrumentum est aperta probatio.*
- 3 *Ex probatione possessionis quādo inferatur ad dominium.*
- 4 *Ex prestatione annua an probetur titulus concessionis.*
- 5 *Annua prestatio quid operatur? & ad quid cogi possit?*
- 6 *Vbi intentio actoris vel rei est fundata in tempore, debet specificare probari de tempore, alias non posset obtainere.*
- 7 *Libri censuales ecclesiae bene probant.*
- 8 *Indissoluzione contractus requiritur eadem sollemnitas quaefuerat adhibita in eo confiiendo.*
- 9 *Transactio valet quando illius virtute pessidetur.*

## ALLEGATIO 6.

**Q**uando ex prestatione annua presumatur titulus concessionis præcessisse.



N causa Reuerendissimi Domini Cardinalis Neapolitanum cum Vniuersitate Turris Octauæ super solutio[n]e census pro territorio vulgariter nuncupato lo de manio, & alijs, vt ex actis, & processu plene probatur, subtinendo Partes præfati Reuerendissimi Cardinalis, dico non esse dubitandum, quod eadē Vniuersitas Turris Octauæ non debeat condemnari ad soluedum præfato Reuerendissimo Cardinali censem petitum, stante

1 instrumento transactionis, & concessionis factæ per dictum Reuerendissimum Cardinalem dicti territorij præfatae Vniuersitati, per quod instrumentum ipse Dominus Cardinalis habet fundatam intentionem, & ei statut donec ex aduerso probetur contrarium, ita est rex. & ibi  
2 hoc notat Bal. & ceteri + in l. cum praecibus C. de probation. per quem rex ita dicit Andreas de Isernia in capitulo primo in principio de controli. inuestiture pleno Philip. Dec. consilio 36. columna prima versiculo sed tamen prædictis non obstantibus, & consilio 175. in causa salitatis columna quinta in fin. primo volum. cum multis alijsq; ad hoc allegari possent.

Et quoniam dicta pars aduersa fundat se in assertis conventionibus dicti instrumenti, & quod ipse Reuerendissimus Cardinalis non seruaverit promissa per eum in dicto instrumento transactionis, & concessionis, & propterea ipsum debere à commodo dicti contractus cadere; Dico ex processu non apparere, q; ipse Dominus Cardinalis contrauerit dicto instrumento, & consequenter dictos Turrenses non fundasse eorum exceptiones, & objectiones, & primo quatenus ipsi elegant,

kgatur, quod ipse Dominus Cardinalis non fecerit cedere, ac renunciare assertis concessionibus ab illis, quos ipsi in eorum articulis descripsérunt, dico ad prædictam ipsum Dominum Cardinalem non fuisse obligatum, nec ad eos promissio Procuratoris ipsius Domini. Cardinalis se extendere, flante quod dictus Procurator promisit curare, quod omnes illi, qui habuissent concessiones alicuius partis dicti territorij ab ipso Reuerendissimo Domino Cardinali, vel electo Archiepiscopo post litem motam contra vniuersitatem prædictam ab eodem Domino Cardnali in magna Curia Vicariae cederent dictis concessionibus taliter quod dicti Turrenses tenentur probare eorum qualitates, quæ eorum intentionem fundant scilicet quod ipsi homines habuerint concessiones à dicto Domino Cardinale, vel electo Archiepiscopo, & quod dictæ concessiones fuerunt factæ post litem motam, ita notatæ tenuit glos. per illum textum in l. eum actum, & ibi hoc notat Bar. in sive ff. de neg. gest. notat expresse Bar. per illum tex. in leg. non solum s. sed ut probari ff. de nou. operi. nunciation. Bal. notabiliter in l. matrem C. de probationibus, notat plene Alexand. in dicta l. non solum s. sciendum, ubi multa addit. quia ergo dicti Turrenses non probarunt dictas qualitates, quæ eorum intentionē fundant, scilicet quod fuerit facta concessio descriptis in dictis articulis Tarentium, & quod concessiones fuerint factæ post litem motam à prædictis, merito debent condonari.

Nec puto eiusdem Turēsibus sufficere illud quod ipsi allegant, videlicet quod dicti homines particulares per eosdem descripti possidērunt, & possident diuersas partes

dicti territorij & demanij, ac etiam quod pro eisdem soluerunt diuersos redditus dicto Reuerendissimo Cardinali, & propterea præsumantur fuisse utiles Domini, & concessionarij dicti territorij, & consequenter ipsum Dominum Cardinalem fuisse obligatum ad faciendum eisdem cedere dictis concessionibus, iuxta legem dicti contractus, nam prædicta in aliquo non relevant + & primo ex possessione ipsorum non probatur quod ipsi fuerunt effecti utiles Domini dictorum territoriū, ita probat notabiliter text. in capitulo inter dilectos versus finem extra de fide instrumentorum gloſa notabiliter, & ibi per Doctores in capitulo cum Bertoldus in verbo quodam iure extra de re iudica. gloſ. & ibi per Doctor. in l. cuthres C. de probation. cum alijs vulgaribus in casu de quo agitur ex præstationibus, seu solutionibus dictorum reddituum probatur concessio in emphiteusim facta à prædicto Reuerendissimo Cardinali prædictis Turensibus: primo quia prædictum territorium demanij est ecclesiasticum & illud absq; causa, & Pontificis consensu alienari non potest; iuxta titulum extra de rebus ecclesiæ non alienan. taliter quod cum ius commune resistat dictæ alie nationi, ex dicta præstatione + antībia non probatur titulus concessioñis, ita Bar. in l. cum de in rem verso in principio suæ distinctionis ff. de usur. qui allegat l. competit C. de præscript. xxx. anno. & textus in capitulo primo de præscription. in 6. ita etiam quia hic træstatur de obligando eundem Domini Cardinalem ad faciendum cedere, & renunciare ab ipsis particularibus, ac etiam de resolutione contractus prædicti, & sic de magno præjudicio. taliter quod ex prædicta annua præstatione non probatur, nec

nec præsumitur titulus concessionis, ita idem Bar. in d. l. cum de in rem vers. de usuris.

5 Fortificantur prædicta; nam eo casu † quo ex prestatione annua præsumitur, vel probatur titulus concessionis, illud procedit vbi agitur inter soluentem, & recipientem, secus autem, vbi cum tertio agitur, & ipse tertius hoc allegat; Ita punctualiter tenuit Ludouicus consilio 127. posito quod dominum rei &c. & dato non tamen concessio, quod ex dicta prestatione probaretur concessio, illud procedit ad finem, vt soluens cogi possit continuare solutionem, & vt recipiens manuteneri debeat in possessione recipiendi, iuxta terminos capitulo querelam de elect. in 6. ita punctualiter Dñs Ias. in l. secunda columnna quartæ car. 16. verificulo quarto quero C. de iure emphit. notat Bar. in l. litibus C. de agric. & censi. libr. 11. Philip. Dec. consilio 136. in causa Reu. columnna secunda primo volum. non autem ad finem probandi concessiones pro ostendenda resolutione contractus, quæ in casu de quo agitur, est magni preiudicij, per nota. per Bart. in supradicta l. cum de in rem verso, immo quando ex prestatione annua probatur vel præsumitur concessio in emphiteusim, ita demum præsumitur, si soluens soluat tamquam emphiteuta, configendo se emphiteutam, quo casu contra eum tantum præsumitur facta concessio ad finem prædictum, ita Bal. & cæteri scribentes in l. si certis annis C. de pactis, & idem Bal. in l. prima columnna secunda ff. de rerum diuis. Abb. in consilio 74. incipien. duo principalia, in princ. primi volum. cum multis quæ ad hoc allegari possent, quæ breuitatis causa omissuntur; & præsupposito non tamen concessio, quod ex prædictis

probarentur concessiones prædictæ factæ supradictis particularibus, quia tamen capitulum dicti contractus stringit se ad cōcessiones factas post litem motam à prædictis Reuerendiss. Cardinali & electo Archiepiscopo, ita quod per aliud Capitulum disponitur, quod concessiones factæ ante litem debent esse ratæ, & firmæ, dico quod eadem Universitas non tantum tenebatur probare concessiones fuisse factas, sed easdem fuisse post litem factam, ita q̄ tempus concessionis debebat specificè probare; ita glos. notab. & ibi Bar. in d.l.eum actum de nego. gest. 6 qui dicit, † quod vbi intentio actoris, vel rei est fundata in tempore, debet specificè probare de tempore alias non potest obtinere, & ita retinet ibi Bar. in fin. & idem Bar. in d. l. non solum s. sed ut probari ff. de nou. oper. nunc. Iason multa dicit in Rubrica C. qui admitti quamuis ergo ex prædictis probarentur concessiones factas fuisse dictis possessoribus, prout non probatur, quia tamen de certo tempore non appareret, & dictæ concessiones uno tempore deberent esse firmæ, & alio tempore deberent revocari, sequitur, quod eorum probatio redditur dubia quæ probatio non relevat vulgato cap. in præsentia extra de probat. antiqu. cum alijs vulgaribus maxime, quia per libros censuales † dictæ ecclesiæ antiquos in processu præsentatos, qui bene probant capit. ad audientiam extra de præscript. leg. census, secundum unā lecturam ff. de probat. ostendit, quod territoria prædicta possessa per dictos particulares erant reddititia dictæ ecclesiæ iam sunt anni 50. & plus, ita quod si ex dicta annua prestatione probarentur, concessiones illæ essent antiquæ, & præcederent lites per multos annos, & sic ex forma concessionis deberent firme rema-

remanere, ex quibus puto sufficien-  
ter demonstratum, quod dictum ca-  
put prætense coventionis non ob-  
stat.

Aliæ verò contrauentiones alle-  
gatae per dictos Turrenses non ob-  
stant, & præsertim ille in quibus di-  
citur, quod homines casalis Resinæ  
fidant exterorū in territorio præfa-  
to, & ab eis exigunt fidias, quæ fide  
fuerunt cessæ dictis Turrensibus, &  
etiam quod homines Casalis Sancti  
Sebastiani recusant soluere annuos  
ducatos sex similiter cessos, nam ex  
capitulo dicti contractus, quod est  
x v. in ordine apparet, quod ipse  
Reuerendissimus Cardinalis, & eius  
procurator cesserunt dictas fidias di-  
ctis Turrensibus, ita quod intelli-  
gitur cessum illud ius, quod ipse  
habebat, & non aliud iuxta notata  
per Bart. in l. si sic §. primo in fine  
de lega, primo, & ibi per modernos,  
& per Socc. consilio 15. incipiente  
non inutilis, sed necessario septima  
columna versiculo circa quartam  
quæstionem secundo volum. taliter  
quod ipse Reuerendissimus non est  
obligatus facere aliquid, sed virtute  
dictæ concessionis Turrenses pos-  
sunt agere contra homines dicti Ca-  
salis, vt à prædictis abstineant, & si  
ipsi de facto dictas fidias exigunt, ad  
illud dictus Reuerendissimus non  
tenetur; ita est formalis textus in l.  
fin. C. de actio. empt. & ibi per Doct.  
& Bar. & plenius Alexan. in l. stipu-  
latio ista ff. de verbo. oblig. & simi-  
liter debent agere contra homines  
Villae Sancti Sebastiani pro solutio-  
ne dictorum ducatorum sex per  
prædicta, ita quod ipse Reuerendis-  
simus ad aliquid non tenetur.

Illud autem, quod ex aduerso si-  
militer allegatur, videlicet, quod  
dictus Reuerendissimus non obti-  
nuit confirmationem dictæ conces-  
sionis à Summo Pontifice infra tem-  
pus præmissum, minime obstat, quia

quia illa debebat impetrari sumptu-  
bus ipsorum, itaque ipsi tenebantur  
soluere propriam pecuniam, & de-  
inde ipse Reuerendissimus teneba-  
tur dictam confirmationem obtine-  
re, & quamvis ex aduerso dicatur,  
quod ipsi obtulerunt pecuniam, at-  
tamen illa verbalis oblatio, quæ ex  
aduerso prætenditur facta, non suf-  
ficit, sed debebat realiter solui, &  
deponi pecuniam iux. textus in l.  
Iulianus §. offerri iuncta glosa, quæ  
dicit, & solui de action. empt. &  
plene Alexan. in l. si mora in prin-  
cipio glos. prædictæ ff. solut. matri-  
monio, & idem Alexand. in l. si ser-  
uus communis in principio ff. de vul-  
gar. & pupilli maxime, quia dictus  
Reuerendiss. obtinuit dictam con-  
firmationem reintegra, & Aposto-  
licæ commissariæ eitatis ipsis Tur-  
rensis, ac seruatis seruandis di-  
ctam concessionem non interpone-  
re decretum dictæ confirmationis,  
vt ex actis apparet, ipsis Turrensi-  
bus aliter non contradicentibus, &  
quamvis præsupponatur ex adver-  
so quod fuerit facta oblatio asser-  
to Procuratori dicti Reuerendissimi,  
& quod ipse dixerit quod dictus Do-  
minus Cardinalis non erat coaten-  
sus quod aliqui ex electis dictæ Tur-  
ris dixissent, quod ipsi similiter non  
erant contenti, & quod dictum con-  
tractum reuocabant, attamen prædi-  
cta nihil obstant, cum quia prædicta  
probantur per testes singulares, &  
deponentes in eorum utilitatem,  
ex quo sunt Turrenses, & conse-  
quenter non probant per lura vul-  
garia, cum etiam maxime quia di-  
ctus Donnus Leonardus non erat  
procurator ad dissoluendum contrâ-  
ctum prædictum, & sic eius perso-  
na non legitima, cum etiam quia  
dictus contractus fuerat gestus cum  
tota Vniuersitate, ita quod in it-  
8 lius dissolutione non requirebarur ea-  
dem solemnitas quæ fuerat abhi-  
bita

bita in eodem proficiendo, ita probat tex. in authentic. è contra C. de rep. & in l. ab emptione ff. de pac. notat Ang. consilio 230. incipiente ars &c. Taliter quod dictus contractus cum tota Vniuersitate simul congregata celebratus debebat cum eadem solemnitate dissolui, & non sufficiebat voluntas duorum, maxime non interueniente persona legitima ex persona dicti Reuerendiss. Cardinalis per supradicta.

Et quoniam pars aduersa prætentit transactionem prædictam cessisse in evidentem lesionem Vniuersitatis prædictæ, & ex processu apparet contrarium, ex quo prius Turrenses prætendebant habere ius paſculandi in dicto territorio, & per dictam concessionem fuit sibi concessum utile dominium in ampla forma, cum alijs fidis, & emolumentis competentibus dicto Reuerendissimo & eadem transactio fuit authoritate Summi Pontificis, & Iudicis secularis confirmata, iuxta tex. in capitulo veniens de transact. & præsertim quia dicti Turrenses occasione dictæ transactionis retinenter dictum territorium, quo casu sine aliquo decreto, & sollemnitate facta transactio valeret, ita est tex. notab. cum glos. & ibi hoc notat Bar. in l. nulli ff. de transact. Ludo. consilio 50. incip. Idem in præfata consultatione, & idem Ludou. consilio 166. incipiente viso diligenter, & quia in tali transact. etione interuenit decretum Cur. & tale decretum fuit causa cognita latum, & probato prius transactiōnem prædictam cessisse in utilitatem evidentem dictæ Vniuersitatis non est dubitandum de eius validitate, iuxta tex. in l. non solum C. de præd. min. & ibi per Doct. & iuxta nota. per glosam, & ibi per Doct. in l. prima C. si aduersa transact. propterea mihi videtur pos-

se nullatenus in dubio reuocari effectus dictæ transactionis, nec aliter dubitari, quia dicti Turrenses qui tanto tempore, & iura ecclesia possident autoritate dictæ transactionis, debeant condemnari ad soluendum censum petitum. Cetera suppleant Magnific. Domini Iudicantes, qui bene nouerunt, quod Turrenses, qui querunt negotij expeditionem differre, malum ius fuerint iuxta titulum, ut quæ defuncti aduocatis.

## ADDITIONES.

**A**D numerum quintum. Ad confirmationem dictorum per mecum Auumhic; quod ex annua præstatione præsumatur concessio præcessisse, ut soluens possit cogi continuare solutionem in futurum; Addo Boerium consil. 52. Decimum consilio 61. & vide quæ addidic Masullus ad decis. Capic. 65. numer. 13. ubi multa congerit.

Abb. Jo: Hier. de Manro.

## SUMMARIUM.

- 1 *Economi A. G. P. de Neapoli habent plenissimam potestatem, nec indigent assensu Apostolico.*
- 2 *Monasterium Montis Virginis est unitum cum Hospitali A. G. P.*
- 3 *In constitutione pensionis requiritur assensus illius, qui debet soluere pensionem.*
- 4 *Quando quis facit aliquid contra ius, & potest dispensare censetur dispensasse.*

5 Pen-

- 5 *Pensio super ecclesia censetur dari pro iure temporali, non autem pro spirituali.*
- 6 *Pensio non dicitur beneficium ecclesiasticum cum laico assignari possit.*
- 7 *Collatio beneficiorum est ius spirituale, cuius laici sunt incapaces, non sic in collatione pensionis.*
- 8 *Ratione dubij euentus multa permittuntur, que alias non permetterentur, nec potest considerari laesio ratione dubietatis, etiam in minore.*
- 9 *Qui occasione acquirendi non vititur, non intelligitur alienare, nec fraudare credidores.*
- 10 *Consensus Apostolica auctoritate confirmatus est realis, & ecclesiam obligat.*

## ALLEGATIO 70.

**I**N materia pensionis super ecclesia, prout in Summarijs.

**I**n causa Venerabilis ecclesiae, & Hospitalis Sanctae Mariæ Annuntiatae de Neap. cum Clerico Hieronymo Sironno super annua pensione ducatorum ducentorum de carlenis super fructibus monasterij Sanctæ Mariæ Montis Virginis, & alijs, ut ex processu, & actis subscriptis par tes dicti Clerici Hieronymi conuenti.

Puto considerandum, & quod ex bullis, & alijs in processu deductis demonstratur, quod magistri, & economi dictæ ecclesie habent plenissimam potestatem regendi, & administrandi bona, & introitus dicti monasterij &

vñiti dicto Hospitali Annuntiatæ, si cut etiam habent ius regendi, & administrandi iura, & bona hospitalis. Ex quibus sequitur quod cū annua pensio alias reseruata in fauorem quondam Antonij Siripanni fuerit reseruata super fructibus dicti monasterij in stipendium, seu subventionem ipsius & ipsi magistri erant obligati ad soluendum dictam pensionem dicto Domino Antonio, vt ex bullis dictæ reservationis appareret consensus magistrorum, qui administrationi, seu regimini dictorum bonorum temporalium prapositi erant, & ipsam soluere tenebantur in eius reservatione, & translatione exquirebatur & non alterius iuxta regulam Cæcellariorum 44. in fine quæ dictat quod literæ assignationis cuiusvis pensionis annuæ super fructibus cuiusvis beneficij minime expediiri possit nisi de consensu illius qui habebat soluere pensionem vt ibi.

Et ad hoc accedat quod Papa in bullis tam predictæ reservationis dictæ pensionis in fauorem quondam Reuerendiss. Cardinalis Aragonei. q successore in ipsius translationem in personam dicti Antonij. quam etiam in ultima translatione ducatorum ducentorum annuorum in personam dicti Clerici Hieronymi Siripanni, qui admisit dictos magistros, qui tunc regimini dictæ ecclesie, & Hospitalis ac monasterij præerant ad consentiendum predictis sciens expresse eos esse laicos, & economos dictæ ecclesie vt ex bullis in actis productis apparet, videtur propterea eos ad predicta habilitare, & cum eis in predictis dispensare, & quando habiles & alias non fuis sent, prout sunt per ea quæ notabiliter dixit Innoc. in c. diversis fal. ex. de cleri. coniuga. qui dixit, q quotiescumque q.s facit aliqd contra ius; & illud tale est in quo possit disp̄sare, disp̄sasse intel ligitur, vt ibi p eū qui allegat ad hoc tex. in c. veniēs de filijs psbiter. & in c. 2. de bigam. adq. optime deseruit tex. in l. idem Vlpianus ff. de excusat tut.

Mm & quæ

& quæ notat Abb. in c. non nulli pen.  
col. de rescript. & licet idem Innoc.  
in dicto cap. veniens de filijs præsbi.  
ter. dicat in hoc requiri cause cogni.  
tionem, ut ibi per eum, hoc tamē pro.  
cedit in inferiori à Principe, ut ibi ex.  
presse dicit Innoc. qui loquitur in or.  
dinario secus tñ est in Principe, ita no.  
tāter dixit Abb. in c. cum vero §. infe.  
riora 3. col. de elect. in glos. super ver.  
bo vigesimū quintum, & notat Abb.  
in d.c. non nulli penul. col. de rescript.

5 Et ad prædicta multum deseruit +  
quod pēsio, quæ soluitur de redditibus  
alicuius ecclesiæ censetur dari pro iu.  
re temporali ecclesiæ non autem pro  
spirituali, ita sentit Ant. de Butr. in c.  
constitutus in princ. 2. & 3. col. & ibi  
melius Cardin. de relig. domib. & not.  
Ioannes de Anna in cap. 1. & 5. col. in  
princ. de simon. & expresse Felyn. in  
c. ad audientiam il 2. col. 7. versicul. 4.  
conclusio de rescript.

Confirmantur prædicta ex his quæ  
notat Bal. in d.c. ad audientiam de re.  
script. qui dixit + quod pensio de sui  
natura non censetur beneficium ecclæ  
siasticum, cum laico assignari possit,  
& idem ibi hoc notat Abb. primo no.  
tab qui allegat ad hoc bonum tex. in  
c. quamuis de præben. lib. 6. vbi speci.  
fice hoc probatur, & ibi glos. in verbo  
in pensionē reddit rationem, quia per  
affectionem beneficij quis intitula.  
tur, & obligatur ecclesiæ, & tenetur  
ad continuā residentiā, sed per pensio.  
nem nō intitulatur, nec ad residentiā  
tenetur, cum illa possit etiam laico cō.  
cedi, ut ibi per eū & idē tenet ibi Do.  
minicus, & Archidiac. propterea dice.  
bat ibi Dominicus, quod in litteris be.  
neficialibus apparitione beneficij non  
compræhenduntur pensiones, ex quo  
verbū beneficij in talibus litteris cō.  
prehendit beneficij ecclesiasticum q̄  
datur in titulum habens ius spiritua.  
le, non aut illud q̄ consistit in sola tē.  
poralitate, sequitur Io: de Anna in c.  
non satis de simon. & ideo Felyn. in c.  
postulasti 12. col. versic. 3. declaratio.

de rescript. dicebat quod in impera.  
tione beneficij non tenetur quis face.  
re mentionem de pensione, stante q̄  
illa non est beneficij, sed extinguitur  
cum persona, quia nō potest transfer.  
ri de persona in personā, sicut sit de be.  
neficio, q̄ in aliū transfertur morien.  
te beneficiato, allegat rotā in tit. de re  
script. 33. in antiquis, sed in libro meo  
est 210. quæ incipit nota &c. & in tit.  
de præben. 11. in antiquior. & in spe.  
cie Card. in Clem. 9. q. de offic. ordin.  
p quæ omnia satis appareat, quod glo.  
in reg. Cancellariæ 61. in fine quæ di.  
cit q̄ cū pensio detur ad vitā concedē.  
tis succedit loco beneficij, & de ea de.  
bet fieri mentio, nō habet roñem, &  
contrariū tenet omnes prædicti, quia  
ad hoc ut pensio possit dici beneficij  
debent multa cōcurrere accessoria ad  
titulū beneficij, de quibus elegāter p  
Cald. in repet. c. in nostra de rescript.  
q. 3. & signanter, q̄ assignetur in titulū  
beneficij, & q̄ habeat aliquid spiritua.  
litatis annexū, & q̄ illa nō extingua.  
tur cū persona, sed moriente pensiona.  
rio possit alij conferri, sicut de perpe.  
tua vicaria dicimus iux. tex. in c. ex tñ  
pāde §. fin. de præben. quæ omnia ces.  
saut in pēsione assignata in subuentio.  
nē, vel stipendiū alicuius, ut in casu no.  
stro, ex quibus manifeste colligitur, q̄  
pensio de qua agitur cū fuerit, & sit as.  
signata in subsidiū vitæ, & nō in titu.  
lū beneficij, & super fructibus dictæ  
ecclesiæ mōtis virginis, ut prædicitur  
est quid mere tēporale spectas ad re.  
gimē magistrorum, qui sunt pr̄positi  
regimini temporalium & ecclesiæ,  
& propterea eorum consensus in sali.  
bus sufficit, nec requiritur alterius,  
per prædicta.

Nec puto obstare eidem Clerico  
Hieronimo, q̄ in Bullis per ipsos ma.  
gistros præsentatis disponatur p. Pa.  
pā q̄ sacrista ecclæsiæ, & Hospitalis de.  
beat conferre beneficia quæ alias spe.  
stabat collationē Abbatis d. Monaste.  
rij, ac depurare priores monasterij d.  
ordinis, & dictæ ecclæsiæ subiectis  
vt ex

7 vt ex būllis prædictis colligitur, quoniam cum collatio beneficiorum sit ius spirituale + c. si quis deinceps, & c. laicis 16. q. 7. & in c. præterea et primo de iur. patro. illiusq; iuris laicus, fuerit, & sit incapax c. massana c. sacro sancta ex. de elect. merito ea saerista, & sic ecclesiastica personæ Pa. pa commisit, sed quia pensio datur p. iure temporali ecclesiae, & nullum habet ius spirituale annexū ut supra est dictū illud non immixtum spectat ad magistros temporalium administratores pleno iure per supradicta.

Et quāvis consensus magistrorum qui tunc præterat præstitus translacioni dictæ pensionis in personā dicti clerici Hieronimi obligauerit ecclesiam post mortem dicti Dñi Antonij qui dictam pensionē habebat ad vitā ipsius tantum; attamen quia ipse Dñus Antonius virtute dicti consensu poterat dictam pensionem in alium trāsferre qui ipsi dño Antonio præmori poterat, & eo casu ecclesia & hospitale fuisse liberatū ab obligatione dictæ pensionis, propterea talis consensus + magistrorum qui poterat ecclesiae afferre lucrū, sicut dānū ratione dubij valet per tex. in l. de fideicomissio C. de trās. fac. vbi remissio fideicomissi reciproce facta per minorē fratri maiori absq; tutorū, vel curatoris auctoritate valet ex hoc rōne dubij, ut ibi per Doct. per quē tex. dixit ibi Alex. 1. not. q; vbi ex aliquo actu potest quis consequi comodū sicut, & damnū licet casualiter contingat afferri damnū non dicitur lēdi, adeo quod nec ēt minor potest, propterea in integrum restitui, & dicit ad hoc facere leg. si pater ff. de in offic. testam. & legem si allegas C. de vsu capit. & similiter Claudi in d. leg. fideicomissio dicit quod vbi aliquid potest se habere ad damnum, & ad lucrum licet damnū contingat non tñ dicitur quis lēdi, per quem tex. in d. l. de fideicomissio dixit Bal. in l. cum archimedoram prima col. C. vt in possessione legatorum, quod vbi duo fra

tres inquit sibi remittunt fideicomissum collatum in casum mortis, minor non debet ad hanc remissionem restituī in integrum, vt ibi per eum.

Et ad hoc optime deseruit q; hic nō agitur de consensu præstito nouæ impositioni territorij, sed tantum de causa reserata pro parte transferenda, quo casu cum ecclesia Annuntiatæ nō fuisset consequuta liberationem à p. sione per mortem dicti Antonij, sed ad huc obligata existebat tempore dñi. Et consensus præstiti, facilius toleratur consensus magistrorum circa translationem pensionis iam constitutæ de persona in personam quam si nouæ impositioni, seu reservationi consentiretur, ergo tex. in l. qui autē in prīc. ff. quæ in fraud. credit, vbi licet debitor per ipsum quæsita alienare nō posset in fraudem creditorum negligendo, q; de novo ea acquirere, quæ potest, non videtur fraudare creditores ad q; optime deseruit tex. in l. alienationis

9 verbum. 1. ff. de verb. signif. q; vbi dicitur quod qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare veluti qui hereditatem omittit bonus est tex. in l. non fraudatur in principio ff. de reg. iur. & multa alia iura ad hoc allegari possent, quæ allegat glo. in d. l. qui autē in princ. Ex quibus puto nullatenus dubitandum de dicto consensu magistrorum præstito dictæ facultati transferendi dictos ducen. tos duc. in personam dicti clerici Hieronimi, maxime, quia magistri dictæ ecclesiae & Hospitalis alias multis translationibus pensionum debitaram su. per fructibus dicti monasterij factis per pensionarios in personas diuersos, non consenserunt, & ecclesia ex dictis translationibus successit comodum, quia noui pensionarij in quos translate fuerunt pensiones decesserunt, & ecclesia remansit libera, quod de facili in casu de quo agitur eueni. re potuisset, & quia non successit, non propterea ecclesia dici potest l. sa per prædicta.

M m 2

Nec

Nec pūt o obſtare quod talis extin-  
ctio pensionis, & noua reſeruatio re-  
peritur cum effectu facta eo die quo  
dictus Dominus Antonius deceſſit,  
quia hoc non debet attendi, ſed tan-  
tum attenditur tempus conſenſus  
magiſtrorum, & Procuratoris ab eis  
conſtituti præſitus in Cancellaria,  
cuius vigore Papa confeſſit eidem  
Domino Antonio facultatem tranſ-  
ferendi dictam pensionem quando-  
cumq; ſibi placuerit, etiam in mor-  
tis articulo, ex quo conſenſu præſi-  
to, & facultate vt ſupra confeſſa, in-  
cipit obligari ecclēſia, licet poſtea fe-  
to quatur translatio ſtante quod f talis  
conſenſus Apoſtolica authoritatē co-  
firmatus, eſt realis & ecclēſiam obli-  
gat iux. tex. in c. niſi eſſent cum gloſ-  
penul. de probat. notat Paul. de Caſ-  
tr. conf. 51. incip. quia exceptiones  
& notat Felym. in d. c. ad audientiam  
& in iſtis pensionibus attenditur con-  
ſenſus debentis ſoluere pensionem  
quod præſtatur in Cancellaria, vñdi-  
xit dicta Reg. Cancell. 44. & notat  
Caccialupus in tract. pēſion. q. 9. ſicq;  
cum ſatis ante mortem præſati Do-  
mini Antonij conſenſus dictorum ma-  
giſtrorum ſeu ipſorum Procuratoris  
ſuper translatione dictæ pensionis  
fuerit præſitus in Cancellaria & eius  
vigore fuerit confeſſa facultas dicto  
Domino Antonio transferendi eam  
quandocumq; etiam in mortis articu-  
lo, vt ex Apoſtolicis prouisionibus in  
actis productis apparet & dictus con-  
ſenſus magiſtrorum fuerit realis, obli-  
gans ecclēſiam ad ſtandum dictæ tra-  
nlationi, vt in d. c. niſi non debet no-  
cere, quod ipſa pēſio reperiatur eſſe  
Etualiter translata in die mortis dicti  
Domini Antonij, ex quo uſq; ad tale  
tempus facultatem habebat talia fa-  
ciendi, & maxime, quia hoc non pro-  
cessit studioſe, ſed potius desidia pro-  
curatoris conſtituti, qui ſatis ante mor-  
tem dicti Antonij, & tempore quo  
erat animo ſanuſ habuerat mandatum  
conſentiendi extinctioni, & nouæ re-

ſeruationi dictæ pensionis, & illud  
exequi. diſtulit uſque ad diem mortis  
præſati Domini Antonij. ex quibus  
puto dictum clericum Hieronimum  
debere abſolui ab impietione di-  
ctorum magnificorum magiſtrorum  
agentium. Cætera ſuppleat peritia,  
& bonitas magnifici Domini Com-  
miſſarij. iux. titulum, ut que deſunt  
aduocatis.

## A D D I T I O N E S

**A**D num. ſextum; Ad confirmationem di-  
ctorum per meum Auum hic, quod pen-  
ſio de ſuī natura non conſetur beneficium  
Ecclēſiasticum, cum laico assignari poſſit;  
Addo Imolam in clement. ſi beneficiorum  
in 3. q. de decimis; Bellenzium de chati-  
tatiuo ſubſidio q. 37. & q. 73. Decium in  
consil. 136. Rebutum in tractat. de paciſ-  
poſſeff. num. 12c. Hieronim. Gig. de pen-  
ſion. q. 38. & q. 59. & q. 90. Paul. Caſt. in  
consil 42. in fin. & in consil 463. vol. 1. Tri-  
raquel. de primogeni. q. 74. Atrium Pinellū  
in l. 1. C. de bonis mat. in 2. parte nu. 72.  
Loſſredum in c. Imperialem ſ. firmiter de  
prohibita feudi alien. per Federicum; In  
quibus locis etiam habes an pensionari  
contribuant in decimis Papalibus.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M.

- 1 Societas morte unius ex focijs:  
finitur etiam quo ad ſocios ju-  
perſtites, nec ad hæredes tran-  
ſmittitur. quod qualiter proce-  
dat cum ſuis limitationibus:  
abunde hic habetur per totam.
- 2 Fideicommissaria ſubſtitutio,  
vel compendiosa extenditur ad  
bona testatoris, non filiorum.
- 3 Omne pactum, omnisq; diſpo-  
ſitio habet tacitam conditionē,  
ſi res in eodem ſtatu perma-  
neant.

4 Non

- 4 *Non obstante pacto, societas diuiditur, si socius incipiatur esse molestus, vel alia causa superveniente.*
- 5 *Decisa in contractibus habent locum etiam in ultimis voluntatibus.*
- 6 *Tutor non potest autorari sibi ipsi.*

### ALLEGATIO 71.

**S**ocietas quando morte finiatur.

**X** pluribus credo societatem initam inter hæredes ex præcepto testatoris finitam morte alterius + ex socijs licet in præcepto tēpus annorum decem fuerit appositum, quādo namque plures sunt socij, & unus moriatur; duæ iuris conclusiones oriuntur, vna est, quod finita est societas respectu hæredis socij morientis, nec n. ipse potest prætendere tanquā repræsentans personam defuncti, qduret, neq; ex diuerso illi possunt prætendere contra eum quod duret, & hoc est adeo verum, vt nec conventione pacisci possit quod duret cum hærede, & hęc est vna conclusio, alia est quod etiam inter superstites dicitur finita societas, vt puta si inter quatuor inita fuit, & unus est mortuus dicitur extincta etiam inter ipsos superiuientes omnia hæc probantur in l. actione s. morte in l. adeo l. nemo, & ibi notatur l. verum s. in hærede ff. pro socio s. soluitur institutio societ. l. furti s. fin. ff. de his qui notantur infam. & proinde cum ordinata per Andream testatorem societate per annos decem mortuus fue-

rit Matheus alter ex socijs, insurgunt prædictæ conclusiones, quod noui solum fuit finita societas cum hærede Mathei, ac si fuisset quisvis extraneus sed etiam inter se ipsos est finita societas, neq; amplius durauit, & ex prædictis duabus conclusionibus cessabunt obiecta.

Secundo, confirmantur prædicta, & sic tanto minus obstat quædā consideratio partis, qui cum in casu de quo agitur idem Thobias Germanus, & Ioannes Franciscus fuerint hæredes Mathei, quod cesseat conclusio supra firmata, quasi ratio quare morte unius socij finiatur societas fuerit ea ne cogerentur socij habere alios hæredes inuitos, & inuitos socios, at hic ijdem sunt hæredes, ergo cessat ratio, & proinde iuris dispositio quoniam licet neminem ex Doctoribus quos legerim talem distinctionē in iure facientē viderim in promptu constat vanissimam esse multipliciter in re præsenti, & primo animaduertendum est in casu nostro falsum esse eodem tres socios tantum fuisse hæredes Mathei, nam per mortem ipsius superfuit mater, atque pariter soror quæ omnes simul cum fratribus successerunt authen. defuncto C. ad tertull. & vt patet ex toto processu, & ex duobus testamentis ipsius Andreæ & Thobiae non obstante substitutio ne facta decedentibus in pupillari ætate, ex quo nec probatur, nec est verum quod Matheus deceperit impubes, ex quo maior tempore testamenti, & multo magis tempore mortis qui deceperit in Ciuitate Alexander, quo fuerat negotiatorus, + & si fuisset facta fideicommissaria substitutio, vel compendiosa, illa tamen extenditur ad bona testatoris non filiorum l. coheredi s. cū filiæ ff. de vulg. & pupill. l. centurio eod. tit. Bar. in l. cum præcibus C. de impub. & alijs substit. igitur etiam attenta ratione per partem aduersam considerata debet cesserri finita societas, quia si non esset

2 dix, quo fuerat negotiatorus, + & si fuisset facta fideicommissaria substitutio, vel compendiosa, illa tamen extenditur ad bona testatoris non filiorum l. coheredi s. cū filiæ ff. de vulg. & pupill. l. centurio eod. tit. Bar. in l. cum præcibus C. de impub. & alijs substit. igitur etiam attenta ratione per partem aduersam considerata debet cesserri finita societas, quia si non esset

esset finita censeretur durare cum hæ rede non solum cum ipsi sicut, sed cū illis alijs cohæredibus cum quibus inuiti non censemur à iure compulsi continuare societatem, & sic militat ratio in casu nostro, quæ societatem dirimit, & in specie etiam in casibus in quibus potest durare societas cum hæ redibus in locatione publicanorum vestigialium concurrentibus illis tribus, seu: quatuor secundum glos. & Bal. in l. demo ff. pro socio, & notatur in d. L adeo quod si sit locata vesticalia publica, quod actum sit continuari in hæredem, & quod persona succedens sit idonea, quartum quod inter se ipsos, non solum cum locatore, ita conuenerint si fæmina est hæres absq; dubio non continuatur societas, ita Alberi. in l. adeo præallegata sequitur Rafael. in d. l. adeo si igitur in casibus in quibus durat cum hærede non intelligitur durare si fæmina est hæres, multo magis in casu nostro non poterit durare cum simus extracasum quo continuatur cum hæ rede non in locatione publicorum vestigialium, non in conventione q; transeat ad hæredes, nec ad sunt illa quatuor, & sic hæc partis consideratio retorquetur, & fundatur nostra conclusio manifesta.

Tertio, principaliter si attendimus conclusiones prædictas, apparebit nō solum societatem finiri cum hærede socij defuneti, sed etiam inter superstites, & sic licet esset vera illa ratio, & licet in facto esset verum quod istantum essent hæredes morientis, & non debere finiri societas sub ea ratione, quia hæres non succedit, vt socius in societate, nihilominus attenta alia conclusione, quæ præsupponit finiri etiam inter eosdem superstites illa viget etiam in casu nostro licet ijdem essent hæredes. Diuersæ n. sunt ille conclusiones, & diuersam habent rationem, verum est n. quod finiatur quo ad hæredem, & adeo est verum, quod nec pacisci poterunt quo ad hæ-

redes morientis træsferatur societas; aliud est quod inter superstites remaneat societas, & hoc potest pacisci, ita probat tex. expresse in l. actione §. morte ibi nisi coeunda societate, alter conuenerit tex. et glos. in §. soluitur instit. de societ. & tradunt vbiq; Doctores, et sic diuersæ sunt conclusiones diuersam etiam habent rationem, nam ratio quare non transferatur societas in hæredem, est ne hæres efficiatur socius inuitus, cui non vellet, vt Raphael dicit in l. versi §. societas ff. pro soci. inquit etiam societatem debere esse ex puro corde, et bona caritate inter socios, et sic nota cum persona incognita, hæc ratio que infert non continuari societatem cum hærede, non infert idem quo ad superstites ex quo sunt inter se ipsos cogniti, & cōsideratur caritas, & amor, igitur hæc conclusio, quod nō duret inter superstites non validatur ex ea ratione, quæ assignatur in non continuando societatem cum hærede. Ita Ang. Aret. inter alia in §. soluitur dicit ideo cum hærede non continuari quia est electa industria personæ, & probat ibi tex. quia qui societatem contrahunt certam personam sibi eligunt, quæ ratio licet operetur quod non transferatur in hæredem, non tamen eadem operatur, quod non continuatur inter superstites, & nihilominus verum est quod non continuatur, & hoc sub alia rōne, inquit namq; Roffr. in libello in tit. pro socio, vers. si tu queras quare morte vnius societas soluitur, dicens hæc verba formalia. In morte vnius ideo soluitur, quia ab initio quatuor numero forte contraximus, & sic non omnes, modo nō sumus oēs, quia verum est vñū dicessisse maxime cum societas contemplatione certarum personarum contrahatur l. adeo hæc sunt verba Loffredi quem allegat Alb. in l. actionem §. morte, & sic ratio quare per mortem vnius non durat societas cum superstibus est quia censetur cōtemplati, omnes

omnes simul, & sic cum conclusiones sunt diuersae, & habeant diuersas rationes, licet cessaret vna ratio propter idemptitatem hæredum, non cessat alia, ex quo nō sunt modo omnes illi qui fuerunt contemplati in societate, & sic de iure quando est vna conclusio fundata sub duabus rationibus, si cessat vna, & non alia adhuc viget eadem dispositio. affinitatis instit. de nupt. l. si nō èliescencia in princ. ff. de hered. instit. l. cum hi. pretor ff. de transact. multo igitur magis hoc procedet, quando sunt duę diuersę conclusiones, quia licet possit vna ex illis adaptari ad casum, si adaptaratur alia procederet juris dispositio, & sic licet moriente uno ex socijs relictis cum socijs hæredibus, non posset adaptari illa cōclnsio, quę dicit societatem non continuari cum hærede, licet etiam hoc sit in casu nostro supra negatum in facto, & in iure, adaptabitur tamen alia iuris conclusio quę dicit quod moriente uno ex socijs est finita societas inter alios superstites, quę viget in casu nostro indubitanter, & sic tanto magis confirmatur nostra conclusio quę firmat morte Mathei quo ad superstites finitam societatem.

Quarto, quando initur societas inter plures habetur cōsideratio ad presentem statutum personarū quę viuunt tempore initia, & ordinate societatis, & intelligitur celebratus ille contraetus ut duret societas durante vita sociorum, & rebus sic se habentibus. Unde succedēte morte alterius ex socijs; cessat voluntas continuandæ societas. ¶ Omne n. pactum, omnisq; dispositio habet tacitam conditionem, si res in eodem statu permanserit cap. quemadmodum de iure iur. gloss. in l. qui seruus ff. de condit. ob causam, quod etiam procedit in ultima voluntate, & sic in ordinatione testatoris l. paulo Calimaco ff. de leg. 3. l. mevia ff. fin. ff. de annuis lega. l. in confirmādo ff. de confir. tut. idem in contra-

ctibus l. quero. 1. inter locatorem ff. loc. l. si fuerit in principio pro soc. & ita per prædicta consult. Petr. de Anchar. in societate inita infra tres annos, vt si infra id tempus mors socii superueniat, sit in totum finita societas quod est proprius casus noster in cons. 395. incip. dubium est in hoc, consuluit etiam Philip. Cor. in cons. 310. incip. quod dicta societas non valeat, vbi per totum cons. decidit casum nostrorum, immo difficilior est, nam ibi contracta erat societas per centum annos, quo casu videbatur actum esse de hærede ex quo verisimiliter socij non erant viissuri centū annis à communiter accidentibus, item in instrumento erat facta mentione hæredum sociorum, & nihilominus latissime consuluit morte unius ex socijs finitam esse societatem pluribus rationibus hic concurrentibus, quia verba illa societatem ordinatam intelliguntur secundum naturam societatis, & secundum subiectam materiam l. si uno ff. loc. l. si ita stipulatus cum concordant. ff. de vnu. & habbit. & quia verba illa sunt intelligenda rebus, sic se habentibus inter alia inducit tex. in l. si conuenerit ff. pro soc. + vbi est expressum, quod licet expresse conueniat, quod societas daret per aliquod tempus, nec posset ab ea discedere durante illo tempore, nihilominus societas postea diuiditur renunciatione ex causa superueniente, vt puta si socius efficiatur molestus, vel alia superueniat causa, & sic expresse conuentio recipit interpretationem à mente societatis, unde pariter concludit, quod superueniente morte finitur, licet esse appositum longissimum tempus, & pariter loquitur quando apponitur tempus decem annorum, prout in casu nostro etiam si dictū esset in perpetuum, vt per eum latissime, & sic tanto euidentius constat in casu nostro, in quo non est facta mentio hæredum, non est dictum quod à societate non possit discedi, sed

Sed simpliciter est tempus appositorum quod superueniente morte est finita societas indubitanter quo ad superstites.

Confirmatur praedicta conclusio ex consultis per Bal. in consil. 108. in ista materia scire oportet vol. 2. Alex. vero in consil. 34. viso instrumento lib. 2. consuluit societatem initam pro certo tempore finiri si alter ex socijs interea moriatur, idem Alex. consil. 160. in causa , & lite vol. 7, vbi etiam verba generalia in contrahenda socie tate expressa restringuntur, secundū subiectam materiam societatis, vt mo riente uno, sit quo ad omnes societas finita, allegat plura Dec. consil. 571.

Et ex his constat omnino societa tem initam duraturamq; certo tem pore finiri moriente altero ex socijs, idq; procedere in casu nostro, in hac societate ordinata per testatorem, nā si iuris dispositionem attendimus, ha bet hanc regulam societas, vt morte finiatur, & vnde verba testatoris sunt ad ius referenda l. si duo vbi Bal. ff. de acqui. hære. Bar. & Docto. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. & proinde cum iuris sit dispositio, vt fa cta societate per plures annos illa fi niatur si unus moriatur, igitur quam uis testator ordinavit, quod societas duraret decem annis, intelligitur nisi moriatur unus ex socijs.

Vlterius rationes supradictæ consideratae, quod verba contrahentium intelliguntur secundum subiectā ma teriam, & proinde vt recipiat societas contracta finem ex morte præcedente, ita in vltimis voluntatibus si cur in contractibus sequitur Bal. in l. plenum §. equitij ff. de vsu, & habit glosa est ordinaria, & singularis in l. Lutius §. tres hæredes ad Trebell. tra dit glosa in l. ex facto §. final. & ibi Dy. & Bar. atq; alii Doctor. ff. ad Trebell. si attendimus aliam rationem, quia verba intelliguntur rebus sic se haben tibus illud procedit etiam in vltimis voluntatibus, vt tradit tex. in d. leg.

paulo Calimaco, & alijs allegatis, si attendimus regulam, quæ habet vt decisa in contractibus habeant locū in vltima voluntate testatoribus, tex. est in l. fin. & ibi tradit Saly. C. de le ga. & est tex. instit. de lege fusi. & ibi glosa & Fab. sed omnibus circumscrptis, nos tractamus de contractu socie tatis ordinato tantum per testamen tum, vt sic adeundo hæredes inter se videantur contraxisse Bal. in l. fin. C. de iure delib. & in rubr. C. si quis ali quod testa. prohib. Bar. in l. de eo ff. de iudic. & proinde adhuc tractamus de societate contracta inter hæredes, licet ex ordinatione testatoris, sed qn̄ non esset inita per contractum, sed per vltimam voluntatem, iam fundatum est de iure intelligi durare durante vi ta sociorum, atq; finiri secuta alterius morte, & ita cōsuluit Alex. consil. 110. vol. 3. in societate ordinata per testatorem, & hoc modo arguit Alex. in consil. antedicto, quod si cōtrahentes expresse non intelligunt conuenisse vt duret societas post mortem in so cieta voluntaria, nequaquam intel liguntur aliter contraxisse per socie tam ordinatam in qua ipsi faciunt quasi contractum adeundo, & in casu suo aderant verba codicillorum no strorum, et ultra disposuerat testator, quod nullam deberent facere diuisio nem, & sic firma est conclusio, quod morte Matthei fuit finita societas.

Nec meretur allegari consil. Dec. 441. quia licet casus Decij sit diuersus à casu nostro, nihilominus non præ supponit Dec. quod aliquis ex socijs ordinatus à testatore decesserit, vt sic voluerit post mortem socij durare so cieta, sed præsupponit, quod te stator erat socius, & quod ipse dis posuit quod hæredes sui continuarent societatem cum socijs ipsius testato ris, quod fieri potest, nam hæc socie tas inter hæredes testatoris, & illos alios valet ex præcepto, prout incipit nostra societas ex morte Andreæ, non autem consuluit Dec. quod si unus ex socijs

socijs ordinatis per testatorem morietur quod duret cum hærede societas, quia hoc esset falsum, & contrarium omnibus iuribus, & comuni opinioni omnium Doctorum supra firmata, & sic firma est nostra conclusio, quod siue per contractum, siue per testamen tum ordinetur societas infra certum tempus duratura, illa fuit per mortem alterius extincta.

Fundato igitur clarissime ex iuris clara dispositione quod præceptum non obligavit Thobiam ultra mortem Mathei, unico verbo poterit responderi, omnibus probationibus factis de continuatione societatis post illius mortem, & pariter, ita cuitatur sententia licet lata inter alias personas 53. inter Germanum & hæredem Thobiæ, nam quicquid probauerint in eo processu q[uo]d fuerat continuata licet sit falsum, & dicetur inferius, nihilominus hæc continuatio, seu potius noua institutio societatis cum pupillo, non potest considerari, ita consuluit in specie Bal. in cōs. 109. incipiēte in ista materia scire oportet vol. 2. nō. n. poterat ipse Thobias, qui nec erat tutor authorari sibi ipsi fin renouanda ea societate l. primi aff. de auth. tuto. Bar. tradit in leg. titum, & meum s. altero ff. de administr. tuto. vbi allegat l. in conditionibus ff. pro socio. Bal. in l. si patruus C. communia vtriusq; iudi. Et præterea licet obtinuerit germanus, ea sententia non nocet hæredi cum alia persona cum qua non pot concurrere ratio renouata societatis, quæ ex probationibus considerata forte extitit cū germano, & sic sublati de medio probationibus figuratis, que licet essent vere, cum tamen sint false, quæ non inferunt cum pupillo nouā fuisse societatem contractam, ac sublata de medio sententia, que cum alia persona est lata, etiam que fundata fuit in probationibus illis ad rem nostrā nihil facientibus remanet inconclusa conclusio scilicet Andree societatem ordinatā extinctā fuisse morte Mathæi.

Audio insuper partem aduersam magnopere fundare suam intentionē inhabilitate personæ Magn. Thobiæ, quasi ipsius tñ industria sit à testatore considerata; vnde dato quod mortuus esset Mathæus, nō ideo finita est societas cui omnino cura residebat penes Thobiæ, & hoc argumento tex. in p[re]alleg. l. adeo ff. pro soc. vbi est casus contrarius, quod q[uo]d societas est transmisibilis ad hæredes ut pura in locatione, & societate vectigalium cōcurrentibus illis quatuor, si is moritur sine cuius opera societas administrari non potest, eo casu non transmittitur, igitur à contrario quādō nō moritur is cuius opera societas administratur transmittitur, sed certe tādictus tex. quam id quod Capic. notat in sua decis. 174. longe aberrant à casu nostro.

Primo namq; licet p[re]supponat ille. tex. non transmitti quando moritur is cuius opera societas administratur, hoc nos non negamus, immo fate- mur quod si mortuus esset Thobias minime translata esset ad hæredes societas. Dicimus insuper quod si retento eodem themate in locatione vectigalium non esset mortuus is cuius erat cura vectigalium, quod hoc casu trāsferreretur, sed ideo quia erat in eo casu factum pactum in vectigalibus, quod transfferretur ad hæredes, vnde pactum est illud quod operatur translationem, non autem semper quod moritur socius qui non totaliter administrat, transferat ad hæredes.

Non obstat decis. Capic. quam tamen confirmat, quia licet, quando unus ponit pecuniam, & aliis operas dicat non videri finitam societatem ex morte illius qui ponit pecuniam remanente alio qui ponit operam, licet illud sit contra omnia iura, & decisiones, quæ dicunt indistincte finiri, attamen casus noster est penitus contrarius, ex quo Mathæus administrabat societatem, iuit

Alexandriam, de eo confidebat testator, & quanto magis fecerat testator Thobiam caput administrationis tanto minus infertur, quod Mattheus non administraret, immo fortius quam supponit Mattheum debuisse administrare, dato quod Thobias esset caput administrationis, & sic cum vterq; administrandi facultatem haberet moriente altero utique succedunt textus iura, & deceSSIONes quod finita est, quo ad omnes societas, & sic non obstat consideratio partis, nec decisio, nec consilium Parisij.

## ADDITI O N E S


**A**d numerum primum, & per totam, quod societas morte unius socij finiatur etiam quoad alios socios superstites; ultra allegata per meum Avum hic; Addo Vincentium de Franchis decis. 149. nūm. 9. vbi etiam dicit, & decisum fuisse testatur quod hæreditibus socij mortui debetur lucrum non solum existens, sed etiam preparatum eo tempore una cum interesse per testum in l. actione s. morte ff. pro socio, & ipso multis allegat; Addo etiam quid si societas est contracta per biennium, & datus fideiussor de restituendo capitale, & lucrum post biennium, sed societas est soluta infra biennium morte; Vtrum fideiussor teneatur etiam ante biennium? vide Alex. cons. 34. vol. 2. & solet euenire in facto.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

## S V M M A R I V M .

- 1 Debitor non tenetur aportare pecuniā ad domū creditoris.
- 2 Debitor quando in mora constituantur.
- 3 Quid si creditor est absens, & non interpellat, nec protestetur.
- 2 Vsure quando censeantur remissa debitori?
- 3 Requisita in l. procula ff. probat.

**Q**VANDO debitor constituantur in mora, & quando vsu ræ censeantur remissa.



**V**ILLA mora est contracta, quoniam stipulato contractu recessit, & non tenuit domicilium in loco contractus, nec Neap. creditor. ergo debitor non est in mora, quia non tenebatur aportare pecuniā extra locum contractus, vel extra locum ubi poterat conveniri f. Bar. & alij in l. item illa de constit. pec. Affl. decis. 316. Cagno. post alios in l. si quis maior col. 13. C. transact.

Debitor non tenebatur protestari Alex. post alios in cons. 42. vol. 1. idem Cagno. in eadem l. imo communis opinio est f. quod etiam debitore non accedente ad locum ad quem nec creditor accessit, non contrahitur mora per debitorem, ita communiter Doct. in d. l. item illa per l. arbiter si calendis de arbi. & tradit communis in d. decis. 316.

Pactum in instrumento appositum quod possit Neap. Romæ, Florentiæ, & vbiq; locorum conueniri, non obstat, imo dat nobis sententiam in favorem, quoniam quando non est specificatus locus, & est hoc pactum appositum dies non interpellat, nisi creditor eligat f. locum, & interpellat, ita Alex. in cons. 45. vol. 5. post iura, & Doctor. quos allegat col. pen. versic. fortius.

Interpellatio non presumitur Rom. in sing. 397. qui loquitur de interpellatione ad finem, ut quis condennetur ad expensas litis, ita tex. in l. fideicommissi de vsu l. quidam hiberus de seru. vrb. præd. Itē cessat præsumptio, qm per iteras fatetur Dux non interpelasse præ.

**præsumptio cedit veritati;** Item nec iuramentum, nec præsumpta interpellatio nocet, quoniam mora non est respectu puritatis obligationis, vel diei, sed respectu loci.

**Absentia Ducis probatur per testes, & per confessionem,** & licet probetur fuisse Neap. non tempore quo erat facienda solutio, hoc non reuelat qui se fundat in tempore certo illud debet probare l. cum actum de negot. gest. & ex aduerso respectu certi temporis firmat regulam, & sia extra illud tempus remanet probata absentia, & viget motiuum.

Ex his infertur quod aut contractus de quo agitur est contractus mutui, vti vere est, & tunc non debentur usuræ nulla mora contracta, nec priuilegium si quod dos habet respectu usurarum intelligitur translatum in mutuum, ita tex. in l. emptor ff. de nouat. & loquitur in fortioribus terminis, nam præcedebat contractus emptionis, in quo usuræ erant magis favorabiles probat Bar. & alij in l. alia ff. de nouat. & Capic. decis. 183. & maxime quia fuit cassatus contractus dotis, & extinctus, deinde fuit factus contractus mutui, & sic non remanent priuilegia Bal. in l. si eum s. qui iniuriarum ff. si quis caut.

Si vero est contractus dotis, & tunc idem quoniam licet quando non est expressa dies solutioni intelligatur à l. biennium l. fin. s. præterea C. de iur. dot. tamen ybi adest prouisio hominis, cessat prouisio legis, & sic attendetur dies appositus in contractu & quoniā eo die creditor est absens, & dicitur contracta mora per eum, & eius mora attenditur, sequitur decisio Bar. in l. de diuisione ff. sol. matr. quæ vult quod licet venerit dies, & maritus adimpleuerit ex parte sua, non tamen constituitur vxor in mora, si per maritum stat quo minus recipiat, dicitur stare per eum secundum terminos legis item illa, quando non fuit in loco. facit etiam d. decis. cōsis,

& tradit Afli. in d. decis. 316. quæ loquitur in emptione qui cōtractus est fauorabilior, & tñ quia nec fuit ibi creditor, sed tantum procurator sine sufficienti mandato debitor fuit absolutus ab interesse.

Et sic siue sit cōtractus mutui siue dotis, cessat mora, cessat interesse. Sed dato q̄ sit commissa mora, illa dicitur remissa per literas Ill. Ducis, nam primo dicit, se nunquam interpellasse, deinde q̄ nolebat molestare, sed expectare redditū Ill. Marchionis à curia Cesarea, & per hæc verba data intelligitur dilatio l. 3. s. temporalē ff. de except. per dilationem dicitur remissa præcedens mora l. si stipulatus sim mihi à proculo ff. de verb. obli. Bal. in l. accepta C. de vsu. q. 7. Bar. in l. emilius de minor. Roy. in cons. 155. vol. 5. Ias. in l. si ex legati causa col. fin. versi. secundo respondeo de verb. oblig.

4 Ulterius est remissa + per receptionem partis eius, super quo mora cōmissa prætenderetur l. de lege commissoria in tit. de lege commiss. idem Bar. in l. emilius idem Roy. in d. cons. 155.

Præterea & tertio maritus nō exi- gens dotem dicitur remittere usuras, siue interusurum si concurrant requi- sita + in l. procula ff. de probat. Bal. in 2. par. 3. partis principalis quæst. 10. ibi 3. fallit hic adsunt duo requisita, longinquitas temporis & coniunctio, & licet deficiat tertium, si tñ loco ter- tiij subsit æqualis præsumptio, proce- det d. dispositio vt consuluit Dec. cōs. 7. 9. ibi venio ad secundum.

In casu nostro in locum illius ter- tiæ præsumptionis adsunt infrascri- ptæ, prima est ea quæ colligitur ex beneficijs factis per Ill. Marchionem Ill. Duci, ex qua sequitur obligatio saltem ad antidota l. sed si lege ff. de pet. hæred.

Secunda declaratio Ducis q̄ noluit pe- tere vt nō daret ei molestiā, & sic vt es- set gratiodebitori, ex quo solo voluit

N n° 2 Bal.

Bal. induci remissionem per tex. in l. çum quidam §. diuus ff. de vsu. & licet hoc non sit probatum, & Bal. non dicat verum, saltem est potens præsumptio.

Tertia præsumptio est depositio vnius testis, qui deponit Duce remississe, & declarasse nolle interusurium, & sic inducit semiplenam probationem, quæ potentior est ea præsumptione, quæ insurgit ex sepius calcratione.

Quarta præsumptio est receptio partis, quæ ut supra conclusum est præsumptio, sed probatio remissionis.

Quinta est non præsumptio, sed probatio manifesta, quæ insurgit ex dilatione data, secundum comunem opinionem inducit veram remissionem; & sic cum in locum tertiaz præsumptionis adsint quinq; inter quas sunt semiplena, & plena probatio, ergo habet locum d. tex.

Et sic aut est mutuum, & non est probata mora, & non debetur interesse, aut est dos, & nequaquam, aut adest mora, & tunc intelligitur remissa, tum propter dilationem, quæ hoc operatur, secundum comunem: tum propter receptionem partis, quæ idem operatur: tum etiam quia concurrunt requisita, & pluraq; requisita cum in locum vnius leuis præsumptionis habeat probationem, quæ de se sufficit, & liabeamus semiplenam, & alias multas urgentiores præsumptiones.

#### ADDITIO N E S.

**A**D num. i. cum seq. ad confirmationem dictorum per meum Auum hic; quod debitor non sit in mora, quia non temebatur asportare pecuniam extra locum contractus, & ad alia sequentia; Addo Capitium decisi. 19, & ibi addita ad ipsum per recentiores, & Decium consl. 556. Alexan. consil. 172. nu. 4. vol. 2. & consl. 200. nu. 2. vol. 6. Corneus consl. 97. in fine vol. 3. Arctinum in §. præterea nu. 42. insti. de action. Socin. Iunior consil. 136. in 2. parte per doctrinam Pauli de Castro in l. item illa

in fine ff. de constituta pecunia, ultra restum in l. non nunquam §. i. ff. de eo quod certo loco, vide quæ congerit Vrfillus ad decis. Affi. 316. ubi habebis multas sententias similes in practica; & vide etiam Vinc. de Franchis decis. 227. quæ est ultima prime partis.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

#### SUMMARIUM.

- 1 Quandoq; praetulerit probatio negatiue alteri probationi affirmatiue, ut hic.
- 2 Venditor, qui vendidit seruum, quando teneatur actione redibitiua, ex quo seruus erat fugitiuus.
- 3 Dicta in pæfationibus, videntur repetita in sequentibus, signanter in contractu, qui simpliciter postea sequitur.

#### ALLEGATIO 73.

**Q**ui vendidit seruum: an & quando teneatur emptori actione redibitoria: si seruus esset fugitiuus: in materia, & intellectus tex. in l. quæro in fine ff. de edilitio ædicto.



**V**ESTIO huius servi inter magnificum, Io: Benedictum Ga- gliardum, & Magnificum Franciscum Mac- za, nullius erit difficultatis, si (ut opinor) Ma- gnifici iudicantes sequendo iuris re- gula, rem ipsam aduentent, quæ tres videtur dubitationes continere: Pri- ma erit, si hic seruus in posse vendito- ris potuit dici fugitiuus, & ex quo probatum est optimè per testes num- decem

- decem, q; nunquam fugit, nec potuisset fugere, quin vicini nescissent, quæ negatiua probabilis est, tum ex qualitate actus, qui semper solet sciri, & à Dominis publicè dici, tum etiam ex qualitate testium, qui tanquam vici-ni præsumuntur scire facta viciniorū.
1. Et ideo præualet probatio † talis negatiæ, etiam cum pauciori numero testium alteri probationi affirmatiue, sic tenet Luc. de Penn. in l. 1. col. 4. vers. & nota, quod licet duo probantes affirmatiua C. de fid. instru. Et quādo testis restringit se, quod actus non potuit fieri quando ipse sciisset, optime probat intentionem negantis, ultra Luc. ubi supra tenet Dec. cons. 94. in casu me trāsmisso in final. verb. Et licet prætendatur, quod quandoq; seruus prædictus à domo Magn. Frācisci recesserit, vt sic inferri velit ad fugam, tamen plenissimè doctum est per multos testes, quod talis discessus seruui fuit semper quando contingebat dominum irasci cum seruo, vel ipsum timere iram Domini, & ibat ad amicos domini, stans cum eis per diēs et tres, illosq; demum ducebat secum ad præcandum Dominum, ne in ipsum animaduerteret, & sic probata tali qualitate, seruus non possit dici fugitiuus, sic dicit tex. ad literam, in l. quis sic † fugitiuus. idem ait interrogatus, vers. sicuti, nec eum quidem de edil. edit. Et ex quo seruus sic à Domino recedens, non potest de iure dici, fugitiuus, licet Dominus teneat ipsum pro tali, & credat talem seruū sic discedentem fugisse, & conqueratur cum amicis, non per hoc seruus erit fugitiuus, postquam eius animus fugæ suspicione caret, à cuius animi effectu, fugitiuus iudicatur, ita dicit tex. in d.l. quis sit fugitiuus vers illud enim, quod plerumq; & in ead. l. §. idem ait, si seruus ibi, Animum enim fugitiuum facere, & bene probat tex. ff. de verb. sign. l. fugitiuus. Cum igitur talis seruus recedens non animo fugiendi, non possit fugitiuus censeri,
2. sic † fugitiuus. idem ait interrogatus, vers. sicuti, nec eum quidem de edil. edit. Et ex quo seruus sic à Domino recedens, non potest de iure dici, fugitiuus, licet Dominus teneat ipsum pro tali, & credat talem seruū sic discedentem fugisse, & conqueratur cum amicis, non per hoc seruus erit fugitiuus, postquam eius animus fugæ suspicione caret, à cuius animi effectu, fugitiuus iudicatur, ita dicit tex. in d.l. quis sit fugitiuus vers illud enim, quod plerumq; & in ead. l. §. idem ait, si seruus ibi, Animum enim fugitiuum facere, & bene probat tex. ff. de verb. sign. l. fugitiuus. Cum igitur talis seruus recedens non animo fugiendi, non possit fugitiuus censeri,

non erit talis si Dominus sic iudicet, postquā qualitas, & animus serui sua, dent fugitiuum quem esse vel non, ex quibus patet responsio ad omnes probationes Magn. Io. Benedicti, quod ipse Magn. Franciscus quandoq; fuerit conquestrus de fuga dicti serpi, & quod crediderit ipsum fugisse, nam licet quando seruus discedit à domo domini lustre credatur illum fugisse, si tamen seruus non fugit, & lex per illum actum non habet eum pro fugitiuo, opinio domini non faciet eum talem per prædicta, & quod seruus prædictus in eius examine dixerit se fugisse absq; animo reuertendi, vt ex hoc velit credi eius dicto iuxta l. quæro in fin. de edilit. edict. dicitur id nullo modo obstat, vt qualitas fugie probata censeatur, nam licet non tuerint seruati termini d.l. quæro, quæ lubet seruum inuenientum debere mox interrogari, & nō postquam venit ad manus domini mota lite, & quando de isto solo puncto tractabatur, si seruus fugerat quando erat primi domini, quo casu stante causæ affectione potuisset à domino instrui, Adhuc tamen dicta lex non intelligitur sic indistincte, debent enim concurrere indicia fugæ, & quod seruus cum tormentis interrogetur, quando queritur eius depositio contra primum dominum, facit C. de seru. fugit. l. quicunq; in fine, & ita hanc materiam intelligit Innoc. in c. cum dilecti in glo. in vers. responsione; Ibi nec valet horum dictum extra de accusat. & Alex. qui alios multos allegat in l. 2. §. si absens, ibi. Item per istam Glos. dicit Paul. ff. si ex noxa. cau. aga. qui dicit hanc esse veram opinionem, quod nō sufficiat dictum serui, sed requisatur alia semiplena probatio, vel depositio serui cum tortura quicquid dixerit Pau. de Cast. in d. l. quicunq; & in l. seruos C. de testi. & considerent Domini iudicantes, quod haec fuit vera mens iurisconsulti, in d.l. quæro, qui noluit confidere in dicto serui postq; ad

ad manus domini venit timor con-  
cussionis domini , sed iussit statim  
postquam inuentus est debere inter-  
rogari, & tunc nec isto solo fuit con-  
tentia lex, sed requirit inditia prioris  
fugæ , vt ex hijs omnibus postquam  
non apparet de fugæ inditio s. q̄ vere  
fugitiuus fuerit , postquam non sunt  
seruati termini d. l. quæro, postquam  
sine tortura alias credi non debet, me-  
rito cōcludatur seruum non fuisse fu-  
gitiuum, ex quo infertur, q̄ postquā  
Magn. Franciscus non potuisset verè  
affirmare talem eius seruum fuisse fu-  
gitiuum, quia non erat, & sic non po-  
terat scire talem qualitatem, asserens  
in venditione, quod nolebat de fugæ  
vitio teneri , & sic casum istum exci-  
piens non debet molestari , si fugit  
seruus prædictus.sic dicit tex. in l. quæ  
ritur in §. si venditor de edilit. edi.  
Conuentum enim sic fuit , ita vt non  
debeat displicere Magn. Io. Benedi-  
cto , postquam Instrumentum vendi-  
tionis acceptauit cū tali exceptione  
in qua Magn. Franciscus venditor in  
aulo fuit dolo versatus. Tacens quod  
sciebat, quæ scientia venditoris, & ta-  
citurnitas vicij consideratur, vt in d.  
§. si venditor, & tenet Alex. ff. de  
verbis. oblig. in l. si cum aliter in fin.  
vers. ultimo tenementi. Ibi prædicta  
intelligunt in venditore scientia, alias  
secus, & postquā scientia magn. ven-  
ditoris , quod seruus fuerit fugitiuus,  
erat fundamentum intentionis ipsius  
Magn. Ioan. Benedicti, debuit ab eo  
formiter probari maxime quia alle-  
gant scientiā alterius habet præsum-  
ptionem iuris contra se ff. de probat.  
l. verius. Et quia ex hac scientia ar-  
guitur dolus venditoris, & dolus in-  
calescit delicto, non sufficit tali casu  
probatio per cōiecturas per iura vul-  
garia. Nam quod seruus recesserit à  
domo venditoris, & hoc vēditor sci-  
uerit, & dixerit ēt pluries, si vere ser-  
uus fugitiuus nō est, per hoc nō effici-  
tur talis per prædicta , & considerent  
Dñi Iudicantes sinceritatem vendi-

toris, qui aperuir emptori factum,  
prout vere semper acciderat.

Et quia dixit nolle teneri, & sic ex-  
ceptus est casus fuge, non obstat, q̄  
fuerit in præstationibus dictum, qui  
postquā contractus incontinenti fuit  
celebratus, illud dictum in præfatio-

nibus videtur repetitum + nec cen-  
cetur recessum à tractatu in præfatio-  
nibus per cōtractum , qui simpliciter  
sequitur, tex. est vulg. ff. de pæctis l.  
item quia, §. fin. in quo punto ne in-  
morer in scribēdo quotas poterit vi-  
deri Tiraquell. in retract. Conuent. §.  
7. q. 4. Ibi in fortioribus casibus id  
tenet allegando innumeros Docto. &  
textus. Ut ex prædictis omnibus vi-  
deatur res expedita in fauorem ipsius  
Māgn. Francisci quod ad pñsam fugā,  
si vero prætendatur redhibitio ex ca-  
pite morbi, vel rixæ , processus non  
adiuuat Magn. auctorem, & ita credo  
Iudicaturos Magnific. Dominos de  
Magna Curia, & equalance inspecktua-  
ros iura vtriusq; partis.

Ad dubium, quod nouissime audio  
fieri per Magn. Io. Benedictum Ga-  
gliardum, quod seruus redhiberi de-  
bet etiā ex capite, quia fur, Respon-  
deo primo non esse in facto probatum  
fuisse furē, nec in domo Magn. Fran-  
cisci venditoris, nec in eius posse , q̄  
enim aufugerit cum equo, appareat  
accidisse, vt maiorem fugiendi cōmo-  
ditatem haberet, nec contractauit  
equum, Imo dimisit eum pñnes quē-  
dam in processu deductum, sed pos-  
to, quod fuisset probata qualitas fu-  
randi, ad huc dico, quod in redhibito-  
ria non venit vitium furti, casus est in  
l. si furtum ff. de ædil. edict. Nec ob-  
stat tex. in l. Julianus in vers. quid ta-  
men si ignorauit ff. de auctio. empti.  
quia in illo tex. aderat dolus vendito-  
ris, saltim pro extorquendo maiori  
præcio , & ideo dicebat venditor in  
casu illius l. quod seruus erat frugi, &  
bonus, quia hæc siebant, vt carius vē-  
deret, prout expresse considerat tex.  
ibi, & caro etiā vendidit, meritò con-  
claudi.

cluditur, quod teneatur venditor, q̄ verba cumulabat in fraudem, ceterū si nō interuenissent verba, ad dictum effectum, non obligaretur venditor profure, ut in d. l. in §. item qui furem, hic **Magnificus Franciscus** venditor antequam remanisset in incantu sibi seruus nil dixit **Magnifico Galliardū**, quem non noscebat, & si dixit serum esse bonum, verum dixit, postquam non probatur, quod in domo venditoris furtum aliquod commiserat, quo casu non poterat cadere ignorancia, ex quo bene sciebat venditor serum non esse furem, postquam in eius domo fuerat legalissimus, & ita tex. in d. l. Julianus bene consideratum est in favorem dicti **Magnifici Francisci**.

Nec obstat similiter, quod alias dicebatur verba dicta à **Magnifico Francisco**, quando excepit casum fugæ nō fuisse acceptata à **Magnifico Io: Benedicto**, quia licet Testes presupponat, sic fuisse remansim; Tamen sufficit taciturnitas **Magnifici Adversarij**, postquam **Magnificus Franciscus** tractabat de eximendo se ab obligatione, Quo casu tacens consentit. Ita Fely n. pulchrè in c. cum M. Ferrariensis n. 38. ibi fallit quarto, vbi ille extra de Constitutione.

Nec serviet consideratio, quam audiō fieri, ut exceptio casus fuge intelligatur rātummodo de fuga post dies quadraginta, & sic venditio intelligatur facta secundum consuetudinem Neap. quæ obligat in dies quadraginta, & ipsi lapsis non teneatur, quia postquam **Magnificus Ioannes Benedictus** petebat indistinctè venditore teneri de fuga; & venditor sic simpli-citer, & indistinctè dixit, nolle tene ri, sub hac generali responfione venditoris compræhenditur omnis fuga, quæ posset considerari, ex quo omnem fugam sunt acta verba comprehendere, ita in his terminis considerat Lof. fred. consil. 35. in princ. ibi Nam, & si Paulus, qui multa ad hoc allegar,

imp̄ter sibi emptor, quod clarius nō fuit loquutus, & admisit exceptionem casus fugæ sic generale.

## ADDITIONES.

**Q**via tota allegatio mei cui stat fundata super intellectu, & materia tex. in l. q̄o in fine ff. de edilitio edito: Addo ad illum tex. Paulum de Castr. in consil. 33. & consil. 35. incip. priusquam, & bene facit tex. in l. magis, §. ne tñ ff. de reb. eor. & specul. in tit. de testibus, §. nunc tractandum, vers. hoc autem in fine glos. 4. q. 3. §. item Bald. in consil. 209. Paul. de Castr. in l. 2. §. si absens in glos. Ibi & forte, ff. si ex noxali causa agatur.

Abb. Io : Hier. de Mauro.

## SUMMARIUM.

- 1 *De uoluto territorij emphiteu-tici ad monasterium ex tripli-ci capite, scilicet propter sollem-nitates non adhibitas, & quia erat facta alienatio in manus mortuas, & ratione linea-finitæ.*
- 2 *Affensus directi domini rei em-phiteotice propter quatuor requiri debet.*
- 3 *Noqua qualitas importat nouum concessionem.*

## ALLEGATIO 74.

**Q**uibus ex causis deuolu-tur emphiteusis ad ecclesiā.



**V**IDA M de Constan-tio vendunt Abbati Nicolao de Jugnanis stipulanti tam pro se, quam pro Christofaro fratre, & filijs, & hære-dibus ex eius recta linea descendenti-bus

bus quoddam territorium, quod erat redditum dicto monasterio sub natura emphiteotica per instrumentum venditionis fol. 158.

Assentit Ecclesia secundum proprium stilum fol. 162. Mortuo Nicolao, & Christofaro fratre, succedunt filii v3. Abbas Felix, Marcus, & Sebastianus de lugmanis, qui omnes recognoverunt Monasterium, sicut patet ex eorum assertione fol. 95. & fol. 128. a ter. ac demum Abbas Felix factus dominus totius Territorij, illud donavit causa mortis hospitale Sanctae Mariæ Annuntiatæ de Capua legatur testamentum, fol. 69. & proprie fol. 100.

In Curia Capuana fuit actum pro parte Monasterij ad devolutionem i<sup>t</sup> istius territorij ex duplice capite, v3. propter sollemnitates non adhibitas, & quia erat facta alienatio in manus mortuas in causa appellatio- nis, fuit additum tertium caput linea, scilicet extinctæ ipsius Abbatis Felicis, territorium hodie possidetur per hospitale, & non negatur prout patet ex artic. partis fol. 54. art. 3. ac etiam ex depositione plurium yconomorum super 8. fol. 33. a ter. 34. & 35.

Ex omnibus dictis tribus capitibus immo ex altero ipsorum obtinere debet Monasterium & Curia Capuana minus bene prouidit, postquam res, de qua agitur, negari non potest quin fuerit inutili, & directo domino Ecclesiæ, & hodie reperiatur in posse alterius, quo ad utile dominiū, nisi doceatur de valido primordio tituli, dici debet res indebet alienata, & proinde reintegranda monasterio, toto titulo de rebus eccles. non alien. & in c. sine exceptione 12. q. 2. cum alijs multis.

Secundo dato quod res ad monasterium reintegrari non debeat ex precedenti capite, quia tamen fuit alienata, & tradita absque monasterij consensu, immo nec cū illius reservatione, declarari debet ex hoc capite deuoluta,

nec obstat, quod sicut res emphiteo- tica poterat donari sine assensu, vt di- cit glos. in l. fin. in princ. in versalijs vendere C. de iure emphit. eodem modo potuit legare, iam quod lega- tum, donatio est ff. de leg. i. l. lega-

2 tum, nam dicitur ex aduerso + quod requisitio Dñi pro assensu, fit pro al- tero de duobus respectibus. Primo vt dñs deliberet, si velit rem pro se, & sic preferri, & ad istum finem fa- teor quod res emphiteotica possit do- nari sine assensu, quis enim dominus directus esset tam fatuus, vt nolit semper preferri in donatione: altero respectu, vt dominus sciat suum em- phiteotam, & si velit, vel noluit con- sentire ratione persone, vt esset in ca- su nostro, quia Ecclesia, item vt in- ducat nouū emphiteutam in posses- sionem, rursus, vt habeat laudemii, & demum vt sciat à quo censum pe- rat, & istis respectibus requiri, & ex- pectari assensum Domini, ita pulcrè distinguit Aret. cons. 41. diligenter, & mature, quis dubitat in casu no- stro, quod nedum assensus monaste- rij requisitus non fuit, verum nec re- seruatus, & quod peius est nullo as- sensu domini impetrato transfertur dominium, & possessio in ecclesiam legatariam, tum ex vi legati; quod transit recta via mortuo testatore, & eius hereditate adita. ff. de fur. l. à titio, tum etiam ex qualitate ecclie- siæ, in quam transit possessio sine tra- ditione C. de sacro sanct. eccles. l. fin. Ex hoc fit vt nulla sit excusatio alienantis, & recipientis, & si ista non admittimus, servirent de vento præ- rogatiq; directi dominij 3. quomodo dubitari poterit ex hoc 3. capite li- neæ finitæ rem deuoluti ad monaste- rium. non n. est dubium, assensum Mo- nasterij fuisse præstitum pro recipien- tibus, ac filijs, seu descendantibus ex recta linea; Hodie Abbas Felix, qui moritur non habet, nec habere potest huiusmodi descendentes, merito pro- cedit deuolutio, notat Alex. in l. etiā ff. solut.

ff. solut. matrim. & omnes in s. si vaxallus, in tit. hic finitur lex, etiam qā sic consuevit Monasterium concede-re, & conse-tire, vt de hoc solito sūt producta plura instrumenta, fol. 88. 91. 111. 112. & isto casu, quia verba assensus non dicunt pro recipiente, & descendantibus ex corpore, sed ex re Etā linea frater non succedit fratri, qā verē de linea fratris nō est cum linea consideretur sursum, & deorsum, Dec. multa super hoc cumulat consilio 379, requisitus pro cons. & Soccin. Iun. cons. 20. num. 14. vol. 1.

Consideretur vltierius, quod post-quam Abbas Felix erat vnu ex filijs Chrystophani, quando disponit de to ta emphiteusi, cuius tamē tertia pars sola erat sua pro reliquis duabus partibus nullatenus disponere potest, cū moriatur sine descendantibus per. li-neam, & illæ dūae partes quas ipse ac quisuit à fratribus, sicut in fratum persona fuissent antiquæ, in eius tamē persona sunt nouæ, ita Napod. in consuet. si quis, vel si qua in verbo obuenerunt prima col. & alibi in con-suetudine si aliquis moriens, in vers. obuenientibus, & in his terminis idē Socc. Iun. d. cons. 20. num. 25. & 26. & sic duabus partibus nulla videtur du-bietas.

Nec esset vanum tenere in casu no stro ex alio capite totam rem deuolu-tam, postquam ab initio quando emit Abbas Nicolaus ab illis de constan-tio, fuit præstitus assensus pro se, & Chrystoporo, & eius filijs, hoc fuit alterare solitum Monasterij, quod erat assentire pro recipiente, & descē-dentibus ex recta linea, etiam quod addebatur noua qualitas + fiebat noua emphiteysis, & proinde solus præ-latus non potuit facere sine debit is sollemnitatis, hoc tenet Alex. in d. l. etiam, col. 2. & in consil. 5. si vera sunt col. 4. num. 78. vol. 5. & quod di- Etā noua qualitas importet nouam cō-cessionem, tenet Afflct. decis. 112. & Loffred. cons. 8. quam solus cella-

rarius facere non potuit, licet veterē confirmare potuerit in cap. primo s. personam, per quos fiat inuestitura, & cellararius qui est procurator Mona-sterij non potuit consentiendo exce-dere solitum, quod sibi videtur de-mandatum ff. de pignor. act. l. vel vni uersorum, & tenent omnes in præsta-tione assensus in c. imperialem.

### ADDITIVES

**A**d num. 3. Ad confirmationem di-  
cōrum per meum Auum hic, quod vbi ad  
ditur noua qualitas, fit noua emphiteysis  
vide Afflct. in constitutione Regni cum  
circa iusticie, vbi limitat non esse nouum  
feudum, nisi quo ad illam nouam qualiti-  
atem additam, sed in alijs remanet feu-  
dum antiquum, concordat Dec. cons. 53.  
placeat mihi, & consil. 193. pro tenui fa-  
cilitate, & consil. 185. in causa Boer. de-  
cis. 78. Addo etiam, quod nona qualitas  
addita non alterat feudum antiquum in  
præiuditium tertij. ita Bald. in cap. primo  
in cit. de vaxall. decrep. etati quem se-  
quuntur Dec. cons. 79.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

### SUMMARY.

- 1 Pater, qui habuit facultatem à Rege nominare successorem in officio, per quæ verba censeatur nominasse filium.
- 2 Secunda nominatio non tenet in præiuditium primi.
- 3 Nominatio, quæ fit accepta pecunia non valet, quia officia non possunt vendi, e.g. nu. 4.
- 4 Habens potestatem eligen-di officialem, si semel elegit, e.g. electio non tenet, poterit iterum eligere.
- 5 Datio fidei habet vim iura-menti.

Oo ALLE.

## ALLEGATIO 75.

**H**abens facultatem nominā di à Rege successorem in of ficio per quæ verba censemur no minasse filium.

**V**T iudicari possit in fa uorem Domini Dio medis , quatuor sunt principaliter discutiē da , primo numquid ex deductis fūdata sit intentio ipsius circa nominationem factam à Patre in sui persona, secundo , an processus sit in structus modo tali, vt ex eis possit de clarari fuisse Don Diomedem nomi natum , tertio , quæ sit ratio habenda denominatione quæ facta præeditur in personam magoifici Ascanij de Pal merio, quarto & ultimo , dato quod posset prætendi processum esse compi latum circa promissionem denomi nando tantum, ita vt non possit iudi cari super nominatione facta , & data inualiditate nominationis factæ dicti Ascanij , possit præcisè condemnari Dominus Don Troilus pater ad no minandum iam quod habet facultatē .

Quo ad primum, quod dici debeat facta nominatio , potest præmitti , q̄ quando inter patrem , & filium Res agitur, lex contenta est omni verbo rū lœuitate, vt ex eis inducta dicatur dispositio , & q̄ inter alias personas concludentiorē desiderabat disposi tionem , & illam validam inter patrē , & filiū sufficit longe leuius, inde si pa ter in testamento vxore hærede insti tuta dixerit non dubitare se quæcūq; vxor eius cœpisset ex testamento libe ris redditurā , ex his verbis inductum est fideicomissū ff. de leg. 2 l. vnum ex familia ſ. itē Marcus accedat ex tex. notab. in l. codicillis, ſ. matre eod. tit. & in l. Pamphilo in princ. vbi sunt no tab. & similia verba , de leg. 3. & alibi lex obligat filium, vt impleat volun-

tatem Patris, quocūq; modo illa pos fit colligi ff. de fideicom. liber. l. in teftamēto ibi pios tñ filios , & facit tex. in l. cū pater ſ. filius matrem de leg. 2. confert etiam tex. in l. hac consultiſi mas ſ. ex imperfecto C. de testamentis & hoc totum pendet ab ea coniectu ra , quā lex merito sumet ex paterna voluntate, bonus tex. in d.l. cum pa ter ſ. euictis, & alibi videmus, quod ſi quis donat Titio bona ſua , reſeruatis centum , de quibus valeat diſponere ſi moritur absq; alia diſpoſitione, fin git lex, q̄ diſpoſuerit in eos, qui ab in testato erāt ei ſuccelluri, ita Bal. nou. in repet. l. cum filio fam. de leg. primo allegat tex. notab. in l. conſciuntur de iure codicill. vbi dicit glos. in ver bo quoniam quod iſtud adeo lex fin git , vt nō poſſit probare contrarium.

I Aduertatur modo in facto ; quod Dō Troylus pater habebat à Sua Ma ieſtate priuilegiū nominandi ſibi ſuc ceſſore in officijs dum vult vxorem dare Don Francisco filio, facit, vt Dō Diomedes renunciet iuribus vitæ , & militiæ, ac legitimæ cōpetentibus ſu per bonis paternis, & hoc fuit in Anno 1546. post hoc promittit filiū exer cere officia, vt eius ſubſtitutus impe trata licētia Proregis ēt exercuit Dō Diomedes , procurando utilia multa in augumentū officiorū fecit hæc omnia patre permittēte, ſequitur poſtea in Anno 1549. promiſſio, quam fecit Don Diomedes deſoluendo ducatos quingentos in beneficium eius, cui pater diſpoſuſſet , & hoc intuitu di ſtorum officiorū, quæ omnia ex ſcrip turis publicis demonſtrata ſunt, quid aliud inferendū erit ex prædictis quā quod Pater in filium de his officijs di ſpoſuerit, poſtquam nil ei ſupererat , quod Don Diomedi filio relinquere poſtuſſet præter officia , ita vt pro ſequalitate ſeruanda præſumitur per fecta diſpositio, quæ alias non præ ſumeretur , & ideo dixit Bartol. in l. ſi pater de donat. q̄ ſi pater adhibet filium ad ſtipulandum rem aliquam, præſu.

præsumitur donare si numerus filiorum, & modicitas patrimonij aliud non suaderet, allegat bonum rex. in l. quæsumum. idem Papianus, vbi Glosia vers. extimatis ff. de fund. instruc. & hoc quia præsumit lex patrem inter filios amare & qualitatem.

Augent prædicta paternæ literæ, per quas ne dum declaratio voluntatis, sed dispositio inducta censeri debet, & primo illæ, quæ sunt fol. 8. in 2. proc. scriptæ die 1. Iulij 1555. in quibus legitur, non te falterà lo que tengo, & t'ho dato, notissimum n. est in facto, q̄ Don Troylo Patri, tempore harum literarū nil supererat; quā officia, de quibus agitur, ergo illud verbum, t'ho dato lo que tengo, postquā ad aliud referri nō potest, quam ad officia, haberi debet, ac si specificè de illis fuisset locutus bonus rex. in l. fundus qui locatus ff. de fund. instr. est gl. notab. in l. si quis in fundi vocabulo in fine, in verbo ab omnibus de l. 1. & faciunt ea, quæ Bald. notat per dictā l. fundus in l. si ita scripsisset de leg. 2.

Nec dicatur, quod illa verba sequentia v3. che te li hō dati, & promessi, turbant præcedentem sensum, quando inseratur verbum promissionis, quia postquam præcedebant verba inducentia dispositionem perfectam vt supra, & alia quæ sequuntur etiam apta sunt compræhendere, idē illud verbum promessi mutabit naturā, & præualebit sensus collectus ex alijs pluribus verbis, facit bonus rex. in l. donationes in concubinam. species ff. de donat. vbi mater si dando rem filiæ, dixerit ad vsum filiæ præualeat, quod est potentius, & videtur donata proprietas non vslus simile ff. dealim. & cibar. leg. 4. præcedebant in causa isto tota argumenta, quod Pater iā volebat filium nominare in officijs, immo se viuente oneribus officiorū illum præposuerat, sequuntur postea verba expressè declarantia, donasse, merito illud verbum de promissione impro priatar sicut dicimus de vsl-

rario, qui dixit debitori suo, dono tibi vsluras, illud verbum dono seruiet principali proposito, & intelligetur restituо, secundum Bal. in l. fin. in fine C. de vslur. qui allegat l. si vno ff. locati, & dicit idem Bald. in l. qui se Patris x. col. vers. & scias C. vnde lib. quod si Rex accepta pecunia pro feudo dicat feudatario donamus, seu indulcemos, non per hoc intelligitur esse aliud, quam emptio, & venditio certe si non præcessissent tota argumēta, & publicæ scripturæ, quæ aptæ sunt inducere dispensationem vel animum ad disponendum verba dicta rum literarum, possent ad alium sensum trahi, illa præcedentia declarant ista, & è contra iuribus vulgaribus.

Accedant prædictis verba aliarum literarum, ibi diuerissi fatigare per la quiete tua, per che non ti manca à vivere, & rursus. Il fatto della compagnia, poiche ha da essere la tua, quæ verba, repetuntur in alijs literis sequentibus, & quod per ea in favorem filii inducta sit dispositio, est casus in l. titia. titia cum nuberet ibi, erunt n. post mortem eius de leg. 1. quæ rogo videantur.

Nec dicatur, quod Don Troylus pater in hac voluntate non perseverauit, ex quo alterum nominauit, quia si prædicta vera sunt, q̄ ex eis inducta sit dispositio in favorem Don Diomedis, ergo satisfactum est dispositioni Regiae, q̄ possit nominare proprium filiū in primo actu, ff. de verbo signif. leg. boues. hoc sermone & merito 2. non tenet, & iuri quæsito non potuit præiudicare.

Quo ad secundum caput, dico q̄ postquam agitur præsens causa corā illistris. Prorege, & in Regno proceditur in causis sola facti veritate inspecta. S. Maiestas ordinauit capi debere informationē de eo, q̄ tractatū erat circa exposita, vt potuisset puideri de iustitia, & cōuenientia sup quo sit secundus processus, oīa cōtēta in 1. processu sūt p̄ ducta in 2. & pars nō cōtradixit, et de

niq; ista duo iudicia promisisse nominare, & nominasse habent se inuicē, vt vnu videatur esse iuxta aliud, nō obstante, q̄ processus ceptus sit super promissione de nominando, poterit declarari nominationem esse factam, omnia prædicta colliguntur ex notatis per Imol. post Butr. in c. licet He-li de Simon.

Prædicta sufficerent, vt obtineret Don Diomedes, sed vt facilius id fieri possit, considero ulterius circa tertium caput, quod nominatio, quæ prætenditur facta in personam Ascanij de Palmerio iudicari debet nullius momenti, & ultra optimè considerata per dominos primo consulentes: Aduerto quod licentia Regis, vt Don Troylus possit sibi nominare successorem in officijs intelligenda est secundum naturam officiorum, vt si possit de illis disponere, nominando, pro vt eorū natura patitur C. de pact. l. fin. sic dicunt Moderni, quando Rex assentit, vt quis de feudo testari possit, iste assensus regulatur ab actu, allegat C. de Testi. l. omnium, & alibi Regis assensus intelligendus est, pro vt ius intelligit, Andr. in c. primo 6. colum. qui succes. tenean. Natura officiorum 3 f̄ hæc erat, vt pro eis habendis pecunia non soluatur, verat hoc lex Iulia ambitus, verat insuper Pragmatica Caroli, vt sic Don Troylus de officijs disponere non poterat alio modo, quam illorum natura patiebatur.

Rufus ista licentia Regis haberi debet pro dispensatione, verabat lex officia ad hæredes transire ff. de fidei. ius. tut. l. prima vbi Bart. ff. de arbitr. l. in compromissis Bart. in l. 2. §. sed, & si quis num. 8. C. comunia de leg. quia igitur relaxat Rex id quod ius comune vetabat, meritò dispensatio dici debet, vt dicit Innoc. in c. dilectus, de tempor. ordin. & proinde strictè intelligenda, vt nō debeat extendi de casu, ad casum, bonus rex. in c. primo, & 2. de fil. præsb. & dicunt Io: Andr. Brut. & Iano in d. c. primo,

quod si Episcopus dispensat cum monaco ad beneficium curatum, non extenditur ad simplex, quamvis in simplici posset maior ratio dispensandi:

Advertatur modo Don Troylus habens à Rege facultatem nominandi i. donandi gratiōsē, debebat simpliciter non cum onere, non cum conditione donare, quia ea donatio non erat ff. de donat. l. prima & l. Aquilius Regulus & leg. si pater, quæ iura sunt notabilia in hoc passu, & alibi Bald. in c. Imperiale 5. col. ibi quæro si vassallo cōcessum est, dicit quod si Rex dat alicui licentiam donandi non poterit causa mortis donare allegat de donat. l. filius nedum hoc non fecit, sed vendidit f̄ ex quo habens filiam dedit genero officia, vt filiam dotaret, occultauit vnum actum, qui aperte fieti non poterat dare in dotem officia extimata, fingit per viam nominationis velle officia transferre non translaturus, si in eadem apoca gener filiam non dotaret, ita, vt hoc videatur inesse C. de pact. l. petens, dedit genero in dotem officia, quod facere non poterat, sicut nec vendere, bonus est rex. in l. lege ff. ad legem flauiam de Plagiar. ff. de librali causa l. si iussu. l. 1. ff. quand. act. de pec. annalis sit l. 1. l. in annali sit ff de action. & oblig. l. ex promissione. præmium quod promittit Ascanius pro officijs est certum, & in dubio vbi cunq; præmium certum interuenit, præsumit lex venditionem fieri sing. glos. in l. cum dotem, in vers. quis. n. C. de iur. dot. & sic Regis voluntas reperiatur circumuenta, dum indulxit offici donari, quæ postea venduntur, vt dixi.

Audio Magnificum Ascanium prætendere ista potuisse fieri eo sub prætextu, quod alias vidimus tolerari nominationem factam à Præceptore funato cum onere soluendi ducatos mille, & alibi Illustrissimum Ducem populi donasse statum ex Regia dispensatione, & tamien donatarij promitterebant

tebant duc. sc. m. vt sic in isto casu, etiam quia Rex voluit, vt in officijs predictis possit Don Troylus sibi haereditem facere, vt ex hoc, sicut dicimus in feudo haereditario poterit haeres futurus grauari.

Ista exempla in aliquo mouere non debent illustriss. Proregem, vt potest nihil ad rem facientia postquam ut premisi, licentia haec Regis noluit alterare naturam actus super quo illam interposuit: In feudis, quae haereditaria sunt, ea erat natura, vt moriens feudatarius posset successorem grauare, etiam vique ad verum feudi valorem, reseruata legitima Moder. in c. i. an agnat. & in cap. i. de success. feud. quando feudatarius non habet successorem, & Rex dispensat vt habeat, nimirum debet hunc habere, pro ut habuisset alium verum, Iste successor subrogatus debet esse eiusdem naturae sed in officijs, quae potest esse ista conformitas, vetat lex officia emi, quod erat directa via prohitum debet pariter dici, & indirecta, ff. ad l. falcid. l. seius. & augerius, si Rex noster Serenissimus qui habet ex principio, & verusta consuetudine in suo Regno nominare prælatos in beneficijs vellet pecunia intercedente facere, dicemus, quod posset? certe non? quia repugnat natura rei, non repugnat impositio pensionis, quae regularis esse solet in beneficijs, vt sic similia exempla non teneant, & quia Don Troylus habens potestatem faciendi sibi haereditem in ultima voluntate, id non fecit, sed per viam contractus inter viuos nominavit, si potuisset vti heredem grauare, quod non fateor, illud non fecit hoc, quod voluit per actum inter viuos, non potuit, merito aptatur regula l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi.

Nec mouet me exemplum funati, Primo quia quis reuelauit parti illud non potuisse fieri potius inspecta qualitate legatarij, qui erat hospitale Annuntiatæ Neap. quam quod rigor iu-

ris ita suassisset: exemplis non est indicandum, sed aduertatur secundo officium Præceptoris potuisse vendi pro ducatis quinque mille, si successor nominatus soluebat mille, non dicebatur emere, quia gratia exuberabat sic dicimus in feudo, vt illa dicatur beniuola actio, dato qd pro eo servititia prestantur, pulchre dicit Bald. in prælud. feud. col. 4. dum allegat l. Titius puerum de obsequi, arguitur semper ex eo, quod maius est, faciunt notat per Bart. in l. aristo de donat. isto casu pro officijs soluebantur ducati sex mille merito nulla deberet esse pro portio.

Aliud insuper impedit validitatē huius prætensiæ nominationis, nam aut gener poterat nominari, filio non existente, vt suadere posset ordo literæ, per tex. in l. quoties de vslfr. iuncta coniectura pietatis, quam credere debebat Rex esse in Paire, per tex. in d.l. cum pater, S. euictis, & res est expedita, aut potuisset ab initio nominare generum, & ista qualitas in esse debebat tempore quo fiebat nominatio, vt dicimus in refutatione, quae fit filio proxime successuro, quod haec qualitas inesse debebat tempore refutationis secundum Modern. in l. Imperiale car. 30. col. 3. in fin. vbi allegat Napod. in Consuet. si qua moriens, in vers. tamen ista qualitas generi requirebatur tempore donationis non est verificata. nec erat vere gener, merito ruit nominatio, & dato qd postea nuptiæ sequuntæ sint, ita vt illa futuri destinatio matrimonij haberi debeat pro vero matrimonio, quia hoc erat per fictionem, & nos sumus in dispensatione, quae odio sa est, vt fundaui, merito non fiet extensio. de casu vero ad fictum, vt plura in hoc considerat Loffred. in cons. 7. col. 5. ad interpretationem capit. volentes.

Considero ulterius, quod S. Maestas dat licentiam nominandi, Don Troylus habet masculos, & feminas

**ex legitimo matrimonio ista erat iusta soboles, censendum est, quod de illa sensit Rex, cum præsertim D. Troylus habuerat à socero si fuisset interrogatus Rex quod pater volebat illi iustæ soboli præferre non similem certè non sic largè indulsisset, meritò haberri debet hoc pro expresso, gloſ. in l. tale pactum ff. de pactis, vt ex his potuit in hoc capite concludi talem nominationem nullius debere esse momenti.**

**Ex prædictis poterit inferri, quod postquam Don Troylus, qui habebat potestatem nominandi nulliter illam exercuit, habet iterum nominandi facultatem, nec illa dispositio illâ consumpsit + licet data facultas verificari debet in primo actu, tex. est notab. in l. hæc conditio la prima ff. de condit. & demonstr. vbi Alber. in spe cie dicit, quod habens facultatem eligendi officialem, si semel elegit, & ele ctio non tenet, poterit iterum eligerre, & de hoc est particularis tex. in l. 2. ibi data igitur optione ff. de opin. leg. vbi si cui legatur optio serui, & optauerit alienum non consumitur facultas optandi, quæ alias in prima optione valida consumebatur, per tex. apud aufidium eod. tit. de optio. leg. Siergo Don Troylus habuit potestatem nominandi, & nominavit nulliter non expirat eius facultas, ita in specie in his terminis tenet Dec. in c. in litteris 2. col. Ibi quinta conclusio supra tacta de offic. delegati, & ante ipsum hoc tenuit Ant. de Putr. col. 2. ibi in actionibus autem extra iudicia libus, qui post multa sequendo Innoc. in 3. col. ibi nisi dicas speciale esse dicit, quod in huiusmodi concessionibus, & beneficijs Principum videtur Princeps mandando cogitare de effetauli promissione, non de ea, quæ sonat in solum factum, ne gratia frustra retur.**

**Modo circa ultimum caput, an statibus prædictis possit Don Troylus præcisè condemnari ad nominandum**

**Don Diomedem, iam quod' habet facultatem, satis videtur hoc fundatum per dominū primo consulentem post quam aut est promissio faciendi, & quia hoc interest Don Diomedis habere officium, quorum nominatio id est in posse promittentis, nec habet aliud satisfaciendi modum debent vitari circuitus, & proinde possit prouideri q̄ infra tot dies nominet, alias facta intelligatur, aut hæc promissio non continet merum factum, & tunc ista petitio Don Diomedis erit securior, vt teneatur cum effectu nominare.**

**6 Vnum insuper rogo aduertatur + Don Troylus pater dedit iam fidem Illusterrimo Don Petro de Toledo de nominando in officijs Don Diomedem, quæ datio fidei habet vim iuramenti, vt notatur in c. pen. de iure jurando, refert Afflict. decil. 389. vt ex hoc possit inferri commode, quod postquam iurauit nominare tenetur præcisè Glosella in l. si pecuniam in uerbo necesse, de condit. ob causam.**

#### ADDITIONES.

**A**D numerum quintum, ad confirmationem dictorum per meum Auum hic, q̄ facultas nominandi in officio per Regem concessa non expiret in prima nominatione, quæ non habuit effectum sed potest variare latè firmat Io. Vincen. de Ann. in allegat. 139. nu. 27. vñq; ad finem, & ibi Regius Cons. Fab. de Ann. multos congerit.

*Abb. Io. Hier. de Mauro.*

#### SUMMARYM.

- 1 *Pater naturalis potest recipere emphiteusim pro filio naturali.*
- 2 *Quando concessio in emphiteusim fundatur ex causis, que veræ nō sunt, corruit concessio.*

*3 Clau-*

3. *Clausula constituti, et precasta non operatur effectum, quando plura specialia cocurrunt.*
4. *Notarius quando possit stipulari pro absente.*
5. *Quando in contractu concessio nis in emphiteusim pater stipulatur pro filio naturali, vel spurio, et in concessione non est admista persona patris, tunc pater non potest stipulari pro filio naturali.*
6. *Spurius non est capax donatio nis paterna.*

### ALLEGATIO 76.

**D**e concessione in emphiteusim filio spurio facta.

**P**RAESVPPONITVR in facto, quod Christophanus Episcopus de villa Arzaniagēs in humanis submiserit quādam eius terram Hieronymo de Alexandro pro ducatis ducentum sub anno canonice ducatorum 12. & quod post ipsius Christophari mortem eius filij, & hæredes eo nomine in anno Domini 1504. Terram prædictam cesserint quondam Francisco de Olanda, suisque hæredibus, successoribus cum onere prædicto quod quando idem Franciscus cessionarius in anno Domini 1509. terram eandem in emphiteusim receperit pro Mauro Antonio eius filio naturali ab uno ex filiis, & hæredibus dicti Hieronymi sub anno Canone prædicto, & sub assertione quod terra prædicta spectaret ad ipsos filios, & hæredes dicti Hieronymi in pleno iure, tum prop-

ter repudiationem hæreditatis dicti Christophori factam à dictis eius filiis, tum etiam propter deuolutionē ipsius terrae factam ob canonem non solutum spatio annorum trium, & pariter successiue in Anno domini 1510. Idem Franciscus cessionarius veniens ad diuisionem bonorum communium, cum duobus alijs eius fratribus inter alia bona communia diuiserit terram prædictam, illaq: in eius partem obuenierit cum onere tam census prædicti quam etiam soluendi omnia debita, & maritati di communem sororem quo per acto dictum Franciscum decessisse nullis relictis filiis ex suo corpore legitimè descendentibus, sed tantum prædictis eius fratribus, qui eius hæreditatem adiuerunt. & inter alia possederunt terram prædictam, soluendo canonem prædictum, ac etiam debita, & maritando sororem, & alia faciendo, quæ ex lege diuisionis facere tenebatur dictus Franciscus eorum frater præmortuus tanquam eius hæredes, demum transactis annis 48. à die dictæ cessionis dictus Maurus filius naturalis dicti Francisci litem mouerit pro vendicatione dictæ Terræ virtute cōcessionis prædictæ suo nomine receptæ per dictum eius Patrem ab uno ex filiis dicti Hieronymi ab Alexandro quare sic se habente dubitatur, an fundata sit intentio ipsius Mauri ex contractu dictæ concessionis, & licet videtur prima facie dicendum, quod sic ex eo quo ad pater naturalis recipere potest emphiteusim etiam pro filio naturali, ut videtur tenere Bart. in l. ex facto s. si quis rogatus ad Trebell. latè disputat specul. in tit. de locat. s. nunc aliqua de emphit. quæst. 67. quinimò etiam pro filio spurio, ut dicit fuisse bis iudicatum, Affl. lict. decis. Sac. Cons. Neapol. decis. 99. & idem videtur tenere in c. primo s. personam vero, col. 4. per quos fiat inuestitura in vībus feud. superius n. capax est eorum quæ sunt contractus ab

## ALLEGATIONVM

ab extraneis, ut ibi per eum, quod etiam comprobatur, nam licet regulariter alteri per alterum non queratur l. prima C. per quas personas nobis acquir. l. stipulatio ista alteri & s. si stipuletur ff. de verb. oblig. hoc tamen fallit in contractu emphiteotico, in quo omnia pacta sunt seruanda ut singulariter infert per tex. in leg. prima C. de de iur. emphit. specul. in dicto tit. de loc. s. nunc antiqua questione 169. quem refert Iason. in dicta l. prima in quarto not. C. de iur. emphit. His tamen non obstantibus in casu, de quo agitur, contrarium videtur de iure dicendum ex pluribus, & primo nam contractus dictæ concessionis est nullus, ex eo, quod in eo, exprimuntur causæ propter quas concedens plenus dominus dictæ Terræ effectus proceſſit ad dictam concessionem v3. quia filij dicti Chryſtopho ni originalis domini ipsius Terræ repudiauit eius hereditatem, & quia dicta Terra deuoluta fuit propter canonem non solutum spatio annorum trium, quorum utrumque falso est, postquam de aditione hereditatis dicti Chryſtopani facta per dictos eius filios clarissimè patet ex instrumento cessionis dictæ Terræ, per eos hereditario nomine ipsius Chryſtopari factæ dicto Francisco in dicto Anno 1504. quæ quidem cesso aliter fieri non potuifſet, nec ex ea ius aliquod transferri in dictum cessionarium, niſi præambula aditione hereditatis prædictæ, ut habetur in l. si auia, C. de iure deliberandi, & de ipsa deuolutione, quod non sit facta plenissimè etiam apparet ex apocis solutionum canonis prædicti in processu verificatis, quarum ultima continet solutionem vnius tantum anni. v3. 1508. & confessionem omnium aliorū præcedentium, & quod dictæ solutiones sicut factæ ab ipso Francisco, per quod ultimum fundatur nedum falsitas dictæ deuolutionis, sed etiam, quod tempore ipsius concessionis posside-

bat dictus Franciscus non ipse concedens, ex qua falsitate causarum in instrumento dictæ concessionis expressarum redditur nulla dicta concessio quoties. n. cumq; causa exprimitur in aliqua dispensatione, si vera, & valida esset, obligaret disponentes, finalis est, qua cessante, cessat dispositio, ut vt dicunt Iaco. de Are. & Bart. in l. demonstratio, ff. de condit. & demonstr. & in leg. si cum te, ff. de patetis, ubi est tex. de hoc, & tenet omnes docto. ibi & Dy. in l. 2. s. iura ff. de donat. sed si in casu de quo agitur, dictæ cause repudiationis, & deuolutionis verè essent, predicta concessio valeret, & obligaret concedentem, ergo &c. est etiam nulla dicta dispositio ex falsitate predicta, quia propter eam desunt substantialia in ipso contractu emphiteotico, in quo presupponitur directum dominium & proprietas pene concedentem, q; hic non esset attenta natura primi contractus, qui fuit submissionis.

Secundo, quia virtute talis concessionis nullum poterit transferri ius in ipsum Maurum, nam siue loquamur de translatione iuris à persona concedentis in ipsum Maurum, & tunc quamvis unus tantum fuerit de pluribus filiis dicti Hieronymi de Alexandro, qui concessit, ex quo licet pro alio promiserit de rato, numquam ille ratificaverit, & ideo nulliter concessit pro eo sine speciali mandato, ut noti iuris est; tamē quando omnes fecissent adhuc nullum potuit transferri ius, ex defitu traditionis tam verè, quam fictæ, postquam in persona ipsius concedentis, non erat vera possessio tempore dictæ concessionis, ut realiter innitur ex cessantia dictæ deuolutionis, & probatum fuit per testes conuentorum, quorum dicta cessantia deuolutionis predictæ satis comprobatur, & si qua potuifſet iuris ministratio presumi ex eo, quod Franciscus qui possidebat passus fuit concedentē constitueret se possidere nomine ipsius Fran-

Francisci illa præsumpta possessio suf-  
ficiens non fuit, vt clausulæ præcarij  
3 & constituti + suum operentur effe-  
ctum, ne plura specialia in idem con-  
currerent, pro vt latè prosequitur,  
& firmat quasi in individuo præsentis  
casus, Tiraquel. in suo sollempni tracta-  
tu de constit. in 5. limit.ad quem me  
remitto, siue loquamur de translatio-  
ne iuris à persona ipsius Francisci in  
dictum Maurum, & tūc nequaquam  
potuit ex tali concessione ius aliquod  
transferri à persona ipsius Francisci  
in ipsum Maurum pluribus de causis,  
primo quia fuit in factō bene verifica-  
ta societas omnium bonorum inter  
dictum Franciscum, & fratres, & præ-  
sertim dictæ Terræ, quæ quām pri-  
mum acquisita fuit per ipsum Franci-  
scum fuit illis comunicata, & fuit ab  
omnibus ipsis fratribus communiter  
possessa, & cultuata cum fructuū om-  
nium perceptione cōmuniter ab om-  
nibus ipsis fratribus facta, vt plenē  
probatum fuit, & de ipsa comunione  
terræ prædictæ attestatur idem Fran-  
ciscus in instrumento diuisionis bonorum  
comunium inter ipsos fratres  
factæ in dicto anno Domini 1510.  
quo tempore non dum venerat ad no-  
titiam ipsius Mauri concessio prædi-  
cta, & sic nondum fuerat illi ius alio  
ex ea quæsitum, qua comunione stan-  
te, quæ satis verificata est ex p̄dictis  
etiam si negetur societas omniū bono-  
rū, prout negari non potest, tamē etiam,  
& illa verificata, fuerit nedum cōmu-  
nio ipsis Terræ, clarū est non potui-  
se dictū Franciscū præjudicare dictis  
eius fratribus recipiendo dictā emphite-  
tus pro dicto Mauro, quinimo est  
si potuisset, put nō potuit illis præju-  
dicare, tū quia tempore diuisionis p̄di-  
cta, in qua fratribus ipsis p̄sentibus as-  
serit fuit dictā Terrā esse cōmē cum  
clausula oīa, & singula vera esse etiam  
cōstituti præcarij, & omnibus alijs ap-  
poni solitis, & vt cōis diuisa, antequā  
dicta concessio deuenisset ad notitiā  
ipsius Mauri, non videtur modo ali-

quo dubitandum, potiorē fuisse causā  
ipsius diuisionis, ipsa concessionē, &  
hac de causa, fratres ipsos præferē dos  
ipsi Mauro, etiam si notarius stipula-  
tus fuisset, prout ritè intuenti stipula-  
tus non fuit pro eo, postquam non in-  
teruenit traditio, nec vera, neque fi-  
cta per ea, quæ superius dicta sunt,  
quæ tanto fortius militant, considera-  
ta persona Francisci, & Mauri, inter  
quos nequaquam interuerunt clau-  
sulæ prædictæ constituti, & præcarij,  
illud n. quod dicitur per notarium  
stipulantem pro absente acquiri vti-  
lē actionem, sine cessione, vt per  
4 Bart. + in l. cum is S. filius fam. ff. de  
donat. caufa mortis, & in l. si pupillus  
ff. rem pupilli saluam fore limitatur  
habere locum, concurrente traditio-  
ne sine qua vera, aut ficta non tran-  
sfertur dominium, vulgata leg. tra-  
ditionibus C. de pactis, & limitatur  
etiam secuta ratificatione ipsius ab-  
sentis, in quo pluries consuluit Paul  
de Castr. quem refert, & sequitur  
Dec. in regula contractus de regul.  
iur. vbi latè prosequitur hanc mate-  
riam, & Curt. Iun. in cons. 55. ad quos  
me remitto.

Secunda causa propter quam nul-  
lum potuit transferri ius à persona  
ipsius Francisci in ipsum Maurum,  
imo nec à persona concedentis, est  
nam attenta forma stipulationis pro  
ipso Mauro filio naturali simpliciter  
factæ hæc est non admista persona pa-  
tris, non potuit pater ipse acquirere  
pro dicto eius filio spurio, vt proba-  
tum fuit per id + quod communiter  
firmatur per Doctor. in leg. quod di-  
citur ff. de verbo, obligat. & Instit. de  
inutil. stipul. S. si verò alterum, vbi  
sine contraversia concluditur per om-  
nes, quod pater naturalis non stipu-  
latur pro filio naturali, ex eo, quod  
non habet eum in potestate.

Et si diceretur hoc non habere lo-  
cum in contractu emphiteotico per  
ea, quæ in principio dicta sunt,  
& responderetur illud habere locum

Pp. quando

quando pater naturalis stipulatur pro se, & filijs, & sic admisit persona ipsius patris, tunc enim quæ stipulatur super re futura sua tenet stipulatio, ex eo quod potest quis alteri stipulari super re sua, quæ est, & durat sua vel futura est sua, vt per Bart. Alex. & alios in dict. leg. stipulatio ista s. si stipuletur de verbo obligat. ad limitationem dicti s. & insuper talis stipulatio admisit persona patris intelligitur ordine successivo, hoc est, vt prius sit ipsius Patris, & post eius mortem filij, vt per Bart. & scribentes in d. l. ex facto s. si quis rogatus ad Trebell. & ita dicit Alex. in d. s. si stipuletur col. 4. vers. item in quantum Bart. hic in 11. col. intelligi debere, specul. in dicto tit. de locat. s. nunc aliqua, verl. 169. quem rogo videant, secus autem quædo verba omnia ipsius stipulationis tam obligatiua, quam executiva es- sent directa in tertium, & non in ipsum stipularem, pro vt in casu isto directa fuerunt, tunc n. sine dubio talis stipulatio non tenet, etiam si in aliquo interesset ipsius stipulantis, vt p scribentes in dicto s. si stipuletur & maximè la. col 3. in fine, ibi in ead. glos. ad finem, & col. sequenti, nec dicatur, quod in casu isto pater stipulatus fuit super re sua, quia non sufficit, quod res fuerit sua, postquam non erat etiam sua duratura, & requirebatur, per tex. in l. publica st. depos. per quem tex. Bart. & scribentes in d. s. si stipuletur, fundant dictūlimitationem quæ se habet, quando alter stipulatur alteri super re, quæ est, & durat sua, hic autem si stipulatio teneret, res ipsa non fuisset sua duratura, sed in continentia futura ipsius filij spurij, quo sit vt etiam alia ratione, quæ tertia erit ex dicta concessione ius aliquod non fuerit, nec esse potuerit translatum à persona ipsius Francisci in ipsum Maurum eius filium spuriū, nam negari non potest quin ex dicta concessione insurgat quæ-

dam tacita donatio à dicto Franciso facta ipsi Mauro eius filio spurio, qui licet capax sit eorum, quæ sunt contractus ab extraneis + non tamen à Patre, vt not. in cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrī, eam quam perlluit in adult. & cum ex quacunque causa bona patris naturalis non possint ad spuriū peruenire, vt in s. penult. in auth. quib. mod. nat. efficiuntur sui, & not. Bart. in leg. si gener. de his quibus, vt indigni, qnimmo de iure ciuili denegētur eiā illi alimenta, vt in Auth. ex complexa C. de incestis nupt. licet de iure Canonico propter naturalem equitatem alter disponatur, vt in dicto cap. cum haberet aperiūst. mē patet dictam concessionem taliter factam super re, quæ erat ipsius Francisci factam fusile in fraudē legis, & sic nulliter factā, nec obstat allegata dec. & 99. Dñi Matthei de Afflict. & quod dicit in dict. s. personam vero, per quos fiat inuest. nam licet foris non bene dixerit, & Bald. quem ipse allegat in leg. secunda C. de iure emphiteot. non dicat id in quo ipsum allegat, ramen quando benè dixisset, loquitur quando pater stipulatur pro se, & filio suo spurio, & sic admisit persona ipsius patris, & super re, non propria ipsius Patris, sed eius qui concessionem facit, & ita propriè est casus in dicta decisione 99. Tunc enim non sit fraus legi, & spurius ipse capax est eorum, quæ sunt contractus ab extraneis, licet non ab ipso Patre, vt in dicto cap. cum haberet, & persona patris admisa in ipsa stipulatione, operatur, vt ipsa stipulatio teneat pro interesse ipsius Patris cuius prima causa erit in dicta concessione, & secunda ipsius spurij ordine successivo, vt supra dictum fuit.

Quarta ratio, ob q̄ nullū sit trāslatum ius à Francisco in ipsū Maurū est illa, ex quo non operantibus clausulis præcarij, & constituti per supradicta aſſer-

asserta captio possessionis, ut dicitur facta in anno domini 1513. non operatur, tum quia non infra Annum, ut requirebatur ex forma consuetudinis Neapolitanæ à die concessionis prædictæ, ex qua insurgit dicta tacita donatione, tum etiam quia res non erat integra, sed erat interim ius alteri quæsitum, hoc est ipsis fratribus virtute dictæ diuisionis bonorum, et insuper erat mortuus dictus Franciscus rum vel maxime, quia non est in forma probanti, et mortui sunt iudex, notarius, et testes, licet actus dictæ captionis possessionis rectè intuenti aut non est verus, ut facile perpendi potest ex verbis illis prouidi Mauri Antonij, qui re vera eo tempore erat annorum duodecim, vel circa, ut deponunt suimet testes, qui dicunt, quod tempore concessionis erat annorum septem in octo, et sic non competebat ei nomen prouidi, imo nec possessionem acquirere poterat sine autoritate tutorum, iuxta leg. primam S. adipiscimur ff. de acquir. posses. et ex illis verbis iuxta alia bona ipsius Mauri, cum re vera numquam habuerit bona in dicto loco, vel si non est falsus, per eum redundat falsi articuli, et testes ipsius Mauri, dum deduxit in eis, et conatus fuit probare, quod nullam habuit notitiam instrumenti dictæ concessionis, et tamen contrarium apparet ex actu prædicto, in quo sit expressa mentio dicti instrumenti, et notarij, et sic militat etiam exceptio præscriptionis prædictæ, quæ omnino militabat postquam non fuit seruata forma Pragmaticæ in captura ipsius instrumenti, et transacti fuerunt anni circiter. 40. à die capturæ possessionis prædictæ, et quando non militaret ex capitæ allegata ignorantiæ, tanto minus posset obtainere dictus Maurus ex capite ratificationis non factæ viuente dicto Francisco, ut omni ex parte debeat ipse Maurus succumbere, non obstante etiam eo, quod for-

te allegat dictus Maurus, v3. quod per ius superueniens in persona eius Fræisci virtute dictæ diuisionis, cuius causa eadem terram in eius partē obuenit, prætendatur confirmatum. ius ipsius Mauri, argumento tex. et eorum quæ ibi per scribentes in l. cū vir. ff. de usucap. et in l. vendicantem ff. de euict. cum alijs concord. nam ex quo in translatione iuris hoc est vitilis dominij, de quo agitur in contra-etu emphiteutico requirebatur traditio, sine qua vera, vel ficta non potuit transferri d. l. traditionibus C. de patris, & translatio ipsa fieri non potuit tum ex defectu ipsius traditionis veræ, vel fictæ, quam ex alijs supra allegatis, sequitur quod de prætena superuenientia iuris non sit vis aliqua facienda, maximè quia ex forma diuisionis ipsius tenebatur ipse Franciscus soluere omnia debita, & mariare communem sororem sub obligatione bonorum omnium in forma, quæ onera per eum adimplita non fuerunt, sed per dictos fratres ipsius Francisci heredes cum benef. legis, & inventarij, quibus hac etiam de causa competenter ius retinendi, licet illud non sit necessarium ex supradictis, & ex causa dictæ præscriptionis quæ tanto fortius militat, quanto quod pro parte ipsius Mauri tractatur de lucro captando, & pro parte pauperculi senis Sebastiani de Orlando authoris laudati de damno vitando. Reliqua suppletat iudicantium Religio.

## ADDITIO N E S


**A**D numerum primum, quod Pater naturalis possit acquirere, seu recipere emphæsum pro filio naturali, ultra allegata per mecum Auum hic. Addo Hippolitum in l. prima S. si seruus ff. de peculio. Cot tam in memoriali in verbo spurius saltem, Cremensem sing. 130. Guglielmum Benedictum in c. Rainutius in vers. vxorem nomine Adelasiam. Matthes fil. notab. 105. nota quod si pater Hipp. in l. prima de raptu virginum nom. 28.

Abb. Io: Hier. de Mavro.

Pp 2 SV M:

- 1 *Eo ipso, quod Princeps donat, transfert ius, & dominium sine apprehensione possessionis.*
- 2 *Secunda concessio Principis non tenet in praeditum primæ. Quia præsumitur Princeps circumuentus.*
- 3 *Non obstantibus clausulis motus proprij.*
- 4 *In generali concessione Baronia, vel comitatus facta per Principem non videtur concessum illum feudum, quod alteri per prius fuerat concessum, & à Baronia speratum.*
- 5 *Creatur Princepi attestanti de rebellione alienius cum suis Confiliarijs.*
- 6 *Si Princeps donat alicui feudū quod dicit vacare ex una causa, & vacabat non ex illa causa, sed ex alia causa, concessio non tenet.*
- 7 *Omnia dicuntur expressa in scriptura, ad quam sit relatio, & dicuntur in esse in scriptura referente.*
- 8 *Interprætatio priuilegij spectat ad Principem concedentem.*
- 9 *Consuetudo sequens est interpretatio priuilegij.*

**A**N secunda cōcessio teneat in præuditum primæ, & plura in materia priuilegij.



**N** causa Illustriss. Don Ferdinandi de Cardona Magni Admirati huius Regni, & Comitis Albeti actoris ex una cum Illustriss. Dominino Duce Vrbini, & sorore, & vtili Domino Terræ Campolicuento ex altera videtur prima cōsideratione dicendum fundatam esse intentionem dicti Illustriss. Actoris tam in petitorio quā in possessorio, & proinde partes Sacri Consilij fore, & esse debere in pronuntiando dictam Terram Compoli iure dominij, seu quasi spectare, & pertinere ad dictum Actorem, & in condemnādo dictum Illustr. conuentum ad eius restitucionem ex infra dicendis.

Nam plenè exaduerso sunt deducita, & verificata extrema ad obtinendum in iudicio reali, quæ sunt dominium ex parte agentis, possesso vero ex parte rei conuenti, iuxta tex. in l. in rem, & in l. officium ff. de reiudic. & in l. i. C. de alie. iud. mut. ca. fa. & in l. primo instit. de act. & in c. examinata de iudicijis.

De dominio n. satis constat per priuilegium quodam indelibilis memoria Cattholici Regis donationis, & concessionis Comitatus Albeti in personam quondam Illustriss. D. Raimundi de Cardona patris ipsius Actoris sub data 22. Decembris 1515. ex aduerso in actis causæ præsentatum, in quo inter alia conceditur dicto Illustriss. Don Raimundo in speciedicta Terra Campoli, vt Terra dicti Comitatus ex quo priuilegio dicitur euidentissimè, & notoriè constare de donatione prædicta, vt in c. licet causam de probationibus, et in c. auditis de

de integr. restit. & in c. cum contin-  
gat vbi not. Anton. de Butr. in ter-  
tio not. de rescript. & in c. cum dile-  
ctus de donat. ex qua concessione, &  
donatione tanquam facta à Principe,  
& in priuilegio prædicto † fuit tran-  
slatum dominium in ipsum Don Ray-  
mundum etiam sine traditione secun-  
dum Ioannem Andream in c. olim, de  
verbis. signific. Bald. in c. licet causa  
in 8. col. ex. de probati, & in præludijs  
feudorum in 9. col. vbi dixit, quod eo  
ipso quæd Princes donat sine aliqua  
alia traditione, transfertur ius, & do-  
minium, & in c. ad Audientiam de  
præscriptionibus, vbi colligit ex illo  
tex. quod in concessione facta à Prin-  
cipe transfertur ius sine apprehensio-  
ne possessionis, & plenius Bald. & An-  
dr. de Iser. in c. 2. de noua forma fide-  
litatis, & in c. primo quid sit inuest. &  
voluit Angel. in l. officium in fine, de  
rei vendic. & Moder. in l. traditioni-  
bus C. de pactis.


Et tanto fortius, quia deinde fuit  
tradita possessio dictæ Terræ Campo-  
li virtute Regiarum executorialium  
per Magnificum V.I.D. Joannem Vil-  
lanum Regium Commissarium Ma-  
gnifico Ioanni Bütter. Locumtenenti,  
& vice Comiti dicti Comitatus nomi-  
ne, & pro parte dicti quoddam Illustr. Don Raimundi, quo casu præcedente  
dict. tit. donationis, cum titulus sit  
habilis ad dominij translationem. vt  
probatur in l. prima ff. de donat. & in  
l. fin. ff. de const. Princip. & in c. cum  
dilecti extra de donat. secuta demum  
traditione iuxta tex. in l. traditioni-  
bus C. de pact. cum simil. nulli dubium  
est, quod dominium fuit translatum,  
etiam si donatio non fuisset facta à  
Principe, quod etiam procedit in con-  
cessione facta in feudum, prout in ca-  
su nostro, cum per talem concessionem  
utile dominium transferatur, vt in c.  
primo de cap. Corrad. & in c. si vas-  
fallus, si de feud. fuer. controuer. cum  
alijs allegatis per Iser. & alios in dict.  
prælud. secuta tamen traditione, vt

in c. si facta, & ibi Bald. in prima col.  
si de feud. fuer. controuer. & not. Bal.  
in c. 2. in prima col. post Iser. de  
nou. form. fidel. & mortuo demum  
dicto quondam Don Raimundo cum  
superstiterit ei filius, & hæres dictus  
Illustriss. Actor, immiscendo se in  
hæreditate prædicta, ac faciendo  
omne totum, & quicquid citra ius, &  
nomen hæreditis fieri non potest per  
aditionem, & immissionem prædictæ  
dominium dictæ Terræ Campoli, q  
alias virtute dictæ donationis fuerat  
pænes dictum quondam Illustr. Don  
Raimundum eius genitorem transfi-  
uit in ipsum, iuxta tex. in l. cum hæ-  
redes ff. de acquir. posses. & proinde  
fundamentum est dominium in perso-  
nam dicti Illustr. Actoris, quod est  
vnum de requisitis in iuditio petito-  
rio.

De possessione vero in personam  
Illustr. Conuenti quod est aliud requi-  
situm necessarium ad finem obtinean-  
di in iuditio reali, non potest in du-  
bium reuocari, vt puta, cum notoriè  
conster, & non negetur possessionem  
dictæ Terræ fuisse, & esse pènes dictū  
Illustris conuentum, et proinde  
circa petitorum videtur bene funda-  
ta intentio dicti Actoris, vt puta,  
verificatis extremis.

Et similiter circa possessorium in-  
tentatum, videtur pariter rectè fun-  
data intentio dicti Actoris, vt puta  
probata olim possessione, prout fuit  
probata dicti quoddam Don Raimun-  
di dictæ Terræ Cäpoli et quod ab illa  
cecidit, et peruenit in posse Illustriss.  
Don Guglielmi de Croi, et successi-  
uè Illustriss. Philippi de Croi Ducis  
Ariscoth. et deinde Illustr. Francisci  
Mariæ de Robore Ducis Vrbini, et  
Sore, q videtur sufficere, vt in c. con-  
sultationibus, et quo ibi glosa, et Do-  
ctor. de offic. deleg. et in c. olim cau-  
sa de restit. spoliat. et in c. causam quæ  
etc. qui filij fint legitimi. Iunctis no-  
tatis per Docto. in c. s. p. et in c. cum  
ad sedem, de restit. spoliat.

Quod



Quod possessorum, siue fuerit interdictum recuperandæ, siue remedium canonis reintegrandæ hæredi, & in hæredem competit, ut probatur in l. prima §. interdictum, hoc, & in §. fin. ff. de vi, & vi arma. & in §. fin. instit. de interd. & tenet Soccin. in l. rem quæ nobis in fine 2. q. principali ff. de acquir. possess.

Quibus non videtur refragari priuilegium concessionis factæ per Cæs. Maiestatem quondam Illustriss. Guglielmo de dicta Terra Campoli Bruxellis sub die xv. Decembris 1516. quia tamquam posterius attenditur primum factum in personam dicti Illustriss. Don Raimundi, quia singitur imperator faciendo & secundam concessionem contrariam prædictæ circumuentus per textum in c. cum olim de re iudicata, & in terminis de secunda concessione alteri facta quod non valet contra primam, sed prima attendatur, la: è probat, & tenet Rom in consil. 298. circa primum, & idem Paul. de Castr. in consil. 156. viso, & examinato puncto, & in casu omnino simili idem tradit Alex. in consil. 3. ex his, quæ in Thæmate, & in consil. 23. viso processu col. 2. lib. 5. & Andr. Sicul. in consil. 13. lib. 3.

Quod in tantum procedit, quod etiam si Princeps & reuocaret motu proprio, illud, quod prius fecit, ad huc fingeretur circumuentus, & non teneret 2. concessio, sed prima secundum Bald. in consil. 279. pridiè n. consului lib. 3. quia in Principe secundum eum tamquam in fontem iustitiae, debet esse constans voluntas, & Principibus conuenit illud verbum semel locutus est Deus, & q. scripsi, scripsi, & ideo Princeps debet habere vnum calatum, & vnam linguam, & non plures, quia scriptum est, quæ processerunt de labijs meis non faciam irrita, vnde debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in celo, sequitur Dec. in consil. 588. viso punto, & in regula nemo potest mutare de reg. iur.

Et minus etiam viderur obstat priuilegium alterius concessionis factæ per dictam Cæs. Maiestatem ex renunciatione, & cessione dicti quoniam Illustriss. Philippi de Croi in persona dicti Illustriss. Francisci Mariae Vrbini Ducis Patris moderni Ducis sub data Mansoni 29. Iulij 1533. tum quia posterius, & consequenter non videtur derogare donationi, & concessioni per prius factæ dicto quondam Illustriss. Don Raymundo per iura, & decisiones supra allegatas aduersus priuilegium, & concessionem factam dicto Illustriss. Guglielmo de Croi, tum, & secundo, quia in dicto priuilegio, & concessione facta dicto Illustriss. quondam Francisco Maria non conceditur nisi tantum Ducatus Soræ, & in concessione sua, verbum nullum de Terra Campoli, de qua agitur & vt plene deductum, & probatum est ex aduerso, Terra Campoli semper fuit habita, tractata, & temptata, vt de Comitatu Alberti, vt patet per priuilegium ex aduerso productum, quondam Bo. me. Alphonsi Regis in personam Io: Pauli Canuelmi de dicto Comitatu Alberti, vbi inter alias Terras ponitur Terra Campoli, vt de dicto Comitatu sub data in Ciuitate Cajetæ 27. Decembris 1454. Item per alium priuilegium concessionis factæ de dicto Comitatu Alberti, per quondam Bon. mem. Catholicum Regem in personam Petri Nauarri, sub data in Ciuitate Neapol. 25. Maij. 1507. in quo inspecie conceditur dicta Terra Campoli, vt Terra dicti Comitatus Alberti, item per priuilegium concessionis factæ dicto Illustriss. Don Raimundo sub dicta data 22. Decembris 1515. de dicto Comitatu Alberti, in quo priuilegio conceditur etiam in specie dicta Terra Campoli, vt de Comitatu prædicto, item per testes deponentes, quod tempore Comitatus Alberti fuit pñnes Principem Squillacij, quod pñnes ipsum etiam fuit dicta terra Campoli, vt terra dicti Comitatus.

Tertio,

Tertio, & fortius, quia dato, quod dicta Terra Campoli esset membrum, & de Ducatu Soræ, quia tamē in concessione facta dicto quondam Illustr. Francisco Mariæ de dicto Ducatu nulla fuit facta mentio in specie de dicta Terra Campoli, licet esset concessus dictus Ducatus Soræ, & Arcis cum castris oppidis, Terris, Casalibus, Fortellitijs, Vaxallis, Vaxallorumq; redditibus feudis quaternatis, & nō quaternatis feudatarij, & subfeudatarijs, & cum cæteris alijs iuribus, & iurisdictionibus cuiuscunq; vocabuli appellatione distinctis, non videtur in dicta quantumcunq; generali concessione includi dicta Terra Campoli, quæ fuerat per prius + specialiter concessa dicto quondam Illustr. Don Raimundo secundum Bald. in l. i. in fine ff. de rerum diuis. vbi dixit, quod si Dominus vendit Castrum non intelligitur vendere iura alteri in feudata, allegat tex. in cap. primo de Capi. qui Cur. vend. & propterea idem Bald. in dicto cap. primo de cap. qui cur. vend. per illum tex. notabiliter dixit, quod vendita vniuersitate non videntur vendita ea, quæ per prius erant alijs concessa, & ab ipso vniuersitatis corpore separata, & deinde subdit, quod ius, quod habet concessor tantum venit in venditione, & nō veniunt res singularium, allegat tex. in l. publius in §. primo ff. de condit. & demonstr. pro quo etiam facit tex. in l. si domus §. fin. ff. de leg. primo, & in l. qui tabernas ff. de contrah. enipt. & in l. vxor patrum C. comunia de leg. quæ iura, ad hoc allegat Franc. de Aret. in consil. 15. reuerendissime in 2. col. vers. 3. præmitto, hinc etiā videmus quod in concessionibus de aquis publicis semper videntur reseruata iura, & commoditates eius, cui facta fuerat per prius concessio secundum Bald. in tit. de pace constari.

Pro quo facit tex. in l. inconcedendo ff. de aqua. plu. arc. & quod tradit Alex. cons. 125. in 2. col. & Bart. in

l. fin. C. de locat. prædior ciui. lib. i r. & inde idem Bald. in l. monumenta C. de legat. notanter dixit, quod si Rex Vngariæ donaret Mihi Ciuitatem, in qua haberet iurisdictionem, limitato modo, puta bassam iurisdictionem tantum, quia aliam iurisdictionem concessisset per prius, quod illam solam donasse videretur.

Præsertim, quia in principio semper intelligitur clausula, salvo iure alterius, vt in l. ex facto ff. de vulg. & pupill. ergo cum in concessione facta dicto illustr. Francisco Mariæ de Comitatu Soræ, nulla fuit facta mentio Terræ Campoli, & dicta Terra fuisset dicto quondam Illustr. Don Raimundo per prius concessa, licet illa fuisset de Ducatu Soræ in generalitate non compræhenderetur. Et ista sunt, quæ in præsenti causa videntur facere aliqualem dubitationem,

Sed tamen prædictis, & alijs similibus, quæ in cōtrariū adduci possent, non obstantibus, prout verè non obstant contrariam sententiam puto de iure veriore, & quod omnino locus sit absolutioni, vt ex infra dicendis lucæ clarius demonstrabo.

Et primo ex defectu tituli dicti quondam Dou Raimundi, siquidem asseritur in concessione sibi facta per dictum quondam Catholicum Regem, quod deuoluto dicto Comitatu Oliueti, cum Terra septem fratrum, postegallinarū, belli montis, vecalbi, Campoli, Sancti Donati, Actirij, & præsertim propter notoriam rebellionem, & infidelitatem Petri Nauarri concedit illud dicto Illustr. Don Raimundo, & tamen quicquid sit respectu Oliueti, & aliarum Tetrarum respectu Campoli, non est verum, q̄ illa fuisset deuoluta ad ipsum Regem ob rebellionem Præfati Petri Nauarri, siquidem illam Petrus Nauarra nunquam tenuit, neq; p̄cedit, quia, vt plenè probatum est in processu, tunc temporis, & ante tenebatur, & possidebatur per dictum illustr. Franciscum

ciscum Mariam, vnā eum Ducatu Soræ, & ante tempora, & possessa fuc-  
rat per quondam Illustr. Ioāne de Ro-  
bore Ducē Vrbini, & Soræ, & Præfe-  
ctum vrbis, & plenè probatum est  
in processu per Testes sine numero,  
vt testantur cedularia Regiæ Came-  
ræ Sūmarie in actis p̄sētata donatiui,  
& adohæ, alterum in anno 1508. q̄  
sic cantat Illustriſſ. Dominus Præfe-  
ctus taxatur pro dicto iure pro infra-  
scrittis Ciuitatibus terris Castris, &  
locis in ducatis duobus mille nona-  
ginta quinque, tarenis duobus cum  
dimidio. Et postea inter alias Terras  
descriptas ponitur terra Campoli, al-  
terum verò donatiui adohæ 1512. q̄  
sic cantat Illustr. Dominus Præfectus  
tenetur pro dicto iure Adohæ dedu-  
cta rata vaxallorum pro infraſcrittis  
Ciuitatibus Terris, Caſtris, & locis  
infraſcrittis pecuniarum quantitatib-  
us, & inter alias Terras descriptas,  
describitur Terra Campoli.

Et in dictis Annis 1508. & 1512.  
producta fuerunt duo alia cedularia,  
quo ad ratam Comitis Alberti, quo-  
rum alterum dicit, Excellens Co-  
mes Alberti taxatur pro iure dictæ ad  
hoæ p̄ infraſcrittis terris, & Caſtris  
dictæ Prouinciæ in ducatis mille, de-  
cem, & septem tarenis duobus, &  
grana tredecim cū dimidio, & po-  
stea describuntur Terræ dicti Comi-  
tatus Alberti, & inter illas non descri-  
bitur terra Campoli.

Et extat productum aliud cedula-  
rium anni 1512. huiusmodi sub reno-  
re Excellens C̄ mes Alberti tenetur  
pro dicto iure adohæ pro infraſcrit-  
tis suis Terris 'de dicta rata vaxallo-  
rum, & in calce describuntur Terræ  
dicti Comitatus, inter quas non repe-  
ritur descripta Terra Campoli.

Ex his cedularijs Regiæ Cameræ,  
ad quam semper recurrit tanquam  
ad regiſtrum, & quæ in dubiam fidem  
faciunt, datur aperte intelligi Terram  
Campoli non fuſſe nec esse de Comi-  
tatu Alberti,

Et Prilegium concessionis factæ p̄  
d' Etum quōdam Catholicum Regem  
d' Eto Petro Nauarra, quod fuit sub  
data 15. Maij. 1517. & sic ante cedu-  
laria prædicta licet faciat mentionem  
de Terra Campoli, vt de Comitatu  
Alberti non fuſſe exequutum, nec ha-  
buſſe exequitionem respectu dictæ  
Terræ Campoli, & proinde nullius  
esse considerationis, vt notat gloſ. in  
c. 1. de Tregua, & Pace, vbi plenè Ab-  
bas & Modern.

Ergo respectu dictæ Terræ Cam-  
poli appetat concessionē factam per  
dictū Catholicum fuſſe in falsa cau-  
ſa, quia non fuit deuoluta dicta Ter-  
ra propter rebellionem dicti Petri  
Nauarri eius terræ respectu eius. Pri-  
uilegium non fuit sortitum effectum,  
nec executionem habuit.

Sed magis ob rebellionem dicti  
quondam illustr. Francisci Mariæ im-  
mediatè possessoris dictæ Terræ, pro  
vt testatur inuictissimus Cæſar noster  
in cōcessione, quam facit demum se-  
quenti Anno 1516. dicto quondam  
Illustr. Don Guglielmo de Croi.

Cuius assertioni † quamuis teste-  
tur de rebellione alterius, cum sit fa-  
cta causa cognita, & cum subscriptio-  
ne Regentum, & Consiliariorum,  
plenè creditur, vt voluit Andr. de  
Iſer. in c. primo pen. col. qui succeſ-  
tenean. & in c. primo in fine, de cou-  
trouersi feudi aput, pares, ter, q̄ sic de-  
rat, & limitat quod ipſemet dixerat  
in capit. sançimus il 2. quo tempore  
miles.

Et in caſu iſto omnis ceſſat diſſicul-  
tar, quia conſtat per ſententiam, qua  
mediante dicta ſententia fuit confiſca-  
ta, ergo cum dicta Terra Campoli  
conceſſa fuerit dicto Domino Ray-  
mundo tanquam vacans, & deuoluta  
ob rebellionem dicti Petri, & re vera  
non fuit deuoluta, nec vacavit ob re-  
bellionem ipſius, ſed potius ob rebel-  
lionem dicti Illuſtr. Franci Mariæ cō-  
ceſſio ipſa non tenuit per tex. in cap.  
ſuceptum de rescrip. in 6. & in cap.  
quamuis

quamvis, & in e. cui, de non sacerdo-  
6 tali, de præben. † per quæ iura, ita in  
proprijs terminis decidit Andr. de  
Iser. in c. moribus in fine, si de feudo  
fuerit controu. vbi dixit, quod si Rex  
concedat Titio feudum Martini, cre-  
dens eum mortuum, cum viueret, q.  
licet postea moriatur, quod non de-  
betur feudum Titio, nisi fuisset dictū  
deuolutum, vel deuoluendum, quia  
cum sint ista ambitiosa sunt restringē-  
da vnde retēto eodem Themate sub-  
dit, quod si non vacaret ad morrem,  
sed alio modo, quod non deberetur,  
ex quo ex vna causa donauit, quæ nō  
est vera, allegat ad hoc iura prædicta,  
& sic habemus Andream expressè de-  
cidentem casum nostrum, quod si do-  
natio fiat ob vnum modum vacatio-  
nis, res verò vacat alio modo, quod  
donatio non tenet.

Secundo, principaliter, quia etiam  
data validitate tituli à principio dicti  
quondā Illustr. Raimundi, dictus titu-  
lus reductus fuit ad non titulum per  
concessionem factā, dicto Illustr. Fran-  
cisco Mariæ per suam Cef. Maiestatē  
ex certa scientia, & motu pprio, & de  
plenitudine potestatis, ac pro bene-  
meritis dicti Illustr. Francisci Mariæ,  
& cum beneficio legis bene à Zenone &  
l. omnes C. de quadr. præscript.

Et quāvis in dicta concessione non  
exprimatur Terra Campoli, tamen in-  
telligitur expressa, & specialiter con-  
cessa, tum quia in concedendo refert  
se ad cessionē, & renūtiationē factam  
per Illustr. Filipp. de Croi, & dicta ces-  
sio, & renuntiatio facta fuit inter alia  
in specie de dicta Terra Cāpoli, tū ēt  
q. a refert se ad possessionē olim dicti  
Illustr. Francisci Mariæ, & aliorū eius  
prædecessorū de domo, & familia de  
robore & prout alias Eranciscus Ma-  
ria, & alijs prædecessores familiæ de ro-  
bore tenuerant, & possiderant, & cla-  
rū est, prout plenissimè in facto dedu-  
ctū & probatū est, q. tā dictus Illustr.  
Franciscus Maria, quam Illustr. Io-  
annes de Robore præfectus, & etiam

prædecessores sui de domo, & familia  
de Robore tenuerunt & possiderunt  
dictum Ducatum Soræ, & inter alias  
dictam Terram Campoli.

Quo fit, vt dicta Terra Cāpoli vi-  
deatur specialiter, & expressè conceſſa,  
7 † quia relatum est in referente leg.  
asse uoto ff. de hæred. Iustit. & in l. ait  
prætor. S. si iudex ff. de re iudic. immo-  
dicitur expressum & in specie in refe-  
rente, ut probatur in l. certum, & ibi  
not. Dec. in tertio notab. ff. si certum  
petat. & dicitur esse de tenore referē-  
tis per tex. in c. cū Bertoldus, vbi hoc  
not. Abb. extra de reiud. idem dicit  
Soccin. in confil. 188. visa bulla, col. 3.  
quod omnia expressa in scriptura, ad  
quam sit relatio, dicuntur in esse in  
scriptura referente, & idem firmat in  
cons. 227. præsens vers. sed pro cer-  
to, & in cōs. 191. vers. qm̄ aliud, imo  
maior est expressio, & certitudo, quæ  
fit per aliquam demonstrationem,  
quam illa, quæ fit per proprium no-  
men ut in l. certū ff. si cert. pet. iusacto  
tex. in l. quæ extrinsecus in S. primo  
ff. de verb. oblig.

Tum etiam ex interpretatione, &  
declaratione Suæ Cef. Maiestatis in  
alio priuilegio concessionis factæ fun-  
ctionum Fiscalium eidem Franci-  
scus Mariæ parum post primum priu-  
legiū sub data 22. Martis d. anni 1536  
vbi calendando dictum priuilegium  
concessionis dict. Ducatus, dicit ex  
gratia speciali Regia autoritate no-  
stra, eidem Illustr. Francisco Mariæ  
de Robore Duci Vrbini Fiscales fun-  
ctiones, seu iura focialiorum, & sa-  
lis Ciuitatum, & Terrarum Soræ Ar-  
cis, Brocchi, Campoli, Castellucci,  
Fontanæ, & insulæ per nos ipsi per  
præcalendarum priuilegium nostrum  
concessarū &c. & sic declarat in con-  
cessione facta de Ducatu Soræ dicto  
Illstr. Duci cōcessisse Terrā Campoli,  
cui interpretationi & declarationi sta-  
tur. cum interpretatio, & declaratio  
priuilegij spectet, & pertineat ad  
8 cum, qui concessit priuilegium, †

Qq

vt

vt in leg. ex facto in principio. & ibi not. Frauc. de Aret. in 4. not. ff. de vulg. & pupill. & probatur in cap. inter alia de sententia excomunicatio- nis, & in c. primo in tex. & glos. ibi per modernos de potestate prælati, & in c. ergo ex his 11. q. 3. & vna scrip- tura declaratur per aliam, vt in l. hæ- redes palam s. sed, & si notam in ver. ex vicinis scripturis ff. de testamen- tis, & in l. si seruus plurium s. fin. ff. de leg. primo cum simil. &c.

Imo cum dicta declaratio sit ver- borum ambiguorum priuilegij trahe- retur, & trahatur retro ad tempus dicti priuilegij, & Ideo adheret dicto priuilegio, quod vna cum eo videtur ema- nasse, & etiam præjudicat illi. quibus erat ius quæsumum, vt not. Paul. de Castr. in d.l. hæredes palam s. sed, & si notam ff. de testam.

9 Tum etiam ex vsu + quia in captu- ra possessionis dicti Ducatus fuit etiā capta possessio dictæ Terre Campo- li, quæ tempore dictæ concessionis, & ante fuerat possessa vna cum dicto Ducatu per dictum Illustr. Philippū de Croi, ex cuius renuntiatione, & ces- sione peruenit ad dictum Illustr. Fran- ciscum Mariam, & dicta possessio fuit deinde continuata usque in præsen- tiarum, ex qua possessione ne resultet quædam consuetudo interpretativa, vt talis ab initio fuerit mensuæ Ma-iestatis, vt notanter declarat Bald. in consil. 446. primo lib. vbi concludit, quod per posterius factum, vel posse- sionem declaratur priuilegium.

## ADDITIONES.

**A**d num. secundum, quod priuilegium primum non tollatur per secundum, nisi in 2. fiat mentio primi per c. veriens, in glo. in versi. nullam. de præscript. Doct. in c. 1. de rescrisp. Dec. conf. 147. Rip. in d. c. 1. de rescrisp. num. 55. vers. secundus est easus Ioannes Vincentius de Ann. in alleg. 69. num. 34. & num. 43.

Abb. Io: Hier. de Mauro.

- 1 Contractus Principis initus cum subdito obligat successore.
- 2 Princeps non potest reuocare suum priuilegium, vel suorum prædecessorum, ubi pecunia, vel aliquid interuenit.

## ALLEGATIO 78.

**P**Princeps ligatur ex contractu facto cum subdito, vbi pecu- nia, vel aliquid simile interuenit: nec reuocat priuilegia prædeces- sorum.



**I**VITAS Auersana ad requisitionem Incliti Regis Ferdinandi pri- mi comodavit eidem Inclito Regi quondam gabellam ipsius ciui- tatis vulgariter nun cu- patam lo dacio pro annis tribus, quā gabellam dictus Rex Ferdinandus fi- nit in dictis annis tribus in diminu- tam restituere promisit ipsi ciuitati, cum expressa promissione, quod pro tempore, quo ipse Inclitus Rex tene- ret ipsam gabellam, quod ipsa ciuitas esset immunis ab omnibus functioni- bus fiscalibus ordinarijs, & extra or- dinarijs: Apparet de prædictis priuilegiis dicti Incliti Regis in proces- fol. 92.

Et eadem gabella peruenta ad Re- gem, ipse Rex de introitibus dictæ gabelle vendidit quondam Episcopo Auersano, qui tunc erat, annuos du- catos centum viginti, pro præcio du- catorum mille, & ducentum: Appa- rente priuilegio dictæ venditionis in proces. fol.

Et cum post mortem dicti Re- gis Ferdinandi, Inclitus Rex Ferdi- nandus

Ferdinandus Secūdus restituisset eam  
dem gabellam de lo datio dictæ Ci-  
uitati, cuius vigore ipsa cæpit pos-  
sessionem dictæ integræ gabellæ, idē  
Episcopus, qui tunc erat egit in Re-  
gia Camera Summariaæ contra ipsam  
Ciuitatem super spolio, & formato  
processu tempore Illustrissimi, & Re-  
uerendissimi Cardinalis Colunæ, per  
Regiam Cameram lata fuit senten-  
tia, in qua condemnata fuit ipsa Ci-  
uitas ad restituendum dicto Episco-  
po possessionem dictarum vntiarum  
xx. Postquam sententiam fuit facta  
conuentio inter Episcopum Auer-  
num, & ipsam Ciuitatem, quod agi-  
tetur causam petitorij super proprie-  
tate dictæ gabellæ, & si fuerit deci-  
sum ipsam gabellam, vñ. dictas vñ-  
tias viginti super dicta gabella specta-  
re ad dictam Ciuitatem, quod ipse  
Reuerendus Episcopus teneatur re-  
stituere eidem Ciuitati dictam gabel-  
lam cum omnibus tertijs per eum  
perceptis, de qua conuentione appa-  
ret instrumentum in proces. fol. 451,  
cuius conuentionis vigore, pro par-  
te dicti Reuerendi Episcopi fuit obla-  
ta petitio in Regia Camera, in qua  
petit declarari gabellam prædictam  
spectare, & pertinere ad ipsum Do-  
minum Episcopum, & eius maio-  
rem Ecclesiam: & nullum ius com-  
petere super ea eidem Ciuitati super  
qua fuit per ipsam Regiam Cameram  
datus terminus fol. 459. Et dum in-  
stante Episcopo causa fuisse remissa  
ad Sacrum Consilium, vbi processus  
in petitorio factus fuit: Quia pro par-  
te dicti Reuerendi Episcopi in suis  
Articulis fuit positum, quod dicta Ciuitas in totum dedit dictam inte-  
gram gabellam de lo Datio dicto In-  
clito Regi, & dictus Rex Ferdinan-  
dus concessit ipsi Ciuitati immunita-  
tem ab omnibus fiscalibus funcioni-  
bus, tam ordinarijs, quam extra or-  
dinarijs: permutoando eandem gabel-  
lam cum dicto Rege Ferdinando, cū  
immunitate à Fiscalibus functioni-

bus, quam immunitatem nititur de-  
monstrare per certos testes exami-  
natos in causa alias agitata inter ip-  
sam Ciuitatem, & Magnificum Iaco-  
bum Garganum in Sacro Consilio  
propter quod videns Ciuitas ipsa,  
quod si dicta permutatio fuisse facta:  
Regia Curia teneretur, aut restitue-  
re ipsi Ciuitati integrum gabellam:  
postquam ipsa ciuitas semper soluit  
dictas fiscales functiones, & hodie  
illas soluit ipsam ciuitatem facere  
imunem ab ipsis fiscalibus functioni-  
bus, & sic manifestè tractatur de in-  
teresse Regij Fisci, petiit causam ean-  
dem remitti ad Regiam Cameram  
Summariaæ ad hoc ut ibi discutiantur  
merita dictæ allegatae permutationis,  
pro qua remissione comparuit Ma-  
gnicus Procurator Regij Fisci, &  
similiter petiit causam remitti ad Re-  
giam Cameram pro interesse Regij  
Fisci, & tandem auditis Fisco, & epi-  
scopo prædicto, ac dicta ciuitate fuit  
remissa ad Regiam Cameram causa  
prædicta, & quoniam pro parte dicti  
Episcopi allegatur, quod virtute di-  
ctæ permutationis sua Cæs. Maiestas  
non tenetur dictæ ciuitati ad aliquid,  
ex quo tam Sua Cæs. Maiestas, quam  
modernus Inclitus Rex noster Domi-  
nus non sunt hæres dicti Regis Fer-  
dinandi, & propriæ virtute dictæ  
permutationis non teneretur ad ali-  
quid ipsi ciuitati: Propterea pro par-  
te ipsius ciuitatis dicitur quod quando  
dicta permutatio legitimè demon-  
straretur, Inclitus Rex dominus no-  
ster teneretur dictæ ciuitati ad obser-  
uantiam dicti contractus permuta-  
tionis, non obstante, quod non sit  
hæres dicti Regis Ferdinandi, per  
ea, quæ in terminis dixit Bald. in  
leg. digna vox, versic. modo iuxta  
hoc doctor. quærunt cod. de legi-  
bus, qui dixit, quod contractus †  
Principis initus cum subditis ligat,  
& obligat successorem allegat leg. pe-  
nul. cod. de donat. inter vir. & uxo.  
rē, idē in specie tenuit Petr. Belluca

in specul. Princ. Rubr. 2. versic. & hec sunt leges pactionatę &c. col. 4. qui dixit, quod lex Principis pactionata facta per Principem pecunia fibi data, & contractus Principis obligat ipsum Principem, & eius successorem ex quo talis lex, & contractus habent in se iustitiam naturalem, quia Princeps, & successor obligantur, vt ibi per eum allegantem c. primum extra de probat. & Bald. in d. l. digna vox, & ibidem Cyn. & Guid. de Sucza, qui allegant l. penul. C. de donat. inter vir. & vxor. Dicens quod communis schola legistarum habent hoc pro Euangeliō, & multa ad hoc allegat. Idem in specie tenuit Anton. de Butr. Imol. & Abb. in c. ex epistole, quod est c. primum in princ. extra de probation. dicentes maximē Abb. ibi quod ex contractu Principis gesto cū subdito nomine dignitatis obligatur non solum Princeps contrahens, sed etiam successor tenetur ad illius obseruantiam, allegat Cyn. in dicta leg. digna vox, & legem Cæsar. ff. de publica, & plenissimē Felyn. in d. c. ex epistole in principio, qui allegat Romanum cons. 252. incipiente pro decisione propositae quæstionis, & multa alia: Idem in specie tenuit Bal. in l. qui se patris col. 8. vers. hoc scias, q̄ si Princeps etc. C. vnde liber. q̄ dixit, 2 quod si Princeps + recipit præmium, licet utatur verbo indulgemus, est contractus irreuocabilis, qui allegat Nicol. de Martha. de Iustitia C. confirma. qui dicebat, quod Imperator non potest reuocare priuilegium antecessorum, nec proprium ex quo est efficaciter ius quæsitū, quod dictum Bald. vbi supra dicit procedere, vbi concedens prætextu dicti Priuilegij aliquid fuit lucratus à suscipiente, puta aliquam dationem, vel f. Etū, quia tunc non potest reuocare, quia reuocans committeret dolum secundum eum, & idem expressè tenuit Felyn. in c. nouit in 7. col. ex duabus sequentib. extra de Iud. hoc idē tentit Soc-

cyn. consl. 156. quod est 4. in ordine secundi volum.

Quod incipit profundamento decisiois col. 2. vers. quoniam ad hoc respondeatur etc. vbi multa allegat, & Petr. de Anchā, consil. 2. incipit, vt tactum est Alex. consl. 215. incip. nec arguendi scimus 2. vol. & in specie Capyc. decisio 121. incip. in causa officij conseruatoris &c. Et Alberic. in l. decernimus, vers. querit hic Dominus, Guid. de Sucza. C. de Sacros. eccles. qui dicit, quod Priuilegia Manfredi, qui se gerebat pro Rege Siciliæ debent seruari per Regem Carolum verum Regem, ad quæ multa alia allegare possem, quæ brevitas causa omitto.

Et maximē prædicta procedunt, quia idem Rex Ferdinandus in priuilegio venditionis factæ dicto Reuerendo Episcopo dictarum vniarum viginti, declarat, quod ipse indigebat pecunia pro soluendis stipendijs militum, quos tenebat pro guerra Gallorum, & Baronum Regni, qui contra eundem Regem guerram mouerant taliter quod pro utilitate Regni gabella dictæ Cuiutatis deseruisse, quando vero appareret permutacionem fuisse factam, quo casu successor in Regno licet non sit hæres dicti Regis Ferdinandi teneretur obseruare dictum contractum Regis Ferdinandi, & sic manifestè depræhenditur interesse Regiæ Curiæ, & propterea causa debet remanere in ead. Regia Camera.

#### A D D I T I O N E S.

**A**d numerum primum, & secundum, ultra dicta per meum Auum hic, Addo quod priuilegium per Principem concessum, præcio mediante, vel obseruit transire in vim contractus, & non potest per Principem reuocari, per id quod dixit Bal. in l. qui se patris C. vnde lib. & Andr. de Isern. in Constitutione Regni ea. quæ ad decus, & Alex. de Imola in 2. vol. consil. primo in 6. col. & in consl. 208. in 4. col. & consil. 215. per tex. in l. fundum C. de fundis

fuudis patrim. & in c. primo de feudo sine culpa non ammitt. & dixit Bal. in l. prima ff. de consti. Princip. quod concessa per Principem iure contractus, nō possunt per eundem vel eius successorem reuocari, ita Petrus de Anch. in c. quoniam de concessione præbend. in 6. Alex. consl. 192. 4. col. 2. volum. ex quo Deus non subiecit contractus sub potestate Principis, dixit Bald. in c. primo de natura feud. & ad hoc Affl. decil. 128. num. x.

*Abb. Io: Hier. de Mauro.*

### S V M M A R I V M .

- 1 *Ex priuilegio Principis queritur ius sine possessione.*
- 2 *Superueniens Priuilegium nō derogat primo, de quo non est facta specialis mentio, & nū. 3. ad idem, & nū. 4. & nū. 6. & nū. 7.*
- 3 *Per generalem legem non tollitur immunitas alicui specialiter concessa.*
- 4 *In his, quæ tendunt in præiuditum tertij, priuilegiū Principis stricte interpretatur: securus tamen est in his, quæ sunt præiudicalia Principi concedenti.*
- 5 *Clausula derogatoria apposita in priuilegio quid operatur.*

### ALLEGATIO 79.

P ER secundum Priuilegium quando tollatur primum.



V O D Ciues Auersani, & homines casaliū dictę Ciuitatis possint conuenire in causis ciuilibus, & criminalibus homines Casalisi Sancti Antami coram Magnifico Ca-

pitaneo Ciuitatis prædictæ, non obstante asserto priuilegio Baronis Sancti Antami, ita quod dictus Capitanus Auersanus possit in homines dicti Casalis Sancti Antami iurisdictionem exercere ad instantiam Ciuium Auersanorum: demonstratur ex priuilegio incliti Regis Ferdinandi concesso Ciuib. dictæ Ciuitatis, & hominibus casaliū eiusdē, per q̄ priuilegium datur ipsis hominibus ciuitatis, & casalium facultas, & electio agendi cōtra homines de casalibus coram magnifico Capitaneo Auersano, vel coram Baronibus, per quod priuilegium ipso iure fuerit acquisitum ius dictis hominibus ciuitatis, & casaliū, per ea, quæ notanter † dixit Bald. in c. ad audientiam extra de præscript. col. 2. q̄i dixit, quod ex priuilegio Principis, queritur ius sine possessione, & idem Bald. ibidem inferius dicit, quod priuilegiū est ius optimum, idem tenuit Bald. in prælud. feud. 7. col. qui dixit, quod in priuilegijs eo ipso, quod Princeps dat transfert ius seu dominium, allegat l. bene à Zeno ne C. de quatrien. præscr. idem v3. quod ex priuilegio Principis queratur ius ipso iure, sine alia traditione tenuit Alex. consil. 3. 2. col. vers. septimo, &c. 5. vol. stante ergo iure quæ sito ipsis Auersanis, & consequenter dicto Capitaneo dictæ ciuitatis ad instantiam Auersanorū † superueniens priuilegium dicti Baronis, debet intelligi eidem concessum sine præiudicio, & derogatione ipsorum Auersanorum, ex quo Princeps in dubio nō videtur velle derogare iuri tertij, maxime cum de eo mentionem non faciat C. super eo de offic. deleg. c. quāuis de rescrip. in 6. l. nec Auus C. de emancip. liber. l. impuberi ff. de administr. tuto. l. 2. ſ. merito, & ſ. si quis a Principe ff. ne quid in loco public. notatio: Andr. in c. si motu proprio de præben. in 6. qui dixit hoc procedere etiam si Princeps concedat priuilegiū motu proprio: sequitur Abb. in c.

in c. primo col. 10. de iudi. qui non nulla allegat, & notabiliter, Bald. in l. ex facto in principio ff. de vulg. & pupill.

Et quamvis prædecessoribus Baronibus dicti casalis asseratur fuisse concessam iurisdictionem in vaxallos & homines dicti casalis priuatiuè ad magnificum Capitaneum Auersanū: Attamen non intelligitur abdicata iurisdictionis dicto Capitaneo Auersano ad instantiam ciuium Auersanorum, quibus pro anterius priuilegium erat data facultas conueniendi homines casalium coram dicto magnifico Capitaneo Auersano, per ea quæ notanter, tenuit Bald. in c. primo in principio de natur. feud. qui dixit, quod + secundum priuilegium non tollit prium, ex quo nō est in potestate Principis, sed est factum priuati iuris, allegat notata in c. primo de constitutio. in 6. & tex. in Auth. priuili. C. de Sacos. eccles. idem tenuit Bald. in l. 1. col. prima de coustitu. Princip. qui dicit, quod vbi Princeps dat, vel confirmat, semper debet intelligi, saulo iure alterius, allegat l. authoritate C. vnde vi, idem tenuit Bald. in tit. de pacæ constantiæ in vers. amplius consueverunt: qui infert, quod concessiones aquarum publicarum à Principe factæ, quæ intelligentur, saluis iuribus eorum, quibus per prius fuerat concessæ, & idem notat Bald. in l. si cum mihi ff. de dol. & notat Gemin. in c. primo de constitutio iu. 6. & ad hoc accedant notata per Ludouic. in conf. 293. incipite circa præmissam dubij consultationem, qui tenet, q̄ concessio alicui facta per Papam non præjudicat concessioni eiusdem rei per prius alteri factæ, & idem videtur tenere Paul. de Castr. conf. 156. incipiente viso, & examinato puncto 3. col. vbi concludit quod secunda concessio aliquorum bonorum feudalium à Summo Pontifice facta non tollit ius quæsumum alteri virtute prioris concessiotis factæ per Episcopum.

- 4 Nec per + generalem derogationē forte appositam in dicto priuilegio præfati Baronis censetur derogatum priuilegio dictis ciuitati, & ciuibus concessio, sed debuit fieri specialis, & specifica mentio priuilegij Auersanis concessio, ita probat tex. iuncta glos. prima, in l. decurionibus C. de silenciar. lib. 12. per quem tex. dicit ibi Io: de Platea, quod speciale priuilegium alicui concessum non tollitur per generalem legem, vel dispositiōnem in contrarium factam, quia specialis concessio, specialē requirit ademptionem, allegat l. si mihi & tibi, q̄. in legatis ff. de leg. primo, & idem dixit Ioan. de Platea in l. priuati rei C. de excusat. mune. lib. x. + qui dixit, quod si alicui est concessa immunitas spetialis, licet postea imponantur datia, vel collecta generalis, quod omnes, & singuli cuiuscunque conditionis sint, teneantur soluere, quod per hanc generalitatem non tollitur generale priuilegium immunitatis, allegat glos. in d. l. decurionibus: nā specialiter concessum requirit spetialē ademptionem. allegat l. si quibus in princip. ff. de leg. 3. non autem tollitur speciale præcedens, per subsequens generale, idem, & melius tenuit idem Ioan. de Platea in l. prima in 3. col. de petitis bono. subla. qui dixit + quod rescriptum Principis, q̄ est contra priuilegium alicuius non valet, nisi de illo faciat speciale mentionem, allegat c. cum ordinem ex. de rescip. & d. l. decurionibus, & multa alia, ad quæ accedat bonus tex. & ibi not. per Noct. in c. si propter tua debita de rescript. in 6. per quem tex. dicit ibi, domini, quod priuilegium impetratum cōtra aliud priuilegium non valet, nisi de illo fecerit specialē mentionem, allegat notata per gloriam in cap. primo de constitutio eod. lib. & in c. primo in vers. quia speciale mandatum de rescrip. & dixit idē Domini. in dicto c. primo de constitutio. in 6. col. 2. quod priuilegium contra

cōtra aliud priuilegium impetratum non tollit illud per iura per ipsum ibi allegata, & dixit Bal. in l. f. in fine C. si contra ius, vel utilitatem publ. quod rescriptum Principis contra aliud priuilegium alicuius non valet, si non facit mentionem de illo, allegat d. c. cum ordineni, & multa alia: ex quo ergo in Priuilegio dicti magnifici Baronis nulla sit mentio priuilegij Auerfanorum, nec ipsi priuilegio Principis derogavit, aut derogare voluit, non potest dici ipsum priuilegium fuisse sublatum per supradicta.

Confirmantur prædicta, nam ex processu apparet, quod Capitaneus Auerfanus ab olim, & antiquo tempore fuit in possessione exercendi iurisdictionem ciuilem, & criminalem in homines, & vassallos dicti casalis ad instantiam Auerfanorum, sciente, & paciente Barone, qui pro tempore fuit in dicto Casali, quo casu superueniens priuilegium dicto magnifico Baronii concessum, nullam faciens mentionem de possessione dicti Capitanei Auerfanii exercendi iurisdictionem in homines Sancti Antami ad instantiam Auerfanorum virtute dicti priuilegij non præjudicauit, nec præjudicat ipsis Auerfanis, ac magnifico Capitaneo dictæ ciuitatis, ita punctualiter tenuit Abb. in c. veniens, 3. col. de præscript. qui dixit, quod si sola possessio alterius impedit vires priuilegij de alterius possessione mentione non habita, ut in c. 2. de decim. in 6. & notatur in c. dudum extra de prileg. fortius impedit possessio cum proprietate, seu iure quæsito ex priuilegio, & ad hoc accedat glos. in regula generi. de reg. iur. in 6. qui dixit, 7 quod si secundum priuilegium sive sit generale, sive sit speciale, non tollit primum. nisi de eo faciat mentionem allega. c. veniens de rescript. & ca. de cetero tit. de reg. iur. in 6. idem tenuit Franc. de Aret. in cons. 77. incipiente in Christi nomine diligenter vissis, versu, circa secundum, & ad hoc

accedat, quod in ipsis concessionibus gratiosis, seu beneficijs facienda est mentio de quocunque iure etiam modo, alias redumaret subreptitia, & nullæ c. si proponenti de rescript. cap. si motu proprio, eod. tit. etiam si tale ius non esset ex toto efficax, prout notat Dom. Cardin. & Anton. de Burrio in cap. in nostra extra de rescript. & ad prædicta optimè deseruit illud quod dixit Bald. in l. fin. in princ. C. de constitutio. princip. qui 8 dixit † quod in his, quæ tendunt in præiuditum tertij priuilegium Principis strictè interpretatur, secus tamen est in his, quæ sunt præiudicialia. Principi concedenti, pro quo est tex. in c. super eo de offic. deleg. & in cap. primo, & 2. de filiis Præbitero. in 6. & in c. quod dilectio de consanguini. & affinita, & plenè per Docto. in cap. olim de verbo signific. taliter quod concessio iurisdictionis facta Baroni priuatiuè ad Capitanem Auerfanum intelligitur in præiuditum Regis cōcedentis, non autem in præiuditum Auerfanoru, quibus per prius fuerat ius quæsitum virtute anterioris priuilegij per prædicta.

9 Et ad hoc † accedat, quod in priuilegio Auerfanorum adeft clausula derogatoria v. 3. non obstantibus quibuscumque priuilegijs concessis, & in Antea concedendis, quo casu quando in priuilegio Baronis esset derogatu, quibuscumq; priuilegijs antea cōcessis, prout non apparet derogatum talis generalis derogatio nō sufficeret, sed erat necesse facere mentionem nō solum de priuilegio Auerfanorum in specie, sed etiam de clausula derogatoria apposita in dicto priuilegio, ita punctualiter tenuit Cyn. in l. prima C. quando Imperator inter pupillum & viduam, & in specie Ludoui. cons. 327. incipiente istæ sunt rationes col. 3. versic. nunc vero respondeo, &c. & plenè Felyn. in c. accedentes 3. col. vers. quæritur quando in priuilegio &c. de præscript. qui relatis opinio- nibus

nibus multorum contrarium tenetiam, tenet præcedentem opinionem dicens ipsam esse communem reprobando opinionem Alberici in d. leg. prima C. quando Imperator, &c. qui dicebat, quod Cyn. mentitur in ead. l. nam Felyn. vbi supra dicit, quod communis opinio est contra Alberi. & multa consilia diuersorum allegat, & idem tenuit idem Felyn. in c. non nulli 7. col. in princ. & ferè per totam illam columnam extra de rescript.

## ADDITIONES.

**A**d numerum secundum ultra scripta per meum Auum hic, addo quod priuilegium p̄imum non collitur per secundum, si in secundo non sit facta specialis mentio de primo. Ann. in alle 69. num. 33. & 34. & in alleg. 64 num. 16. & in alleg. 56. nu. 26. & in alleg. 53. num. 25.

Abb. Io. Hier. de Mauro.

## SUMMARY.

1. Quādo intelligatur deductum petitorum, & quando possessorum.
2. Virtus libelli stat in conclusione, & ideo si in libello narratur destitutio possessionis & postea concluditur in petitorio: iudicium est proprietatis.
3. Super iuribus incorporalibus non competit interdictum retinendae possessionis, vel possessorium recuperāde, sed quidam status de iure canonico.
4. Possessorium recuperande concurred cum petitorio, nisi petitorum sit suspensum:
5. Solitum, vel consuetum per quod tempus probetur.

6. In corporalibus requiritur scientia, & pacientia aduersarij, ut acquiratur possessio.
7. Possessio est p̄enes commodaniē, non p̄enes commodatarium.
8. Qui continuat suam possessionē non dicitur spoliare.
9. Quot sunt solutiones facienda in anno per conductorem. Tot dicuntur locationes.
10. Attendenda est forma contraria, qualiter dominetur à partibus.
11. Commodans potest propria auctoritate rem inuadere, & recuperare, & non dicitur spoliare.
12. Agenti possessorio recuperande obstat notoria exceptio dominij: quod qualiter intelligatur late tractatur.
13. Quando quis est expulsus auctoritate magni Praetoris non habet interdictum recuperandi possessionis.

## ALLEGATIO 80

**Q**uādo intelligatur deductum petitorum, & quando possessorum, & multa in materia spolij.



N causa Episcopalis Cu-  
riæ Auersanæ contra  
vniuersitatē dictæ Ci-  
uitatis super ducatis  
decem mensatim su-  
per gabella vini, de qui  
bus dicitur spoliatam Ecclesiam...

Quia

Quia Reuerendiss. Cardinalis credit litem esse super mero possessorio recuperandæ, & vniuersitas conuenia dicit, quod immo lis est super petitorio, ideo præsupponitur factum.

In Anno 1464. Rex Ferdinandus asserit in quodam suo priuilegio, q̄ dicta vniuersitas tradidit, cessit, commodavit, & assignauit gabellas dictæ vniuersitatis pro duobus annis, & ipse Rex excomputat in fructibus omnia iura foculariorum, & salis imposita, & imponenda, & promittit donec tenebat ipsas gabellas de cetero aliqua iura collectarum, & foculariorum ab eadem non exigere, sed pro eis recepisse dictas gabellas, immo promittit de fructibus ipsarum reparare muros ipsius Civitatis, & facere certas alias expensas. Demum alienauit de introytibus dictarum gabellarum, & præcisè de gabella vini vntias 20. v3. ducatos decem quolibet mense Episcopo Auerzano nomine eius ecclesiae pro duacisis 1200. & donec idem Rex, seu Regia Curia tenuit dictas gabellas idem Episcopus ab Arrendatoribus ipsarum gabellarum arrendantibus ab ipsa Curia Regia habuit dictos ducatos decem quolibet mense, demum Rex Ferdinandus Secundus in adventu Regis Caroli restituit dictas gabellas dictæ vniuersitati, & tunc tenuit.

Nunc quæritur, quia Episcopus agir contra dictam vniuersitatem: Est videndum si iuditium est super petitorio, vel possessorio, sed quodcumque sit debet ipsa vniuersitas absoluī, & primo.

Quia iuditium est super petitorio, quia licet narret fuisse in possessione recipiendi singulis mensibus ducatos decem super ipsis gabellis, & quod fuit ipse Episcopus de facto spoliatus de dictis ducatis decem per ipsam vniuersitatem: Tamen in

conclusionē dicit, sibi prouideri, quod eidem Episcopo respondeatur de dictis ducatis decem super dictis introitibus iuxta tenorem, & formam priuilegiorum, & sicut semper fuit in possessione dictæ consequentis dictorum ducatorum decem: Item, & citatio desuper emanata ad eiusdem Episcopi instantia, concludit, quod debeat dicta vniuersitas eidem responderi facere, iuxta formam dicti priuilegij, & iuxta solitum, & consuetum, et si prætendit ius aliquod, qualiter non teneatur, illud debeat proponere, quia ministraretur ei iustitia, et sic apparet, quod nulla restitutio pensionis pecuniae subtractæ petita fuit, nec conclusio libelli † hoc dictat, immo conclusit, quod sibi respondeatur iuxta priuilegia, ergo petitorium est deductum, et sic allegat, et deducit titulum, quia eius priuilegium est de emptione, et venditione, et propterea dicit Antonius Butr. in capitulo licet de probat. quod licet agatur possessorio, et producitur contra agentem priuilegium, vel instrumentum, vbi est titulus conuenti de re de cuius possessione agitur, dicitur productum esse titulum, quinimo dicitur notoriè constare de titulo, et est euidentissima probatio tituli, quem Abbas ibi sequitur, et idem tenet Doctor Anton. in capit. cum inter, de re iudi. et propterea dicitur, quod iuditium est petitorium, non autem possessorium.

2. Et licet † narretur possessorium cum vitio destitutionis, ex quo concludit in petitorio, proceditur super petitorio, et iudicium est proprietatis, et non possessorij, vt in terminis dicit Antonius in capitulo ex parte, versiculo quinto, de foro compet. et idem tenet in capitulo final. in quinto notabili de iudi. et in cap. examinata de iudi. in cap. cum

Rx dile-

dilectus, tertia col. de ordin. cognit. quia virtus libelli stat in conclusione, sicut dicit Innoc. in c. super litteris de rescript. quem sequitur Bal. in l. documentum de rei vendi.

Item etiam appareat, quia citatur vniuersitas ad allegandum, & producendum eius iura, si qua habet, quare non tenetur ad respondendum de duca:is decem, iuxta solitum, qui petit ius, vel instrumentum dicitur præposuisse petitorum, & non possessorum, quia appellatione iurium veniunt, quæ concernunt dominium, & omnia iura, vt l. nemo plus iuris, de reg. iur. regula nemo potest perdi. eo. titu. lib. 6. & per do: Anton. & Abb. in c. cum dilectus de ordin. cognit. leg. fin. c. si. cont. ius, vel utri p. cum multis si.

Cum ergo libellus non continet petitam restitutionem quæ peti debet etiā in corporalibus + quia ut clarum est de iure ciuiili super iuribus incorporalibus, ut super personis non competit interdictum; vel possessorum restituendæ, ut per Cyn. & alios leg. si certis annis C. de patetis, & quamvis competit de iure Canonicæ super illis redditibus, aut pensionibus, quæ debentur ex re stabili, ut in c. quærelam, de ele&t. nihilominus oportet, quod petatur restitutio possessionis, non videtur, quod sit intentatum possessorum, ut in terminis deciditur in cap. quærelam in princ. ibi pensionem sibi restitui subtractam, & propterea petitam restitutionem: propterea Papa ibi iudicauit salvo iure proprietatis, item quia citatur vniuersitas, ad proponendum iura, quod verbum respicit omnia iura, sequitur quod iuditium est super petitorio, quia attendi debet medium concludendi quod in libello est conclusio, & non narratio, secus si non esset conclusio, quia attenderetur narratio, ita dixit Bart. in l. certi condit. in prin. ff. si cert. petat, & in leg. si prius quia

ta oppos. de oper. nou. nunc, & in leg. naturaliter, s. nihil commune de acquir. possess. vnde Anton. de Butr. in cap. cum dilectus tertia column. de ordin. cognit. dixit, quod licet narretur petitorum, & possessorum attendi debet ad conclusionem, & sicut concluditur, ita erit iuditium, vt supra est dictum.

Et cum constet, quod dicta gabela sit de vniuersitate, & tenebatur per contractum comodati per Regem, non potuit Rex ipse ipsam vendere tanquam alienam, nec ipsam inter vertere l. si quis conductio. C. locati leg. fin. C. de acquiren. posses. quia ut infra dicetur, & proprietas, & possessio erat ipsius vniuersitatis, & Dominus Rex pro ea possidebat.

Nec obstat, quod pars domini Episcopi plures protestata fuit contra vniuersitatem, quia posuit super petitorio, & super eo impertinenter & petiit rei, & articulos, & testes, quia per supradicta appetit, quod se defendidit super introductis per ipsum Episcopum: item quia concessum est de iure conuentum possesso- rio recuperandæ posse docere + de proprietate, non dicitur imperti- nens, ut notant omnes in dict. s. ni- hil commune, quia ista iuditia con- currunt, quod fallit, nisi sit suspen- sum petitorum ante conclusionem vt in cap. pastoralis de cau. posse, & propri. in clemen. vnicar. eodem tit. sed in toto isto processu, & iudicio nulla facta est suspensio, ergo non datur impertinens, & est aduerten- dum quod non sufficeret suspende- re petitorum à se introductum, sed est necesse suspendere introductum à conuento, ut in dict. clementina vnicar., & ibi per Dominus Cardin. & notant Doctores in dict. cap. pa- storalis, & maximè per Anton. de Butri.

Et quando solum petitorum esset intentatum per dictum Dom. Episcopū, etiam

etiam debet ipsa vniuersitas absolui, & primo, quia non probauit possessionem, ex qua posset obtainere, quia quicquid probat, est quod tenentur ipso Domino Rege Arrendatores ipsarum Gabellarum à Regia Curia respondebant certis personis pro Domino Episcopo singulis mensibus, & ipsa Regia Curia tanto minus recipiebat à Regia Camera in computis rendendis per ipsos Arrendatores, vel administratores, quando incredencia tenebant dictas gabellas, audiebat, quia petitur ad solitum, & consuetum, quia sic se restrinxit, & de presente non tenetur per Regiam Curiam, nec pro iuribus Fiscalibus, vt primo tenebatur, immo Regia Curia recepit iura foculariorum, & salis ab ipsa vniuersitate, & non ex illis gabellis, sequitur ergo, quod nec probauit possessionem, quia nunquam recepit aliquam pecuniam, nisi, vt de iuribus, quæ percipiebat profocularibus. & vniuersitas tunc non aliter aliquid soluebat, nec probauit, nisi Curia tenentur, & solitum ad quid se reponi petit? cessat de praesenti, ergo sequitur quod non probauit possessionem, nec ad solitum potest restituiri, quia de praesenti non sic tenetur, prout tempore, quo percipiebat: Item quia solum probat, quod Arrendatores Regiae Curiae solebant, & dicta gabella non stat arrendata pro Regiam Cameram, ergo non est in probatis.

Item quia ipse tum in libello, quam in articulis petit prouideri, vt repnnatur, prout erat ante aduentum Regis Francie, & sic sicut tenebat iam Regia Curia, & nunc Regia Curia eas non tenet, nec dicitur earum introitibus sibi fatisfacit de collectis, & sale, sed ab ipsa vniuersitate, et non cum aliqua diminutione, ergo restitui non potest: Item quia vt dixi, Episcopus unquam possedit gabellas, nec ipse unquam arrendauit, velexigere fecit, sed solum exa-

ctos pro Regia Curia soluebat, ergo debet expectare, quod debeant pervenire iterum ad manus Curiæ. Item quia vt dicatur consuetum esse in possessione exigendi + secundum consuetum oportet, quod probetur per tempus xl. annorum, et de consuetudine praescripta cap. cum de benef. de praebend. lib. 6. cap. primo §. pen. in gloss. de offic. ordin. eod. lib. et est tex. quem ibi Dominus Cardin. dicit esse singularem in c. dilectus. de offic. ordin. et tex. in cap. fin. de consue, requirit spatium xl. annorum.

6. Item quia in + corporalibus, vt acquirant possessio requiritur scientia, et pacientia aduersarij et per consequens ipsius vniuersitatis, quia contra ipsam quereretur possessio l. 2. C. de serui. et ibi Bal. ultimo notab. et ita tenet Do. Anton. de Butr. in cap. olim lo. tertio de resti. spol. et est ibi gloss. Cardi. item nec fuit acquisita episcopo possessio quia non probatur, quod qui receperant erant spetiales procuratores, sed potius erant gestores, qui non acquirunt possessionem domino, nisi per ratificationem domini, vt dicit gloss. in cap. accedens, de praeben. quam sequuntur ibi Do. Antonius et Petr. de Ancar. sed in praesenti processu, nulla ratificatio ei non probatur, ergo nulla possessio acquisita fuit.

Vlterius dicitur, quod etiam si probaretur possessorium, non probat spoliu, et propterea non potest petere restitutionem iuxta, c. consultationibus de offic. deleg. non obstante, quod dicta vniuersitas possideat dictas gabellas, quia vt in principio dictum est, dicta gabella fuit comodata per duos annos, et quamuis dicant verba priuilegij, quod dicta vniuersitas cessit, tradidit, nihilominus, dicit commodauit, et sic titulus cessionis, quia cessione de p se requirit non men tituli, vt per Bart. et Bald. in l. per diuersas C. man. et in l. 1. de ord. iudi. et notar. in l. 1. ne licet poten.

Rr 2 contra-

contractus est, propterea comodati, quia expressus est, sed quamvis Rex Ferdinandus titulo comodati tenuerit & tamen possedit nomine dictæ vniuersitatis, quia solum percipiebat redditus, & introytus pro iuribus Fiscalibus, ad quæ tenebatur dicta vniuersitas, ergo vniuersitas possidebat I. quod meo ff. de acquir. poss. l. fin. ff. de præca. & quod sit verum, quod apud ipsam vniuersitatem erat possessio, & tex. in l. rei comodata possessio ff. como. vbi naturalis, & ciuilis possessio remanet pœnes commodantem, ad idem tex. in l. licet s. rei ff. de pos. vbi possessio rei depositæ remanet naturalis, & ciuilis, pœnes depositariem, ad idem tex. in l. iuxta de inter. s. per eos quoque, sic ergo cum dicta vniuersitas tanquam comodans retinebat possessionem, & natu-  
rale, & ciuilem, potuit ingredi eius & possessionem, quia vniuersitas possidet ciuiliter, & naturaliter, & l. prima s. municeps ff. acquir. poss. & tanquam possidens potuit continuare suam possessionem, & qui continuat non spoliat, nec spolio conueniri po- test, c. olim lo primo de restit. Spol. & in c. cum venisset eod. tit. per quæ iura, ita concludit Rota in concil. item si rector in tit. de resti. spolia. in nouis, propterea negari non potest, quod etiam ciuiliter dicta vniuersi- tas non possedisset, quia per annum priorem possidebat d. s. municeps, & ut dictum est etiam naturaliter non solum animo possidebat, per dicta l. rei comodata iunc succedit, & q̄ est si naturalis esset penes Episcopū, potuit dicta Vniversitas ipsas Gabel- las comodatas autoritate propria ingredi, & recuperare naturalem, & non dicitur spoliasse, quamvis spolia- uerit naturaliter possidente glos. est in l. i. C. vnde vi, & ibi etiam sequitur Bart. & glos. in s. retinendæ inst. de interd. Bart. in disputatione accu- satus de vi turbativa, idem sequitur Ang. in l. vt vim de iust. & iur. & per

dictas authoritates, ita cōsuluit Alex. in cons. 99. incipiente, visis proces- sibus veri. & ad ostendendum in s. volumi. & est communis conclusio in l. clā possidete s. qui ad nundinas ff. de acquir. poss. ex quibus sequitur, quod potuit ingredi propter suam ci- uilem, immo, & propter naturalem, & non dicitur spoliasse.

Nec obstat si diceretur, quod per tantum tempus quo tenuit eas dictus Dominus Rex Ferdinandus. s. per annos 31. amissa fuit ciuilis, quia perditur per lapsum decem annorum l. si ideo, & si forte, de acquir. poss. cum simil. quia immo non occurrit unus mensis, quia ex quo dictus Rex detinebat incommodatam, & quolibet anno, ex quo percipiebat introi- tus ipsarum in iuribus fiscalibus prædictis, ad quæ value sitas tenebatur. tot erant comodata, & contractus quot erant solutiones, ad quas tene- batur vniuersitas, & sic tria comoda- ta per annum, ex quo per tria tertia exiguntur functiones fiscales, vt dicit Bart. & omnes in l. cotem ferro s. qui maximos ff. de publi. & melius idem Bart. in disputatione sua publicanus quidam per cuius authoritatē Alex. dixit, quod & quot solutiones facien- dæ sunt per cōductorem in anno, tot sunt locationes in cons. 3. viso instru- mento in s. 4. colu. sic ergo concili- ditur, quod ex quo Regia curia exige- bat mensatim, & dietim, seu eius Arrendatores soluebant per quadri- mestre tempus, & sic ipsa vniuersitas tenebatur ad solutionem fiscalium fun- ctionum, quod non obstat lapsus tot annorum, sed quod vniuersitas illo mense, quo accepit ipsas Gabelas erat in possessione, & illo die saltim ciuili quamvis etiam in naturali, quia con- tractus inter ipsum Regem, & dictam Vniversitatem est comodati, quia sic expressè dicunt verba dicti contra-ctus, seu in forma priuilegij, vt dicit Bart. in d. s. qui maximos in 2. quæ- stione dicens & quod si partes appell- launt

Iam contractū venditionem, erit vē ditio & si locationē, erit locatio &c. & sequitur ibi Imol. & Lud. facit tex. in l. vsus fructus ff. de iur. doct. & vt supra dictum est apud tex. aper. in d. l. rei comodate, & in d. §. per eos.

Et quamvis vt est ostensum de iure, dicta vniuersitas promisit dictas gabellas accipere tanquam suas, & quarum habebat possessionem & dicitur quod Rex Ferdinandus ipsas restituit dictæ vniuersitati, vt per plures testes etiam examinatos pro parte domini Episcopi appareat, & propterea non est verum, quod vniuersitas spoliauerit, prout ipse Episcopus agit, quia vt dixi, nunquam fuit inductus in possessione ipsius gabellæ, & nunquam ipse possedit, nec arrendauit, nec locauit, vt posset dici, quod possederit, sed solum per Arrendatores Regiæ Curiæ soluebantur eidem, & tantomodus Règia Curiæ exigebat ab ipsis conductoribus restituendo ergo idem Rex, reintegrauit ipsam, seu restituit tanquam comodatarius, quia ipse Rex detinebat, q̄d appetet quia locabat, & arrendabat, ergo semper fuit in sua ditione, & propterea vniuersitas nunquam amisit possessionem, si ergo ex introib⁹ ipse Rex respondere faciebat dicto Episcopo erat de pecunia Curiæ, quia post exactiōnē pecunia erat Regiæ Curiæ tanquam exacta à locatore, & propterea nullum spolium commisit dicta Vniuersitas recipiendo comodatam gabellam à comodatario, quia curia soluebat de pecunia sua, quia statim per receptionem fuit facta sua, sicut dicitur de mutuo, quia tibi potest comodans propria aut rem comodatam inuadere, & ipsam accipere, & non dicitur vim committere, nec spoliationem, ex quo penes ipsam erat possessio, & proprietas vt dicit glo. in l. si quis in tantum in glo. mag. vers. tertio si inuado rem, quam comodaui, & ibi Bal. vers. tertio ad evidentiam C. unde vi, nec etiam pro

batur aliqua possessio per Episcopū, sed solum, quod possedit recipiendo à Regia Curia, & ab eius Arrendatoribus, & propterea, quia per vniuersitatem, vt dñā detinentur, & possidentur, cessat possessio, & spolium, ex quo Rex restituit ipsi vniuersitati, & iam detinebat ipsam, non dicitur propterea vniuersitatem vim, aut spoliū commisisse l. fin. ff. quod met. cau. per quem tex. ita dicit Imol. in l. à diuino pio §. in venditionem, & ibi Alex. st. de re iudi. & habetur in c. sollicite per Abba. de restit. spol. & propterea audacter dicitur, quod non prebetur spolium prout ipse Dominus Episcopus agit, sed per restitutionem factā per Regiam Curiā vt comodatariā, quia vt supra ipsa vniuersitas remanserat domina in proprietate, & possessione, quia comodando non facit rem comodatarij d. l. rei comodate, cum sequen. ff. comod.

Item adducitur, quia vt supra est ostensum per ipsum contractum factum per ipsum Dominum Regem appetet quod Gabellam recipit incomodatū ab ipsa Vniuersitate, & sic notoriè constat de proprietate, & possessione ipsius vniuersitatis, & quia quando notoriè constat de dominio conuenti possessorio obstat exceptio ipsi agenti possessorio de notoria, & manifesta iustitia, & tibi de dñinio ipsius vniuersitatis, & propterea impeditur restitutio, ita in terminis tenet Glo. in c. ad decimas super vers. reassumuntur de restit. spol. in 6. & glos. in cap. fin. eo. tit. in antiqu. per quas glosas ita consuluit Paul. de Castr. in consl. 39. incipiente in causa capturæ in final. verbis, vbi dixit, quod licet spoliatus sit ante omnia restituendus. Tamen si de proprietate spolianis manifestè constat, denegatur agenti restitutio, & idem consuluit Alex. in consl. 77. incipiente in causa & lite, vers. comprobatur, quia videmus in 2. vol. & in d. §. nihil comune. 11. colu. versi. talis ergo exceptio, de acqui. possess. & Fe.

& Felin. qui allegat etiam alios autores in c. licet, vers. not. 12. de probation. & Bal. in l. penul. C. si à non compe. Iudi. Et dicitur evidentissimè constare eo casu, vbi ostaret per prínilegium Principis, pro ut in casu presenti, vel per instrumentum, vt dicunt Anto. de Butr. & Abb. in c. licet causam de probatio. quos multū exclamat ibi Felyn. in vers. 11. similiiter Bald. in l. fin. C. si à non compet. Iudi. vlt. not. vbi dixit quod vbi exceptio, quæ obicitur spoliato probatio nem non requirit spoliatus non debet restituī, alleg. Oldr. in cons. 271. vt dixit Bal. in l. vitia vers. etiam attende, C. de acquir. possess. quod licet agenti possessorio non obstat exceptio dominij quando agit spolio cū vi, tamen quando non venit ex violentia, sed forte ex alia expoliatione per clam facta obstat exceptio dominij, & non sit restitutio.

Et nihilominus liquet ex meritis processus quod spoliatio ipsa, si spoliatio dici potest, fuit facta & concessa per Regem Ferdinandum secundū bonæ memoriae, & sic à magno Iudice, nam licet nō fuit precedente causa cognitione. Amen & quando data fuit possesso cui dari debebat, non parit interdictum vnde vi, ita dixit Alber. de Rosa. in l. sive vi, vlt. col. ff. de Iudi. & faciunt bene quæ habentur in c. de causis de re Iudi. vbi Innoc. dicit, quod Princeps non tenetur seruare ordinem Iuditiorum, & not. Bal. in l. fin. C. de legi. & Albe. in l. Princeps ff. eod. tit. Et ideo consuluit Bal. in cons. 295. incipit ad evidētiā in 3. vol. q̄ spoliatus per violentiam ab eo qui habet priuilegium à Principe, prout in casu isto non potest agere possessorio recuperandæ, quia dicitur expulsus authoritate magni prætoris, & inductus in possessiōnē authoritate Regia, debet defendi, & manuteneri Regia authoritate arg. l. permitti. Spes de acquir. possess. cū simil. allegatis per Bald. in l. inter

castellianum ff. de arbitr. & per Bal. in cons. 295.

### A D D I T I O N E S.

**A**D num. 4. addo, quod si sit intentatum possessorium recuperande cum petitorio, potest suspendi petitorium, vt dicit meus Auus hic, cui addo ampliationi, q̄ etiam pluries potest suspendi petitorium. Vide Ann. in sing. 491. vbi plures allegat.


Abb. Io. Hier. de Mauro.

### S V M A R I V M.

1. In relictis ad pias causas sufficiunt duo testes.
2. Precedentia quando declarat sequentia.
3. Testibus deponentibus super negativa non est credendum, & quando.
4. Qui prohibet testamentum fieri; & ut notarij non accedat, tenetur resarcire damnum.
5. In relictis ad pias causas non requiritur rogitus testimoniū.

### A L L E G A T I O 8.

**T**raetatur de relictis ad pias causas sine testamento solemnni.



N causa sacri Hospitale Sanctæ Mariæ Annuntiatæ, ac aliorum duorum Monasteriorum cum Magn. Portia de Humilibus, ex pluribus bona quond. Mag. Faustinæ debent declarari spectauisse, & spectare ad dicta Monasteria, vna cum fructibus, primo virtute dispositionis factæ per eandem Magn. Fau-

Faustinam in fauorem dictorum Monasteriorum, quę disposuit relinquendo omnia bona prædictis Monasterijs, & clarè est probatum per duos testes; qui sufficiunt, quia sumus in 1 relictis + ad pias causas, vbi duo testes sufficiunt cap. relatum cap. cum esses de testamentis, per quæ iura, ita determinat Bar. Bald. & cæteri in l. prima C. de Sac. San. eccles. & per Andr. de Basse in ead. l. prima num. 225. C. de Sacros. eccles. nam qui testantur ad pias causas spiritu Dei dicuntur, argu. cap. licet regularibus, & sic non sunt sub leg. vt legis solemnitatem sequi teneantur, quia quæ spiritu Dei aguntur non sunt sub leg. vt 19. q. & cap. duæ sunt, & dicto cap. licet, & quod vera sit dispositio in fauorem prædictorum monasteriorum probata per duos testes, probatur et ex his, quæ pluries dixit dicta magnifica Faustina, dum dicebat, quod vollebat bona sua relinquere supradictis 2 ecclésijs cum præcedentia + declarat subsequentia in l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. hinc dicebat Cyn. post Bal. in l. legatorum petitio §. fin. ff. de leg. 2. quod quando præcedentia sunt expressa, & determinata, & sequentia sunt obscura, vel generalia, tunc præcedentia declarant subsequētia, & est tex. in l. si cum fundum ff. de verb. signif. immo etiam si præcedentia consistant in præfationibus, ad hoc voluntatem ambiguum declarant l. fin. ff. de hæred. instit. l. titia §. idem respondit, ff. de verb. oblig. cū itaq; magnifica Faustina pluries dixerit bona sua velle prædictis Monasterijs relinquere, prout appareat ex depositione multorum testium, & postea verè disposuerit, sequitur dispositio facta verissima sit, & quando aliquod dubium esset, quod nō creditur in dubijs, esse fauendum religioni leg. sunt personæ ff. de relig. & sump. fu. & Dinus hoc non faciens fuit dannatus, & post eius mortem reuelarum cuidam eremitæ viro sancto, vt refert

Ang. in l. prima C. de falsa causa adiecta legato, vt refert Guglielmus Benedictus in c. Rainu. in vers. testamē. tum primo num. 60. fol. mihi 153. Nec obstat dum pars aduersa prætentit ipsos testes, qui deposuerunt super dispositione in fauorem prædictarum ecclesiarum, tunc temporis non absuissent, nam negatiua partis non concludit, ex quo non est cohartata, pro vt dicit iuxta notata per Bart. in l. si actor. C. de probat. tanto magis de ista negatiua non cohartata, nulla debet haberi ratio, ex quo per quatuor testes est probatum, quod testes 3 deponentes super ista negatiua + non concludunt affuerint in illa die, & magis creditur vni testi affirmanti quam pluribus negantibus, vt in leg. 1. ff. de ventre in spi. vbi Bart. & sic cum numerus testium dictæ ecclesiæ sit maior in numero, & qualitate, ac nullum interesse prætendunt, & deponunt affirmatiuè, testes vero partis aduersæ deponunt negatiuè, non cohartando, vt decet, vt ex memoria facti appareat, qui deposuerunt in fauorem ecclesiæ sunt viles personæ, & vnum ex illis duobus testibus partis aduersæ adhuc manet in seruitijs partis aduersæ, & deponit negatiuam trium dierum, & sic tanquam deponentes falsū, vel saltim in verissime, nulla debet haberi ratio, nec consideratio, nec obstat etiam 2. dum pars aduersa prætendit verificare, q; dicta magnifica Faustina, nec fuerit loquuta in die sabati, nec steterit in recto sensu, nam contrarium appetitum ex articulo 39. partis, tum per eius testem Hieronimum Russum, qui deponit in eo. art. 39. q; post discessum notariorum nemini fuit loquuta magnifica Faustina, nisi cum eius sorore, ergo si fuit loquuta, stabat in recto sensu, appetit ex quo in die Sabati fuit osculata Sanctissimum Sacramentum, & quod fuit loquuta eadem die contra prætendentiam partis aduersæ constat ex depositione duorum

duorum medicorum in arte peritorum, quibus est credēdum iuxta tex. in cap. proposuisti, de probat. vt apparet etiam ex depositione duorum notariorum sive dignorum, ac ex depositione trium aliorum testium, prout in nota aperte constat, ex his apparet, quod testatrix voluit dispone se, prout iam disposuit, virtute cuius dispositionis bona debent declarari acquisitā p̄dictis Monasterijs, & hoc sufficere pro victoria causæ, 2. etiam saltim debent dicta bona declarari spectauisse ad dicta monasteria 4 virtute prohibitionis facta & per magnificam Portiam, quæ prohibuit testamentum fieret, quo sit vt teneatur dictis ecclesijs damnū resarcire, iuxta tex. in §. peruenit in Aut. vt nulli iudi, leg. huius §. sempro. ff. de leg. 2. & per sal. in l. prima C. si quis aliquem testari prohibuit. nam quando constat, quod vult testari, vt in casu nostro, vbi est probatum per plures testes, quod volebat testari, & constat de persona instituenda, tunc prohibens domum resarcire tenetur, & hæreditas ab ipso vt indigno auferre, vt per Salic. in d. l. 1. Bart. in l. 3. nu. 9. ff. si qui aliquem testari prohibuerit, & ad probandam prohibitionem sufficit probare, quod volebat testari, & quod alius prohibuit, Bar. in d. l. 3. num. 13. ff. si quis aliquem testari prohibuerit, hic verò est probatum testatricem voluisse testari, & proinde tecisse vocari notarium pro testamento confiendo & etiam probatum, quod ipsa fuit prohibita, propterea discessit notarius propter verba magnificæ aduersariæ, ac eius filij nomine l' Abbate Rendena, tertio est probatum de persona instituenda videlicet de ecclesijs, quæ fuissent institutæ, nisi p̄dicta testatrix fuisset prohibita, vt deponit Ioannes Andreas super 14: articulo, constat ex depositione etiā notarij sebni Monticelli testis omni executione majoris, qui dixit, quod dicta magnifica Faustina volebat te-

stari, vt dixerat eius confessori, qui expressè dicit, quod magnifica Faustina volebat testari, & relinquere p̄dictis ecclesijs, constat etiam ex declaratione facta ante ultimum diē mottis, quod volebat bona sua relinquere p̄dictis ecclesijs, & sic etiam constat de animo, q̄ volebat testari, cōstat de p̄sonis idest ecclesijs, in quibus volebat disponere, constat de eius voluntate, ac constat, quod notarius fuit prohibitus, ac etiam dicta magnifica testatrix fuit etiam prohibita, vt non testaretur in scriptis, pro ut ipsa destinauerat, rāto magis quia postea disposuit sine scriptis, postquam in scriptis disponere prohibita fuit, quare ex p̄dictis, tum ex dispositione, tum ex prohibitione facta, tum quia sumus ad pias causas, debent declarare dicta bona spectauisse ad p̄dicta monasteria.

Nec obstat si pars & aduersa p̄tē dat dictos duos testes, qui deposuerant super dispositione in fauorem ecclesiarum non fuisse rogatos, & proinde dispositionem non valere, cum testes debent esse rogati, nam tollitur unico verbo, ex quo in relictis ad piis causas, vbi testes non debent esse rogati, vt dicit latissime Gugliel. Benedictus in cap. Rainu. in vers. testamentum il 1. num. 59. vbi refert communem opinionem etiam quod in relictis ad piis causas, testes non debent esse rogati, & per Angel. & Alex. in l. ac consultissima, col. pen. C. qui testamentum facere possunt, vt per Bart. & Bald. & omnes in l. 1. C. de Sacrosanct. eccles. & Io: Andreas in additione speculatoris in tit. instrumentor. additione §. nunc verò aliqua Panormit. in cap. relatum, de testamentis, & per Gugliel. Benedictum loco p̄allegato.

## A D D I T I O N E S .

A D numerum tertium, addo ultra allegata per meum Auum hic, quod statur magis duobus testibus deponētibus super affir-

affirmatiua, quam decem super negatiua, quando ipsa negatiua non fuisset coarta ta loco, & tempore, glos. not. in l. diem proferre, s. si plures ff. de arbitris Dec. in cons. 534. procedendo nnn. 13. & in consil. 649. qui ait, quod testes, qui depo nunt negatiuam arguantur de falso, latè declarat Rip. in c. cum ecclesia Sutrina numer. 76. cum sequen. de caus. posses. & propriet. qui num. 88. inter alia conclu dit testem deponentem super negatiua ad hoc ut probet debet reddere rationem di & sui etiam non interrogatus.

*Abb. Io. Hier. de Mauro.*

### S V M M A R I V M .

- 1 *Ius patronatus antiquū quot modis probetur* q̄ nu. 4. q̄ 5.
- 2 *Inuentaria antiqua probant ius patronatus.*
- 3 *Per instrumenta antiqua probatur iurisdictio loci.*
- 6 *Impetratio beneficij est nulla si non fit mentio de eo, qui est in possessione praesentandi.*
- 7 *Institution facta sine praesentatione patroni est ipso iure nulla.*
- 8 *Papa potest derogare iuri patroni conferendo beneficium, dummodo hoc exprimat.*
- 9 *Rector ecclesie non potest renuntia re beneficio sine consensu patroni.*
- 10 *Beneficium vacans in Curia Romana non potest per alium conferri, quam per Papam.*
- 11 *Sed hoc non procedit in ecclesiis patronatis,* q̄ num. 12.

### ALLEGATIO 82.

**T**racatur de probando iure patronatus antiquo, & de beneficijs impetratis sine praesentatione patroni.



V O D Cappella, seu Ecclesia Sancti Vigilij constructa in territorio Petræ Molariæ Theaneensis Diocesis legitimè spectet ad nobilem clericum Ho

noratum tanquam legitimè institutū per loci ordinariū ad præsentationē Magnifici Ioānis Thomasi de Capua vtilis domini dictę Terrę Petræ Molariæ, nulla habitarōe assertæ collationis factæ cuidā Francisco Magliocca de Ciuitate Capuæ per Apostolicā sedē, optimè demonstratur ex frascriptis. Prius p̄supposito q̄ ex processu sufficiēter apparet p̄batū ipsam ecclesiā fuisse, & esse ius patronatū dominorū, seu Baronū dictæ Terræ, tā p̄ multos testes examinatos ad instātiā d. Honorati q̄ plenè deponūt de d. iure patronatus antiquissimo, tam per famam, quam per diuersas præsentationes factas à dominis dictæ Terræ, & subsecutis institutionibus præsentatorum dictis f. n. modis probatur ius patronatus antiquum: ita p̄tualiter tenuit Bald. in l. cū sem p̄ C. de reiudicatio, qui dixit illam l. optimè facere ad questionem nobiliū, qui prætentunt antiquum ius patronatus, & non possunt aliquo modo probare quomodo descendenter per matrimonia successiva, & legitimam consequentiam, sufficit enim secundum ipsum, quod antiqua facta probentur per inditia & per famam, vt in d. l. & per Innoc. in c. veniens de verb. signif. secundū ipsum, & idem & melius tenuit Bald. in auth. quas actiones in fin. C. de Sacrosanct. eccl. qui dixit q̄ ius patronatus antiquum ex quo nō potest directo p̄ bari, in his multū operatur fama, & al legat Innoc. in d. c. veniēs, &c. & dicit ibi Bald. quod ratione difficultis probacionis, sufficit probatio præsumpta, allegat nota: in leg. qui ex liberis ff. de secundum tabul. ad quod optimè deseruit illud, quod not. Bald. in leg. conuenticulam, quinta column.

Sf vers.

vers. est tamen verum &c. C. de epis. & cleric. qui dixit, quod in factis antiquis opinio generalis habetur pro veritate, nec est necessaria alia probatio, allegat dominū Fabrensem Cardinalem, qui allegat dictum Innoc. in c. cum causa de iuramen. calu. ut ibi per eum.

Et ad prædicta optimè deseruiunt partitæ inuentariorum iurium, & bonorum dictæ Terræ in processu produc. tæ, vbi specificè sit fides q̄ inter alia iura dictæ Terræ, & quæ competunt domino ipsius est ius patronatus dictæ ecclesiæ Sancti Vigilij, & aliarum ecclesiarum ibi expressarum, quæ in-  
2 uentaria cum fuerint † & sint antiqua benè probant ius patronatum prædi-  
ctum, per ea, quæ not. Bald. in l. cum aliquis C. de iure delibera. qui dixit, quod per instrumenta antiqua, vbi fit mentio de finibus bene probantur si-  
nes licet ipsa sint facta inter alias per-  
sonas, ex quo dicta instrumenta pro-  
bāt communem opinionem hominū  
quæ præsumitur esse vera, & idem  
tenuit Soc. in cons. 187. col. 2. secun-  
do vol. qui dixit quod per instrumēta  
3 antiqua inter priuatos confecta † pro-  
batur iurisdictio loci, & idem Socc.  
coaf. 14. in prin. eod. vol. & plenè Fi-  
lipp. Dec. cons. 42. col. 6. vers. his ta-  
men non resistentibus primo vol.

Fortificantur prædicta, nam per  
4 plures Bullas † ordinarij annis præ-  
teritis expeditas cum sigillo ordinarij,  
sit fides, quod dicta ecclesia Sancti Vi-  
gilij est de iure patronatus domini di-  
ctæ Terræ ad cuius præsentationem  
fuerunt subsecutæ institutiones præ-  
sentatorum à dicto domino dictæ ter-  
ræ, tanquam patrono, per quas bul-  
las sigillo ordinarij munitas cum sint  
de pertinentibus ad officium ipsius  
ordinarij, bene probatur ius patrona-  
tus, ita est notabilis, decisio Rotæ 22.  
quæ incipit fuit dubitatum utrum  
credatur litteris Episcopi &c. per quæ  
decisionem Rotæ, ita punctualiter te-  
nuit Stefanus de Caieta in repetitio C,

fina. de electio. in 6. carta penult. col.  
1. dicens, q̄ erit bona probatio. iuris  
patronatus in petitorio si episcopus  
in aliqua littera institutionis asserat  
ipsum fore patronum, & ad prædicta  
optimè deseruiunt dicta per Federic.  
de Senis cons. 234. incipiente super  
primo col. 2. qui dixit non esse negan-  
dū, illum esse patronum, cuius ante-  
cessores per multos annos in cappel-  
la præsentauerunt † confirmātur præ-  
dicta, nā non pōt negari, quod ex pro-  
cessu non sit bene probatū, tā per te-  
stes, quā per dictas litteras ordinarij,  
q̄ dñs dictæ Terræ nō fuerit, ac sit in  
possessione, seu quasi præsentandi, sed  
quādū ad inutilitatem collationis fa-  
cta dicto Francisco Magliocche, pa-  
ria sunt ipsū dominū dictæ Terræ esse  
6 patronū, vel esse in quasi possessione †  
præsentandi immo in impetratiōne  
debet fieri mentio de existente in pos-  
sessione præsentandi, licet aliud sit ve-  
rè patronus, alias impetratio est nulla  
ita punctualiter tenuit Card. cons. 69.  
incipiente, quo ad primū in secundo  
dubio in prin. qui allegat Innoc. in c.  
cū eccles. futrina de caus. poss. & pro-  
prieta. & in specie tenuit Filipp. Dec.  
cons. 117. col. 2. 1. vol. cū ergo per  
dictas litteras, seu bullas ordinarij ap-  
pareat de præsentatione dñi dictæ ter-  
ræ, & q̄ virtute dictæ præsentationis sub-  
secuta fuit institutio, ex hoc bene p-  
batur quasi possessio iuris p̄sētādi, ita  
punctualiter tenuit Cald. cons. 12.  
incip. Quæ requirantur &c. in tit. de  
iure patronatus, ex quo sequitur q̄  
collatio facta absq; præsentatione, vel  
consensu dicti magnifici Ioannis Tho-  
masij patroni, & existentis in posses-  
sione præsentandi, fuit, & est nulla, vel  
saltim irritanda, ita probat tex. in c.  
decernimus 16. q. 7. in verbo ordina-  
tionem suam irritam nouerit &c. ita  
et tenuit Abb. in c. illud in prio. & cir-  
ca fine, de iure patr. idē exp̄sse tenuit  
Abb. in c. cū Bertoldus col. 4. ver. ex  
hoc notabiliter colligitur, de re iudi-  
7 qui † dixit, quod institutio facta sine  
præ-

præsentatione patroni est ipso iure nulla, & idem ibi tenet Felyn. col. 3. & ibi multa allegat, & licet Papa possit præjudicare patrono, & conferre beneficium, derogando iuribus patroni, ex quo in beneficialibus habet amplissimā potestatem, ut in Clem. 1. vt lite pendente, & ibi per Doct. & tenet expressè Felyn. quando licet apostolicæ noceant patronis ecclesiarum, 8. circa principium † attamen in præsenti casu, nec fuit facta mentio de patronatu: nec Papa derogavit, aut derogare voluit iuribus patroni, quo casu simpliciter conferendo ecclesiam, non videtur derogasse iuribus patroni. l. 2. §. merito & §. si quis à Principe ff. nequid in loco publico, & tenet expressè Io: Andr. in c. si motu proprio, de præben. in 6. qui dixit, quod quamvis Princes concedat priuilegium motu proprio, illud non censetur concessisse in præiudicium tertij, sequitur Abb. in c. 1. col. x. extra de iudi.

Et licet dictus Franciscus Magliocca füdet se in renuntiatione facta in sui fauorem per quemdam Petrum, attamen quando dictus Petrus canonice tenuisset dictum beneficium, illud renuntiare non potuit sine consensu patroni, ita puctualiter tenuit Innoc. 9. in c. fin. de renunciat. qui † tenet quod Rector ecclesiæ non potest renuntiare beneficio sine consensu patroni, & idem tenet Abb. in c. significatū in fine textualium de præben. & idē Abb. in c. de multa in 4. col. co. tit.

Et quamvis per renūciationem dicti Petri, dicta ecclesia dicatur vacare c. 1. & c. si Apostolica de renuncia. lib. 6. & in c. si is, cui de præbend. in 6. in Clem. ne Romani de electio; & afferatur dictam renunciationē fuisse factam in Curia Romana, quo casu dictum beneficium vacans in Curia nō 10. potuit conferri per alium, † quā per Papam, maximē quia afferit renunciantem fuisse curialem. vt in c. 2. & in c. præsenti de præbend. in 6. & per Regulas Cancellarij talia beneficia in

Curia vacantia censemantur affecta.

